UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# OLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XIX.

V.

## Vacuum.

### DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VACVVM, Gr. κενὸν, ῦ, τὸ, & κενόω, vacuo dicitur. Eſt autem vacuũ, locus priuatus corpore, *ſecun, Ar. l. 4. Phyſ.* Hebr. *Rachab*, à latitudine, ſeu expanſione, vt aeris expanſio, mirum eſt vacuũ noſtri reſpectu.

A vacuum vaco dicitur. Eſt enim vacare, proprie vacuum eſſe. Vacare, ſi imperſonaliter accipitur, ſignificat vacuũ tempus eſſe. Vaco ſi cum ablatiuo ſine præpoſitione iungatur, ...accipitur, vt vacas ſapientia, hoc eſt, cares, quanquam carere ...his quib. indiges, vel quæ aptus natus ſis habere. Quare ...dicitur homo carere alis. Cic. *Satiatis & expletis iucundi...ore, quam frui. Quamuis non caret is, qui non deſiderat.* ...e dicimus, careo damno, culpa, periculo. Si vero iungatur ...cum præpoſitione ab, eodem modo ſignificat, vacuus ſum, ...ibidus, vaco ab agricultura. A vaco pariter fit, vacatio, quæ ...σχολὴ, ῆς, ἡ, dicitur.

### PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

...tur inane locus eſſe, in quo nihil ſit omnino. *Lib. 4. de nat* ...

...quidem modo inane id videtur dici, quod non eſt plenum ..., quod tangendi ſenſu percipitur. Altero id in quo res aut eſ... corporis nulla eſt. *ibid. T. 58.*

...e quiddam eſt quod non eſt, & priuatio videtur eſſe. *Lib. 4. ...tur. c. 8. T. 67.*

...nullam habere poteſt cum eo, quod plenum eſt, compara... *l. 4. de natur. c. 8. T. 71.*

...ne omnino, nec in eo, quod rarum & tenue eſt, ſeparatum ...nec poteſtate eſt, niſi quiſpiam velit omnino inane appellare ...d cauſa eſt; cur moueatur loco, quicquid mouetur. *lib. 4. de na... T. 86.*

...id quod inane eſt, in auditu domini dicitur. *lib. 2. de animo* ...

...uum in rerum natura nullo modo eſſe poteſt. *Ioan Gram. in* ...

...uum immobile eſt. *Idem, in 4. Phyſ.*

...uo exiſtente nihil prohibet ſagittam, vel lapidem proiici; cum ...iciens, proiectum, & receptaculum. *Idem ibid.*

...uum aſſimilatur loco, ideo exiſtimatur eſſe locus, in quo non ...us. *Auer. in Phyſ. tex. 1.*

...uum non habet differentias, quib. in ſuperius, & inferius diui... *ibid. text. 42.*

...uum non habet naturam, nec vnigeneam, nec diuerſam. *Idem ...ex. 49.*

...uum, & locus ſunt idem ſubiecto, diffinitione duo. *Ibid.* ...

...uum, & corpus mathematicum non differunt, cum vtrumque ...nes dimenſiones abſtractas à materia. *ibid. text. 51.*

...uum in nullo loco eſt. *Plat. in Tim.*

...uum nullibi in mundo eſt, omnia ſunt plena. *Timæus Locrus ...di anima & natura.*

...uum nihil eſt in rerum ordine, ſolum quod non eſt, quod exi... priuatur, vacuum nuncupandum: nihil enim reperiri poteſt, ...um exiſtat vacuum ſit, aere enim plena non ſunt vacua, cum ...us ſit non ex corporalib. compoſitum. *Mer. Triſm. c. 7.*

...uum vocauit abyſſum Moyſes: profundiſſimum enim eſt, & ...patentiſſime. *Phil. de mund. opific.*

...uum ne ſequatur, in cucurbitulis ignitis aerem qui rapidiſſi..., ſequitur aer intimus in cucurbitulam & ſecum rapit hu...m & cutem. *Fic. in Plat. Tim. c. 83.*

Vacuum ne ſequatur, poſtquam ſemel cantando vocando aerem protuliſti, quatenus ille propellit anteriorem, eatenus poſterio... lum repente ſubſequitur ad vacuum declinandum. *Fic. in Plat. Tim. c. 83.*

Vacuum ne ſequatur, ſi orificium fiſtulæ in aquam demiſeris & alterum orificium labiis comprehenderis, quatenus aerem hauries è fiſtula, eatenus ſuges & aquam conſequentem. *Id ibid.*

Vacuum ne ſequatur, poſtquam in nubib. incluſus cum acuto vapore ventus deorſum eſt excuſſus, conſequitur deinceps miro fulminis impetu. *ibi. c. 84.*

Vacuum ne ſequatur, lapillum quem proiecisti non ſolum propellit tua vis illata, ſed etiam aer deinceps repente ſubſequens. *Idem c. 83.*

Vacuum ne ſequatur, vbi per fiſtulam ſemel tracta fuerit ſurſum aqua, reliqua ſequitur. *Ibid. c. 84.*

Vacuum æternum ſi eſt, & ſibi vndiq; ſimile, immobile etiam eſſet: non enim mouere poteſt, niſi exceſſerit, nam quod excedit, vel in plenum, vel in vacuum excedat: quorum alterum vt plenum non poſſit admittere, & vacuum nullum eſt. *Ariſt. de Zeno. Zeno & Georg.*

Vacuum affirmantes aiunt eſſe locum corpore priuatum. *Idem Phyſ. 4. c. 1.*

Vacui conſideratio eodem modo pertinet ad phyſicum de loco, quia ſimilem habent vt fidem, & incredulitatem per ea, quæ putantur *ibid.*

Vacuum eſt locus in quo nihil eſt. *Ariſt. Phyſ. 4. c. 2.*

Vacuum vno modo dicitur non plenum corpore ſenſibili ſecundum tactum: alio modo in quo non eſt hoc aliquid, nec ſubſtantia corporea. *Idem ibid.*

Vacuum neq; ſeparatum, nec aggregatum, nec in raris corporibus eſſe non potentia patet. *Them. in 4. Phyſ. tex. 86.*

Vacuum & inane nihil eſt. *Simpl. in 1. Phyſ.*

Vacuum ſi alicuius motus cauſſa eſſet, alterationis non poteſt eſſe cauſſa. *Idem in 4. Phyſ.*

---

## Vadimonium.

### SENTENTIAE PHILOSOPH.

De Vadimonio. DIAL. XIV.

*Franciſci Petrarchæ,*

DOL.

VAdimonio exagitor. R. Amiſſam modo pecuniam querebare, iam proiectam quereris. Nonne vltro te obligans pecuniam proiecisti? vulgaris inſania plurimorum, qua perfacile & pecuniam perdideris & amicum. D. Pro altero fidem obſtrinxi meam. R. Pro te ipſo eam ſolues: & nil debere, ac ſine compedibus agere quam iucundum ſit tuo diſces incommodo. D. Vadem pro amico dedi me. R. Da poſthac amicis egentibus aurum, argentum, vinum, oleum, frumentum, veſtes, domos, prædia, conſilium, ſolatium, cum amicis demum omnia partire. Vnam tibi habe, nullique vnquam tuam dederis libertatem. D. Promiſi pro altero. En ſoluendi dies adeſt. R. An tu affuturam ignorabas? an te victurum non ſperabas? An non hæredem ſaltem tuum cogitabas quem ſpontaneis vinculis inuolueres? Bene autem habet quod in caput errantis pœna redundat erroris. Sentio autem dilatio te fefellit. Media promiſſionis inter ac ſolutionis diem ſpatia vana mente metimini, quæ vt reliqua tempora longa videntur dum ſpectes, dum præteriere breuiſſima. Volant enim horæ, dies, noctes, hebdomadæ, menſes, anni, luſtra, ſæcula, & quæ diſtantiſſima iudicantur in foribus ſunt. Itaque quod in paucorum interſtitio menſum nunc ſtupetis, ſi aperti eſſent oculi, clare quidem multis in ſæculis videretis. Sed vos quaſi tempus deſiderio veſtro pareat non naturæ ſuæ, non venturum vobis terminum, nec ituros dies fingitis, atque hac ſpe velut oculis clauſis præcipitium præteruecti, verbo placidi vobis eſſe videmini & vrbani pro alio promittentes, quaſi non verba hæc & promiſſa clandeſtina, mox in publicum eruptura tumultuſque rerum maximos allatura ſint. D. Deſpondi pro amico. R. Amicorum indigentiis ſcis præſenti, ſi

[Q]uod adeſt, remedio ſuccurrendum. Non te illaquees, atque in craſtinum nil promittas, quod non [illegible] ſi ſuccurri aliter quam promittendo non poſſet. Nunc quid attinet promittere, quod ſi implere non poſſis ſtulte facias at ſi poſſis, ſuperuacue. Sed vos rerum auariſſimi eſtis & prodi gi promiſſorum, quaſi vero res ipſas promiſſa illa non exigant. Quod dicas defuiſſe in tempore ferendæ opis facultatem, fuiſſe autem de futuro ſpem, qua poſtmodum deſtitutus ſis. Nondum ergo didiceras, vt fallaciſſima rerum omnium ſpes eſt: Nihil inuenias, quod tam crebro vos fallat. Nihil eſt tamen cui tam cupide credatis, tam ſubdola, & tam blanda eſt, ita ſe dulciter, ac latenter inſinuat, ſic in vita diuellitur. D. Vadimonio me addixi. R. Credo oblitus illud Thaletis Mileſii celebre documentum, Vadimonio adeſſe noxam. Et quid de hoc ille vir ſapiens dixerit, quod memoraſſe non inutile crediderim, quodque in latinum verſum ab Auſonio ad hunc modum ſonat. *Sponde*, inquit, *noxa præſto tibi eſt.* Per mille poſſem currere exempla, vt probem prædes vadeſque pœnitudinis reos, ſed nolo nominatim quenquam dicere. Sibi quiſque verum dicat, & ſecum putet, ſpondere quantis damno fuerit, & malo. D. Memetipſum ſponte obligans erraui. R. Error hic purgatorio igne poſt obitum non egebit, vbi admiſſus eſt purgabitur, de illorum enim genere eſt, quæ ſuum ſupplicium ſecum ferunt. D. Promiſſione me obſtrinxi. R. Solutione te libera, & quem lingua vinclis innexuit, manus ſoluat, proderit vinctam fuiſſe cum euaſeris, laqueos ſemper horrebis.

*Vide, Iudicium, Iudex, Iuſtitia,*

# Valetudo.

## DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VAletudo, Græce ὑγίεια, ας, ἡ, & ὑγιεινός, ῦ, ὁ, ſanus, & ὑγιαίνω, valeo dicitur, valere autem proprie ſignificat poſſe. Hinc valens, potens, Ouid. *Neſſus adit, pedibusq; valens ſcitusq; vadorum.* Hinc valitus, pariter potens, robuſtus, firmus, cuius contrarium eſt inualidus. Hinc etiam valide, & per ſyncopen valde, hoc eſt multum. Hinc bene valere, ſanum eſſe, quaſi bene poſſe: & male valere ægrum eſſe atque infirmum, quaſi male poſſe. Qui enim potentes & validi ſunt, ſani etiam ſunt: econtra impotentes & inualidi ægrotare dicuntur, quare valere ſimpliciter capitur pro eo, quod eſt ſaluum eſſe Martialis, *Ne valeam ſi non totis Daciane diebus, Et tecum totis noctibus eſſe velim.* Hinc Vale vox ſalutantis eſt, cum ab aliquo recedimus, quo verbo & qui recedit, vtitur dicens, Vale & qui remanet reſpondens: Vale, & tu. Sicuti ſalue & aue ſalutantium ſunt, & eorum qui ſaluti reſalutant. Et quoniam abſentes per hæc verba ſalutare ſolemus, vale & ſalue, conſuetudo inualuit, vt hæc duo verba, ſæpe pro eo, quod eſt abi & diſcede, vſurpemus, etiam ſi cum ſtomacho, & indignatione loquamur: Ter, *Valeant qui inter nos diſsidium quærunt,* hoc eſt, abeant & à nobis diſcedant. Cic. *Multam ſalutem dixi foro & curiæ,* hoc eſt, reliqui forum & curiam, & ab his diſceſſi. Nec valere ſimpliciter acceptum, quo perire aut male habere vſurpatur, vt nonnulli putant. Ab hoc valeo valetudo venit, quæ pro languore accipitur. Cic. *Valetudinem tuam cura diligenter,* hoc eſt languorem, infirmitatem. A qua valetudinarii dicuntur, qui male ſani ſunt, & frequenter ægrotant. Aliquando valetudo ſanitatem ſignificat. Cic. *Sed nunc valetudini tribuamus aliquid.* A valeo fit conualeo & conualeſco, quod eſt ſanitatem recupero. Item inualeo, quod ſignificat robur & firmitatem acquiro. Vnde inualuiſſe conſuetudinem, inualuiſſe mores dicimus, & ab eo valeo videtur deductum, quod ſignificat poſſum.

## ¶ PHILOSOPHORVM DICTA.

Valetudo ſecunda, eſt quædam mediocritas. *Ariſt. problem. ſect.* 1. *num.* 3.

Valetudine qui fruuntur ſecunda, aut nullo premuntur morbo, aut preſſi celeriter è vita decedunt, quia niſi magna de cauſſa ægreſcere nequeunt. *Ibid. num.* 28.

Valetudinis ratio habenda eſt diligentius, quum tempora variantur. *Idem num.* 3.

Valetudo corporis ea eſt, vt expertes morbi ſint: non enim aliquis beatum in valetudine exiſtimare poteſt, quum quis ab omnib. reb. aut plurimis abſt net. *Idem Rhet.* 1.

Valetudinis ars eſt cauſſa pulchritudinis, & magnitudinis naturæ. *Ariſt. Rhet.* 1.

Valetudo eſt bonum, quia cauſa eſt duarum rerum quæ maxime apud vulgus in precio ſunt, id eſt voluptas & vita. *Idem.*

Valetudo quæ efficitur in ægrotante fit ex valetudinis forma rationeque in medici anima exiſtente. *Alex. Aphrod. in 6. metaph. co.* 20.

Valetudinarii, qui habent naturam in potentia nihil à quibuſuis patiendi. *Am. in prædicam.*

Valere cum dicuntur cæteri, ſalui eſſe intelliguntur: amante cum vale audiant, male audiunt imo malum. *Fic. epiſt. lib.* 1.

Valetudinem proſperam retinere omnibus optabilius eſt ne pereat, quam recipere pereuntem: ideo & legislator & medic[…]
inquantum poſſunt & animæ & corporis ſanitatem. Idem […]
*de leg. dial.* 3.

Valetudo ad iucundum quidem præcipue refertur, v[…]
quoq;, nec non honeſta eſſe videtur, *Leo Heb. de amore dial.* […]

### De valetudine corporis. DIAL. III.
*Franc. Petrarcha.*
GAVD.

Quid? quod valetudo proſpera eſt. R. Quicquid de for[…]
do diximus, repetitum puta. G. Valetudo corporis firm[…]
En ſenectus ab aduerſo mille morborum armata generibu[…]
valetudinem, interea voluptas militat, familiare certamen […]
tudo corporis tuta eſt. R. Inconſulta iucunditas, quos […]
tes & incautos facere ſoleat poſſeſſores ſuos, & ſæpe m[…]
ſere, quos valetudini propriæ diffidentis intentio declinaſſe[…]
letudo corporis bona eſt. R, Bene vtere. Alioqui le[…]
quin, & graue malum ſi (vt ſolita eſt) culpæ cuiuſpiam ca[…]
tis periculo & peſtilens ſanitas fuit, qui tutius ægrotaſſe[…]
letudo corporis optima eſt. R. Res pergrata: mult[…]
ſeu corpore quid agendum, ſeu animo eſt. Sed vt qua[…]
cibus herbarum ineſt vis veneni, quæ dum aliarum […]
tione purgata eſt, ſalubre poculum, è pluribus fit, quod […]
peſtiferum fuiſſet. Sic corporea ſanitas ne noxia ſit h[…]
aliter quam adiuncta animi proſpera valetudine te[…]
Nuſquam peius quam in ſano corpore æger animus hab[…]

### De aduerſa valetudine. DIAL. III.
DOL.

At aduerſa valetudo eſt. R. Quod expectabam a[…]
etenim ſunt querelæ. At ſi caro ſpiritui hoſtis eſt, vic[…]
tra ſe militant, quod in ſe expertus ille magnus veri a[…]
bus verum dixit, conſequens eſt, vt quod alteri ob[…]
Quod ſi ſpiritus carne nobilior meliorque eſt, cui maxim[…]
dum vides: ac fortaſſis intelligis valetudinem, quam a[…]
eſſe proſperrimam. D. Inualida valetudo eſt. R. At[…]
tatrix parſimoniæ, dehortatrixque libidinum: & mag[…]
D. Mala valetudo corporis. R. Si valetudo animi bo[…]
licitudinem, quidquid corporis euenerit ſaluus es. D. Co[…]
infirmumque eſt. R. Multis ad ſalutem animæ profu[…]
gritudo. Ille vir altus, ex humili, ex aquis vectus ad [[…]
clauiger effectus, cuius vmbra ſola morbos corporum […]
pellebat, interrogatus aliquando cur filium ipſe ſuam g[…]
preſſam fineret? reſpondit. Sic expedit ei. Tu quid […]
expediat? D. Diu corpore ſic affectus ſum. R. Ille idem […]
filiam mox vt tuto ſanam fieri poſſe cognouit, & […]
dis aliis habilem fecit. Et tu facito, vt ſecura tibi ſan[…]
taſſe ſanabere: Deniq; (quod tuum eſt) animum cu[…]
medico curandum offer. De reliquo vnum hoc in[…]
& ſi non quod iuuat, at profecto quod expedit, ſpera. D[…]
anxia eſt. R. Eſt quæ obliuionem ſomnumq; diſc[…]
rem abigat. D. Valetudo infirma eſt. R. Infirm[…]
re, & virtutem perfice. Duo hæc vnius magiſtri […]
Valetudo miſera eſt. R. Comes iniucunda, ſed fidelis, […]
vellicet, iter ſignet, & conditionis admoneat, opt[…]
lis monitor fidus. D. Valetudo corporis extrema, […]
eſt. R. Sile, & gaude ruinoſo carcere vinctum te, […]
pius, ac citius.

### ¶ SIMILITVDO.

*Democriti.* Vt vnctio non quæ ſuauis eſt, aut lon[…]
ſed quæ ſanat: Sic cibus, non qui ſuauis, aut multus, bon[…]
valetudinem tuetur. *Apud Max. ſerm.* 27.

*Vide ſupra, Sanitas. Item Morbus, Medicus.*

# Vanitas.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[…]

VAnitas, Græce Ματαιότης, ητος, & μάταιος, […]
nus. Hebræi variis nominibus Vanitatem de[…]
*lil*, id eſt, nihilum, res nihili & nullius momenti, […]
me tribuitur idolis, iuxta dictum Apoſtoli, 1. Cor[…]
mus, quod idolum nihil ſit in mundo: perinde ac […]
*A L EL*, non Deus. Omnia enim idola & dii gen[…]
*Elohim*, ſed *Elilim*, id eſt, vanitates, res nihili, nihil, […]
nihilum rediguntur. Cognationem habet hæc vox […]
*Ialal*, vlulauit. Nam idolorum cultus nihil poteſt […]
ſcientiis parere aliud quam dolores & vlulatus. Hinc […]
pereo, in nihilum redigor, &c. *Allai*, væ mihi, heu […]
*Mich.* 7. 1. Gall. *Helas.* 2. Alia vox eſt, nempe *Hebel*, […]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nomine deſignatus eſt Hebel, alter Adami & Euæ filius, præ fratre primogenito deſpectus. Dicitur & *Habel*, *Eccl.* 1.2. vanitas vanitatum, & omnia vanitas, à verbo *Habal*, vanus fuit, vilis, vilis factus eſt. Cognationem habet cum *Habal*, cum *Balah*, exterritus eſt; item cum *Balah*, corruptus eſt vetus; & *Nabal*, emarcuit flaueſcendo. Hæc enim ſignificata ostendunt ad vanitatem & nihilum. Hinc bulla Lat. vnde, homo, item Græc. φαυλίζω vilipendo, φαυλίζομαι, vileo, vileſco, vilis, vanus, contemptus, homo nihili, Gall. *Vn.fol.*3. Tertia *Cazab*, mendacium, fraus, vanitas, à verbo *Cazab*, mentitus eſt, defraudauit, in ſecunda coniugatione *Kizzeb*, mentitus eſt, in terra, *Hiczib*, fecit mendacem, arguit mendacii. Cognationem habet *Cazab*, cum *Caſchaph*, faſcinatus eſt, vt is apparet mendaciis ſeductus eſt. Græce. κοπίζω mentior. 4. *Cachaſch*, mendacium, denegatio, à verbo *Cachaſch*, negauit, ... eſt, fruſtratus eſt, expectationi minime reſpondit. Certe ... & mendacium ſunt nomina reciproca & conuertibilia: ita ... de altero dici queat. *Caſchaſch*, cognationem habet cum ... obſcurus eſt, & *Caſchac* obtenebratus eſt. In mendacio memoriæ confuſio, & mentis obſcuritas concurrunt: & ... vanitas. 5. *Rik*, vacuitas, inanitas, vanitas: *Rek*, homo vanus, ſtultus, in Euangelio *Raka*, à verbo *Rik*, vacuus fuit. Vanitati res opponitur, vt in arithmetica ſi à numeris 1.2.3. Cifræ, vt vocant, remouentur & ſeparatim collocentur, 000, nihil, ſed 1.2.3. ſex conſtituent: & quo plus cifras ... caueris, nihil illud tanto magis creſcet in infinitum; ac ... tamque fiet mendacium: ita niſi vanitas veritati adhæreat, ... ilum euaneſcet: contra vero veritas in ſeipſa fundata firmi-...

... gloria, Græce κενοδοξία, ας, ἡ, dicitur. Et vno modo dicit appetitum dignitatis & excellentiæ, & ſic eſt idem cum ſuperbia, & eſt capitale: quia animus directe mouetur ad dignitatem & excellentiam appetendam. Alio modo dicit appetitum laudis, & ſic eſt ſuperbiæ ex S. Bona. ſen. diſtinct. 42. quæſt. 2.

... gloria eſt voluptas ſtulte oſtentando quæ ſua non ſunt, aut ... quæ minime vera ſint, & imprudenter mentiendo: quod ... eſt ſummæ ſtultitiæ argumentum.

¶ LOCI BIBLICI.

... omnia, *Eccl*, 1. *v* 2. Vanitatis ſtudioſi pietatem obliuiſcuntur ... 2.20. Vanitatis *Exemplum*: Herodes, *Mat*. 14. *v*. 6. Vanitates nuncupantur, 1. *Sam* 12.21. 1 *Reg* 16. *v*. 26. Vanitatis damnatur; ... eſt extra Chriſtum; *Col*. 2. *v*. 4. Vanitati ſubiecta creatura, ... 8.20.

... quæſtiones reiiciendæ, 1. *Tim*. 1.4. & 6.4.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPH.

... copia & rerum omnium affluentia primum arrogantia nata ... *de leg. agra.*

... me eſt, de ſeipſo prædicare, falſa præſertim: & cum irriſione ... imitari militem glorioſum. *Idem* 1. *Offic.*

... cum rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius in... *Plin. iun. lib.* 1.

... magnam hominum proſperitatem integram, moleſtiæque ... eſſe patitur, ſed vitam humanā lætis aduerſa miſcens ... ſiue fortuna, ſiue rerum viciſſitudo, ſiue neceſſitas. *Plu*... *in Mario*.

... tuta per ſe ipſa probitas eſt. *Saluſt. de bello Iugurt.*

... fidei miſeris eſt. *Idem, ibid.*

... miſda Perſa interrogatus quid de Roma florente & triumphante ſentiret? id tantum ſibi placuiſſe aiebat, quod didiciſſet ibi ... homines mori. *Amm. Marcell. lib.* 16.

... mines in vlciſcendis vitiis, quibus ipſi vehementer indulgent, ... *Aurel. Vict. in Auguſt.*

... dentiſſimus quiſq; filium ſimilem fore ſui credit, quod longe ... euenit, quaſi naturæ legeq; crebro tanquam ex induſtria ma... bonis, agreſtes è doctoribus, & cæteros huiuſcemodi ſeu con... gnit. quo demum exemplo, ſapientium plures caruiſſe liberis ... duxere. *Aurel. Vict. de Cæſaribus.*

... nequaquam nunc primum id contigit, vt egregia virtutis pro... operis per nequitiam & praua deferentur facinora. Iampri... enim humanis rebus id aperte inſitum eſt, & ſane pleraq; pro... hominum facta, deperdita peſſimorum quorundam prauitas ... ere ac corrumpere potuit. *Procop. de bello Goth. l.* 3.

... conuicia, multæ etiam laudationes præter æquitatem in ... iuntur: illa in eos qui nihil commiſerint, hæc in eos qui nihil ... dignum geſſerint. *Niceph. Gregoras, hiſt. lib.* 6.

Nihil eſt in vita durabile: non opes, non imperium, non potentia. *Manaſſ. Ann. pag.* 26.

Nulla vitæ felicitas tempeſtatis ac doloris expers eſt, nec proſperi... poteſt vlla, cum qua non exiſtat etiam aliquid quod hominē ... Etenim ipſa quoq; roſa, licet fragrans ſit, crebris tamē ſpi... itemq; vultum ſolis nubes interdum caligine, quadam ... Conſimili modo inuidia comitatur eos qui virtutem co... omniſq; ſancta proſperitas, & vita ſplendens in hominum ocu... miſtam quandam infelicitatem ſecum trahit. *Id pag.* 70.

Fortuna vtraſque vires ſuas in longioris vitæ regibus oſtendere mortalibus præclarum ducit: & qui duces nullam niſi ſecundam in ſummis conatibus ſemper experti dicuntur, iuuenes fere fato functi ſunt. Ita numini credo viſum, ne res humanæ veram ſolidamq; felicitatem dare poſſe videantur. *P. Æmyl lib.* 2.

Mare, cœlum, terra, caſus, natura, ius, iniuria, interitum adferunt: & vita nonnunquam morte ingratior, ac multos non natos præſtaret. *Id l.* 3.

Alienum prorſus à decreto compoſiti animi, inaneq; eſt, ea appetere, quæ ambientis animi deſiderium non finiunt, & multo meliora cunctis imperiis contemplanti animo virtus ardua, & prædulcis diuinarum rerum cognitio pollicentur. *P. Iouius, hiſt lib.* 14.

Honeſtiora ſpecioſioraq; conſilia eos, qui cadentibus rebus ſuis pertinacius cum irata fortuna colluctantur, plerunq; duriſſimis caſibus reſeruant. *Idem, hiſt. lib.* 15.

¶ ADAGIA.

Quæ apud inferos. τὰ ἐν ᾅδου.

*Apte dicemus, quam inania ſomniisq; ſimilia ſignificabimus. Suidas Ariſtarchum autorem citat.*

Deinde expergiſcebat. εἶτα ἐξηγειρόμην. *Ariſtophan.*

*Hoc dicto ſignificabant vana fuiſſe quæ dicerentur.*

Darnach erwachte ich/ darnach war es tag.

Cilix haud facile verum dicit. Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει.

*Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id ſæpenumero dicentem, non quæ vera ſint ſed quæ vtilia.*

Cretiza cum Cretenſi.

*Aduerſus mendacem mendaciis vtere. D. Paulus verſiculū citat.*

*Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.*

*Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtiæ, ventres pigri.*

Schälck muß man mit Schälcken fahen/ Es ſucht keiner den andern im ſack/ er ſey denn ſelbs zuvor darin geſteckt.

Mentiuntur multa cantores. πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

*In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Ariſtot.*

Fumos vendere. *Martial.*

*Pro eo, quod eſt principum beneuolentiam, ſimulato commendationis officio, per occaſionem familiaritatis pretio vendere. Mart. l.* 4. *Epigram.* 5.

*Vendere nec vanos circum palatia fumos.*

*Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.*

Glatte Wort ſchleiffen / viel Händ vnd wenig Hertz gibt man zu Hoff für ein Weihbrunnen.

Somnium ὄναρ *Tener.*

*Rem futilem, inanem & nihili, ſomnium prouerbio dicimus.*

Ne ſi bos quidem vocem edat οὐδ᾽ εἰ βοῦς ἂν φθέγξαιτο.

*Hinc dictum eſt, quod in annalibus frequenter commemoratur, bouem humanam vocem reddidiſſe*

Hiberæ næniæ.

*Hiberas nænias D. Hieronymus nugas appellat, in præfatione, quā præpoſuit Moſi pentateucho.*

Epiphyllides Ἐπιφυλλίδες ταῦτ᾽ ἐστὶ καὶ στωμύλματα.

*Conuenit in blandiloquos & phaleris verborum inſtructos magis quam egregiis factis.*

Tantali horti. Ταντάλου κῆποι.

*De bonis, quibus tamen frui ne liceat, aut de iis quæ videantur aliquid eſſe, quum nil ſint.*

Apologus Alcinoi. Ἀπόλογος Ἀλκινόου.

*De longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogen.*

Anicularum deliramenta. Γραῶν ὕθλος. *Plato.*

*De nugis inanibus, cuiuſmodi ſolent effutire vetulæ.*

Alte Weiber Märlein.

Aſini mortes ὄνου θανάτους. *Suidas.*

*Subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent abſurda ridiculaq; dictu, cuiuſmodi fuerit, ſi quis longa narratione perſequatur aſini pericula.*

Subuentanea parit. ὑπηνέμια τίκτει.

*De vanis ac friuolis inuentis.*

Cypariſſi fructus. Κυπαρίττου καρπός.

*De verbis dictum magnificis, cæterum inutilibus.*

Thus aulicum.

*Vide, Fumos vendere. Encens de Cour.* Hoffweyrauch.

Cœcum inſomnium. τυφλὸν ὄνειρον.

*De re friuola, vanaq;.*

Calidum mendacium. θερμὸν ψεῦδος.

*Calidum facinus.* θερμὸν ἔργον. *Pro audaci dicitur. Simili figura calidum mendacium pro audaci dicitur & impudenti. Plautus in Moſtellaria:*

*Calidum hercle audiui eſſe optimum mendacium.*

Pſydacria.

*Scholiaſtes Theocriti narrat apud Siculos, qui ſupra nares haberent puſtulas, quas illi vocant* ψυδράκια, *ſiue* ἴονθους *pro mendacibus haberi ſolitos vulgo.* Man ſicht dir es an der Naſen an/ das du die Warheit ſparſt. Läug nicht du gewinneſt ſonſt ein blatter auff der Zungen.

Doſones.

*Populari ioco dictum fuit, quaſi Latine dicam dabonem.*

Ouidius.

*Promittas, facito, quid* [illegible] *mittere lædit?*
*Promiſsis diues quilibet eſſe poteſt.*

Viel geloben vnd wenig halten/ iſt Adelich. Geloben iſt Adelich/ halten iſt Bäuriſch.

---

# Vapor, Vapôratio.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VAporatio, Græce ἀναθυμίασις, ιος, ἡ, ἀναθυμιάζω, vaporo, & ἀτμὶς, ίδος, ἡ, vapor, dicitur. Heb. *Edh*, vapor, fumus tenuis, qui aſcendit ex aduſtione, & humiditate reſoluitur in nebulam, deriuatur ab vd, id eſt, torris, titio tæda, aduſtio, lignum ab aduſtione denigratū. Hinc αἴθω adeo, δαΐς & δᾲς, fax. Eſt autem vapor, aquæ diſgregatio, & natura eius humida eſt & calida, exhalationis autem natura calida, & ſicca. *ſecun. Ariſt. lib.* 1. *Meteor.*

Vapor eſt ſubſtantia calida & humida, vi ſolis ab aqua vel áqueo ducta.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Vaporis natura humida eſt & calida, & aqua eſſe poteſt. *lib.* 1. *Meteorol. c.* 4. *Ariſt.*

In vapore maiorem ineſſe calorem, quam in aqua: hinc intelligi licet quod vapor in ſe etiam ignem efferentem continet. Ita fit, vt maiore frigore cogatur. *lib.* 1. *Meteor. c.* 10.

Vaporis quidem concretio aquæ eſt prænuntia, diſſipatio ventorum, extenuatio ſerenitatis. *lib.* 3. *Meteor. c.* 3.

Eſt vapor à calore, qui vim comburendi habet, in aera & flatum facta expiratio, quæ malefacere poſſit. *lib.* 4 *Meteo. c.* 9. *T.* 47.

Omnis vapor terrenus vim habet aeris craſſioris. *lib.* 5. *de Gener. anim. c.* 4.

Vapor eſt aquæ diſgregatio. *Ariſt. meteor. c.* 4. *D. Tho. in prim. meteor. l.* 4.

Vaporis natura & eſt humida & calida quaſi potentia aqua. *Ariſt. Meteor.* 1. *c.* 4.

Vapor eſt exhalatio ex aqua, *Idem meteor.* 1. *c.* 1.

Vapor eſt humiditas quædam. *Idem de ſenſ. & ſenſ. c.* 5.

Vapor non ſolum humidus eſt, ſed etiam calidus. *Alex. Aphrodiſ. in* 1. *meteor. c.* 4. *co* 14.

Vapor omnis eſt ab aqua vel à terra. *Alb Mag. de paſſ. aer.*

Vaporis groſſi materia in cœlo triplex eſt, aliquando flamma, aliquando eſt groſſa nigra, & ignita, vt carbo, & videtur cometes rubens: aliquando extinguitur, & videtur in cœlo vt vorago nigra quædam. *Alb. Mag in* 1. *meteor. t.* 3. *c.* 5.

Vaporis igniti diuerſitas ex diuerſitate materiæ proficiſcitur. *Ib.*

Vapor eſt cauſſa materialis omnium eorum, qui in alto, vel in imo generantur, & ſic eum diſtinguimus, quia vel eſt impreſſio ex vapore ſicco tantum, vel ex humido tantum, vel ex vtroq;. *Alb. Mag. de paſſ. aeris.*

Vapor roris, & pruinæ flamine venti vel non eleuatur, vel ſi eleuatur non poteſt ad formam roris, vel pruinæ formari. *Albert. Mag. in* 1. *meteor.* 4 1. *c.* 12.

Vapor eſt à calido combuſtiuo in aerem, & ſpiritum excretio, ex humido madefactiua. *Ariſt. meteor.* 4. *c.* 2.

Vapor à caliditate ſurſum latus cum ad frigidiora peruenit loca ab ipſa derelictus, aut quia extincta iam ſit, vel ſegregata, vel quia frigus ſuper ipſa obtinuerit, derelictus conſiſtit rurſus. & in aquam tranſmutatus deſcendit. *Alex Aphr. in* 2. *meteor. c.* 3. *col.* 17.

Vapor vehementer calidus, & ſiccus, ſi eſt æqualiter ſubtilis, ſed non bene continuus, nec ſibi adhærens, ſed vna pars eius aliquantulum diſtans ab alia, tunc videtur ſubaſcendere poſt ſicut ſi euolarent ſcintillæ de fornace. *Alb. Magn. de paſſ. aer.*

Vapor humidus & frigidus eſt bene terminabilis, vt humiditas, quia autem aquæ eſt, frigidus eſt propria natura, vt aqua non calefacta. *Ariſt. meteor.* 2. *c.* 1.

Vapor humidus, cum ſit aqueus, non eſt inflammabilis, quia igni in duabus qualitatibus contrarius eſt, in frigiditate, & humiditate potentia, licet actu ſit aliquantulum calidus, & ſiccus. *Alb. Mag de paſſ. aer*

Vapor aqueus, vt frequenti, non eſt rarus, ſubtilis, & calidus, ſed potius humidus, groſſus, fumoſus, ideo non aſcendit alte ad regionem magni frigoris, ſed reſtat in inferiori, cuius frigus ſufficit conuerſioni, ſed congelationi, niſi per accidens, & ideo talis vapor redditur aqua pluens per accidens die, quia frigore accidentali exiſtente in aere, ipſæ guttæ pluuiæ antequam veniant ad terram congelantur, & cadunt glacies. *Alb. Mag. de paſſ. aer.*

Vapor nullus abſq; terrena aliqua portione egreditur. *Ioan. Gram. in* 5 *de gener. anim. c.* 5.

Vapor terreus nunquam aſcendit æqualiter in omnib. partib. quia in eo ſunt oppoſitæ virtutes valde. *Alb. Mag. de paſſ. aer.*

---

# Varietas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VArietas, Græce ποικιλία, ας, ἡ, & ποίκιλος, ȣ, ὁ, varius dicitur. Eſt autem varietas vel variatio, idem quod diuerſitas. Hinc variabile, id eſt mutabile. Venit autem varius à varus [...] verbum. Varus enim ille proprie dicitur, qui pedes ob[...] Quare pro obtorto aliquando ponitur. Perſius, *Et non ſ[...] gula varo.* Hinc varices illæ venæ in cruribus, & fere g[...] cuntur, quæ frequenter tumidæ ſunt atq; obtortæ, à qu[...] appellatur, qui tumidiores habet huiuſmodi venas. *Iuuen[...]*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtili[...] quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſ[...] tiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem [...] gratia ſanitatum in vno ſpiritu, illi operatio virtutum, [...] linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem o[...] tur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout v[...]

In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa argent[...] & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam in [...] am. 2. *Tim.* 2.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Terent. Comœd. vlt.

*Verus eſt,*
*Quot homines, tot ſententiæ.*

Hor. Carm. lib. 3 Ode 1.

*Eſt, vt viro vir latius ordinet*
*Arbuſta ſulcis: hic generoſior*
*Deſcendat in campum petitor,*
*Moribus hic: meliorq; fama*
*Contendat: illi turba clientum*
*Sit maior.*

Horat. in arte Poet.

*Triſtia mæſtum*
*Vultum verba decent: iratum plena minar[...]*
*Ludentem laſciua ſeuerum, ſeria dictu.*
*Format enim natura prius nos intus ad o[...]*
*Fortunarum habitum: iuuat aut impellit a[...]*
*Aut ad humum mærore graui deducit, & a[...]*
*Poſt effert animi motus interprete lingua.*

Ibid.

*Intererit multum Dauuſne loquatur, an he[...]*
*Maturuſne ſenex, an adhuc florente iuuen[...]*
*Feruidus: an matrona potens, an ſedula nu[...]*
*Mercatorne vagus, culterne virentis agel[...]*
*Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an A[...]*

Ibid.

*Ætatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores.*
*Mobilibuſq; decor naturis dandus, & ann[...]*
*Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede cer[...]*
*Signat humum geſtit paribus colludere, & i[...]*
*Colligit, ac ponit temere, & mutatur in hor[...]*
*Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto*
*Gaudet equis canibuſq; & aprici gramine [...]*
*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,*
*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,*
*Sublimis, cupiduſq; & amata relinquere p[...]*
*Conuerſis ſtudiis ætas, animuſq; virilis*
*Quærit opes & amicitias inſeruit honori:*
*Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*

Idem ſerm. lib. 1. ſatyr. 4.

*Quemuis media erue turba:*
*Aut ob auaritiam aut miſera ambitione la[...]*
*Hic nuptarum inſanit amoribus, hic puero[...]*
*Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius [...]*
*Hic mutat merces ſurgente a Sole ad eum q[...]*
*Veſpertina tepet regio, quin per mala pr[...]*
*Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid*
*Summa deperdat metuens aut ampliet v[...]*

Horat. ſerm. lib. 2. ſatyr. 1.

*Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem*
*Pugnis: quot capitum viuant totidem ſtud[...]*
*Millia.*

Horat. Epiſt. lib. epiſt. 8.

*Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore c[...]*
*Romæ Tybur amem ventoſus, Tybure Rom[...]*

Idem lib. 1. epiſt. 19.

*Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi:*
*Potores bibuli media de nocte falerni*
*Oderunt porrecta negantem pocula: quam[...]*
*Nocturnos iures te formidare vapores.*

Idem lib. 2. epiſt. 2.

*Deniq; non omnes eadem mirantur amant[...]*
*Carmine tu gaudes: hic delectatur iambi[...]*
*Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro.*
*Tres mihi conuiuæ prope diſſentire videntur,*
*Poſcentes vario multum diuerſa palato.*

*Quid dem? quid non dem? renuis, tu quod iubet alter.*
*Quod petis id ſane eſt acidum inuiſumq; duobus.*

Perſius Satyr. 5.

*Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus,*
*Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.*

### ❡ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

...dem vnicuiq; delectabile eſt ſecundum naturam, ſed altera ... *Ariſt. lib. 21. Polit.*

...inter ipſos homines, nonne & ſimillimis formis diſpares ... & moribus figura diſſimilis? *Cic. lib. 1. de Natur. deor.*

...Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſiue patrem adſpi... ...dicationis inurentem notam, ſiue matrem ſuſpendio finire ... propter filii turpitudinem coactam: cum omnium poſtea ...guinis virorum clariſſimus extiterit, mediumq; Europæ & ...ſpei, vel deſperationis pignus fuerit, Hæc enim ſalutis eum ...rem habuit, illa vadem victoriæ aſſumpſit, *Val. Max. lib. 6. ...Varietate tuſuum, c. 11.*

...ra turbulento variæ fuere ſententiæ. *L. Apuleius Oroſius de ...ures lib. 3.*

...dem humanæ mutabilitati omnia ſordere præſentia. *Paulus ... de Ormeſta lib. 1.*

...tas ſemper delectat, quia appetitus facile ſatiatur. *Sebaſt. ...Plat. de Republ.*

### ❡ SIMILITVDINES.

...ui locis æqualib. ambulant, magis defatigantur quam qui in... ...bus: Ita laborioſius eſt ſemper eadem aut ſimilia repetere, ... in variis verſari negotiis. *Eraſ.*

---

# Vaſa.

### ❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

...pro quauis ſupellectile, Hebr. *Ezech.* 12. 3. 7. *Matth.* 12. 29. pro ...uis inſtrumento *Actor.* 9. 15. Vaſa belli, i. impedimenta in ca... ...ſtia nautica, *Act.* 27. 17. Vaſa mortis, arma lethifera, *Pſalm.* 7. ...a muſica muliebria, paſtoris, peregrinationis, venationis, pro ...ſtili & ornatu muſicorum, mulierum, &c. Vaſa tabernaculi, ...1. 5. Vaſa furoris Dei, id eſt, executores iudiciorum eius, *Iere.* ...Vas vnuſquiſq; 1. *Tim.* 2. 21. Vaſa iniquitatis. *Gen.* 49. 5. Vaſa ho... ...& miſericordiæ, contumeliæ & iræ, *Rom.* 9. 22. 23. 2. *Tim.* 2. 20. ...teſtacea, mira. 2. *Cor.* 4. 7. Vas infirmum & honorandum: *Pet.* 3. 7. ...fictilia corpora noſtra, 1. *Sam.* 21. 5. 2. *Cor.* 4. 7.

### ❡ SENTENTIAE PHILOSOPH.

...rum fundi, quibus calefacimus aquam, cur tamdiu calidio... ...dum aqua ipſa frigiduſcula eſt? Quoniam aqua adhuc frigi... ...concluditur, circum obſiſtit intus cum ei exitus omnis de... ...& aqua concalefacta quod nihil præterea calor arcetur, ſed ...ſpiret, diminuatur, p fundus frigidior redditur, non ſecus, ac ...as enim hyeme, quam æſtate calidiores experimur: quoniã ...hyberno potius quam æſtiuo tempore aeris circumfundentis ...intercluditur. *Ariſt prbl ſec. 24. n. 8.*

...in lapides verſa ad Lydiæ metalla aiunt, atq; apud Pergamũ ...ria, quæ antea Crœſus confecerat bello quodam exorto, cum ...confugiſſe, ferunt, qui obſtructo oſtio ſuffocati ſunt: & poſt... ...temporis ſpatio metallis apertis, vaſa quibus manibus ablu... ...oportunitate vtebantur in lapides conuerſa inuenta fuiſſe, & ...s liquore ceu amphoræ, repletæ fuiſſent, pari modo ipſum in ...em conuerſum fuiſſe, nec non ſimili ratione oſſa hominum in ...verſa vulgo proditur. *Ariſt. de admiran. audi. num. 50.*

...a quæ baucalia appellantur, cur ſtrepitum faciunt, dum implẽ... ...qua? Quia quum nullam aquam continent, plena ſunt aere, & ...a grauitate extenditur & cum agitur, veluti pugnanter illum ...rem, & aerem, cum deorſum aerem humor premat, ac ſurſum ...rem compellat, & cum id viciſſim agatur, merito ſit ſtrepitus, ...*Aphrod. probl. 1. num. 94.*

...a, quæ harpagia nominamus, ſi digito foramen ſuperius ob... ...rat, aquam nullam per foramen foras emittunt, at ſi apertum ...re emittere poſſunt, quia ore aperto aquam deorſum aer com... ...*Idem Aphrod. probl. 1. num. 5.*

...s vniuerſum non eſt locus, ſed introrſus extimum caueæ. *The... ...in 4. Phyſ. t. 41.*

...s plenum cinere tantum recipit de aqua, quantum reciperet ...um, quia corrumpuntur ex eo partes aliquæ, & aeri qui eſt mi... ...um cinere ſuccedunt ex eo partes aliquæ, & aliæ partes diſſol... ...ra cinere, & huius ſignum eſt, quia quum cinis exprimitur, e... ...quædam pars aquæ, & non tota, & quando cinis exiccatur, eſt ...quam erat, *Auer. in phyſ. 4. text. 8.*

De vaſis Corinthiis. DIAL. XLII.

*Franc. Petrarcha.*

GAVD.

...Quæ non moueant vaſa Corinthia? R. Aſſuetum cœleſtibus terrena non quatiunt, ſic collata illis modicum, ſic nihil, ſic deni̇que tædium atque faſtidium graue ſunt. Quomodo autem animus memor originis cauernis terreſtribus inhiet? Aut magni faciat quod ex illis effoditur, dum cœlum, ſolemq; ac ſtellas, & ſe ipſum videt, ſupremumq; horum omnium artificem contemplatur? G. Corinthiis delector. R. Neſcis te non gelido tantum & exanimi terræ partu, ſed officinæ nigrantis ac ſqualentis fabri opere, ad poſtremum Romanæ prædæ reliquiis delectari. Ad hiſtorias redi, Mummius dum Corinthum armis captam, direptamque flammis abſumeret, aureis ſimulque argenteis atque æneis quæcunque victorum forte manus euaſerant ſtatuis, quarum abundantiſſima olim illa vrbs fuit, pari incendio liquefactis, omnium metallorum venæ vno ibi torrente fluxerunt, vnoque ex omnibus iam nobiliore metallo, & precioſioribus vaſis exordium & a clade vrbis nomen luxuriæ partum fuit, non quod furor in ea vrbe conſurgeret quæ ruebat, ſed venturo furori materia parabatur. Ad hunc modum tunc Corinthus huius fons fuit inſaniæ. Nunc Damaſcus, inde hodie vaſa mittuntur veſtros captu a oculos animoſque. G. Vaſis Corinthiis delector. R. Mirare magis niſi Auguſtum modeſtiſſimum licet atque grauiſſimum principem lectum eſſet apud egregios ſcriptores delectatione hac vſque adeo correptum, præcipitemque actum, vt proſcriptione Triumuirali condemnaſſe aliquos nullam aliam ob cauſſam niſi huiuſmodi vaſorum deſiderio putaretur, atque eius ad ſtatuam famoſo epigrammate appoſito ad æternam laudati ducis infamiam Corinthiarius diceretur, quod ſi credimus, inter hunc optimum peſſimumque omnium Antonium in hac parte quid interſit? niſi quod hunc ad iniuriam cauſa mouit humilior, & eſt omne peccatum eo maius, quo & maior peccat, & minor cauſa peccandi, nec peccantis magnitudo atque imperium linguæ vel calami vulnus euadunt, iudiciiſque hominum eximuntur, illos magis in ſe acuunt atque irritant. Non parcit regum maculis vulgus loquax, & ſi palam metuit, clam libertate vtitur, & in cauernis ſibilat, gannit in tenebris, dubias voces in vrbibus, acres verſus in triuiis ſerit, ſubſcribit ſtatuis, nutu loquitur: ſilentio exclamat, minaturque oculis, lingua ferit. Sic ſæpe leuibus ex cauſis graues contrahuntur infamiæ, & claris quoque nominibus obſcura cognomina. Idque ſi principum maximo euenire potuit, quid priuati ſperent, quibus eſſe debeat amica mediocritas, inimica luxuria. G. Corinthiis delector. R. At ſi pectus erroribus, oculique fulguribus clauderentur, liquido appareret quantum fictilia præferenda Corinthiis, quantum vel paratu faciliora, vel iucundiora vſu, vel ſecuriora ſeruatu, vel diuinis humaniſque cultibus aptiora, certe quod ad ſecuritatem attinet, ſi vera hæc Cæſaris nota eſt, profecto ipſi illi ſecurius vixiſſent ſi Corinthiis caruiſſent. At quo ad diuinum cultum, tum propitiam magis hominibus fuiſſe diuinitatem dum fictilibus coleretur, nec mihi dubium nec Senecæ. Quo vero ad humanum vſum fictilia Tuberonis, quamuis vt probrum graue apud populum cæcis domino nocuiſſe ſuffragiis certum ſit, & præturæ repulſam peperiſſe, Maximoque Valerio factum populi populariter excuſanti, indigna fuiſſe publico munere videantur, ego tamen hic quoque cum Seneca ſentio, apud quem illa, multis laudibus efferuntur. Sunt enim parſimoniæ antiquæ, & Romanis aptiſſimæ moribus, quibus vt modeſti patrisfamilias putata domus, ſic bene inſtitutæ vrbis honeſta Reſpublica regi debet, vt frenato greſſu metam teneat eius qui in terris eſt, compoſiti ac tranquilli ſtatus. Itaque ſi Aelius Tubero fictilibus ſuis ante cellam Iouis expoſitis, quibus ille frugalitatem, atque ſobrietatem (vtque ait Seneca) paupertatem in Capitolio conſecrabat, oculos populi iam laſciuientis offendit, non eſt ciuis egregii culpa, ſed temporum. Iam tunc res ab illa priſca ſeueritate ad hanc mollitiem inclinabat, quæ primum pateras, ſcyphoſque aureos gemmatos, diſcum argenteum corymbiarum, lancem pampinatam, pateram hederatam mirari cœpit, & reliqua quæ Caius Imperator Claudio miſit Imperatori poſt futuro, deinde alias furorum ſpecies, quæ magnificentiæ tribuuntur; nouiſſime autem his diebus non hederas modo vel pampinos, vel corymbos, ſed ipſas cum incolis ſuis ſyluas, omne genus arborum ac ferarum & volucrum & hominum vultus, & quæcunque vel oculus vidit, audiuitque auris, vel mens finxit in auro expreſſa, vel argento longa iam conſuetudine non miratur gemmis inhians, de quibus paulo ante tractauimus. Quid multa? Ipſum iam vileſcit aurum creſcente ſuperbia, Pridem vero quæ laudas Corinthia viluerunt, contemptuſque de vera rerum vilium extimatione, laudabilis futurus, de falſa nobilium admiratione damnabilis factus eſt. G. Ego vero Corinthia nunc etiam miror. R. Corinthus veſtris vſta facibus, ſuo vos vſſit incendio, & murorum excidium ſuorum in veſtros animos vlta eſt. Neque id nouum, ſæpenumero victores bellorum externorum ſimul externis vitiis victi eſtis. Sic vos Scipio Aſiaticus & Manilius Volſco Aſiæ victores Aſiaticis deliciis lectiſque purpureis, atque aureis veſtibus, exquiſitæque ſupellectili (quodque viliſſimum) epulis, coquiſque peſſundedit. Sic Pompeius gemmis ac margaritis, ſic vos Mummius tabulis pictis, atque Corinthiis ſubiugauit, vt dii de hoſtibus Duces veſtri, & de vobis veſtrique de moribus hoſtilia triumpharent. G. Cupide Corinthiis vaſis vtor. R. Neq; vaſa Corinthia,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[Coɾ]inthia, neq; aurea meliorem tibi cibum faciunt, neq; Samia peiorem, neq; omnino de qualitate rerum, ſed ex morbo animi hæc veſtra cupiditas orta eſt, ſeu ipſa potius moribus eſt animi, cui vt conſulens conualeſcas pro inutilium tot vaſorum curis vnam arripe vtilem ac ſalubrem, vt ſcias ipſe tuum vas in ſanctificatione & honore (ſicut ſcriptum eſt) non in paſſione deſiderii poſſidere.

---

# Vehementia.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEhementia, Græce σφοδρότης, ητος, ἡ & σφοδρὸς, ῦ, ὁ, vehemens, & σφόδρα, vehementer dicitur. Hebr. *CheZek, Chozek, chazkah*, à verbo *ChaZak*, præualuit, fortis fuit, obfirmatus eſt. Cognationem habet cum *Achaz*, firmiter apprehendit, valide tenuit. Hinc ἰσχύω, valeo, fortis ſum. Nonnulli vehementiam ad affectum, fortitudinem ad affectum & corporis robur referunt. Eſt autem vehementia quædam acritudo, dicta à vi & impetu mentis, *ſecund. Gellium.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOS.

Vehementia, ac furor haud vitioſi duntaxat amoris, verum cuiuſcunq; amoris intenſi atq; efficacis, vel honeſtus, vel turpis is eſſe dicatur, proprietas quædam exiſtit. *Leo. Heb. de am. dialo.*

## ¶ ADAGIA.

Oeſtro percitus. Οἴςρῳ παραπληκτίς.

*Ingenti animi cupiditate commotus ac velut attonitus. Suidas.*

Er hat Hummeln im Kopff.

Pyrrhichen oculis præ ſe ferre. Πυῤῥίχην βλέπειν.

*Id eſt: Tumultum ac bellum præ ſe ferre.*

Πυῤῥιχίζειν.

*Si quis tumultuantem & ira exardeſcentem dicat πυῤῥιχίζειν, non carebit prouerbii ſpecie.*

Martem tueri.

*Simili tropo dicitur apud Ariſtophanem, ἀγριβλέπειν, pro torue tueri.*

---

# Velocitas.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VElocitas, Græce ταχύτης, ητος, ἡ, & ταχὺς, έος, ὁ, velox dicitur, cuius comparatiuum velocius. Velocitas Hebr. *Meherah, Mahir*, velox, à verbo *Mahar*, Accelerauit, feſtinauit, inſtar aquæ fluentis de monte arduo, & præcipiti. Eſt autem velocius quod in æquali tempore maius ſpatium pertranſit, vel in minori maius vel in minori æquale *ſecund. Ariſt. lib 6 Polit.*

Velocitas eſt qua expediti ſunt animi ad celeriter aliquid obeundum matureq; tranſigendum: quæ laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore perceptionem: nam corporis Celeritas fere dicitur, vt Quinctus Curtius oſtendit. Velocitati contrarium, tarditas. Græcis βραδύτης.

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Velocitas & tarditas non diuidunt motum, vt differentiæ eſſentiales *Auer. in 5. phyſ. tex.* 43.

Velocitas procedit in motu in infinitum, vt diuiſibilitas procedit in continuo in infinitum. *Idem in 7. phyſ. tex.* 15.

Velocitatis diuerſæ quod eſt, in tribus modis inuenitur, aut creſcit, aut minuitur, aut eſt vtroque modo. *Auer. in 3. phyſic. cap.* 2. *text.* 61.

Velocitas dicitur æquiuoce de motu circulari, & recto. *Idem in 7. metaph. t.* 24.

Velocitas propria vnicuiq; motui ſequitur exceſſum motoris ſuper potentiam moti. *idem ibid. t.* 35.

Velocitas & tarditas non ſunt, niſi ſecundum proportionem potentiæ motoris ad potentiam moti: quanto igitur fuerit maior proportio, tanto magis erit motus velocior: quanto proportio minor, tanto motus erit tardior. *Idem in 2. de cælo, tex.* 36.

Velocius aliquando motum eſſe, aliquando tardius ab eodem motore accidit neceſſario, propter diuerſitatem illius portionis, quæ eſt inter rem motam, & motorem: & diuerſitas proportionis accidit, aut propter tranſmutationem contingentem motori, ſiue debilitatem, ſiue vigorem, aut propter tranſmutationem contingentem moto, aut propter vtrunq;. *Auer. in 2. de cæl. t.* 36.

Velocitas in rectum non inuenitur in ſphæra, nec in pyramide, niſi per accidens. *Idem in 3. de cæl. t.* 70.

Velocitas motus eſt ex potentia motoris ex augmento ſuper potentiam moti. *Auer. in 3. de cæl. t.* 27.

Velocitas motus eſt ex victoria mouentis ſuper mobile. *D. Th. in 7. phyſ. lect. 9. tex.* 35.

Velocitas motus minuit tempus, & auget longitudinem ſpa[tii] ... *dem ibid.*

Velocitate inæquali quæ mouentur, quod velocius eſt, in æ[quali] tempore per maius ſpatium mouetur. *Procl. elemen. Phyſ[...] pon.* 8.

Velocitatis inæqualis quæ ſunt ſi moueantur quædam te[mpora] ſumantur, maius tardioris, minus velocioris, in quibus quod v[elocius eſt] ... us eſt maius ſpatium mouebitur, tardius autem ſpatium min[us] ... *dem ibid prop.* 7.

Velocitate inæquali quæ mouentur, velocius in minori te[mpore] tranſit ſpatium æquale. *ibid prop.* 11.

Velociore dato in ſeſqui altera ratione ad tardius demo[nſtratur] quod lineæ indiuiſibiles non ſunt. *ibid. prop.* 14.

Velocia habent rationem mutuam eandem quam haben[t] ... per quæ mota mouentur. *ibid.*

Velocitate inæquali quæ mouentur, potentia inæqua[les re]ſpondent motuum temporibus. *ibid prop.* 9.

De velocitate corporis. DIAL. VI.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAVD.

Sed pernicitas multa eſt. R. Refert quonam curſus inten[datur] ... multos ſua velocitas in exitium tulit. G. Pernicitas ma[gna] ... Currite mortales vt libet, cœli velocitas vos præcurrit, & al[...] & ad mortem applicat. Illud vobis curſum eripit, mo[...] Pernicitas ſumma eſt. R. Eo tendit, vbi deſinat. G. Pe[rnicitas] inaudita eſt. R. Illo properat vbi tarditas multa erit. G. [...] tas infinita eſt. R. Sit quantalibet, vbi ſe exerceat non hab[et] ... quidem puncti vicem terra omnis obtinuit. G. Pernicitas [...] mabilis eſt. R. Hæc ingenii laus eſt, cui maria, & cœlum [...] nitas, & naturæ ſpacia receſſuſq; & arcana rerum omnium [...] Corpus puncti momentiq; ambitu circumſcriptum, quo [velo]citas latura, atq; vbi depoſitura eſt? Nonne enim vt lati[...] hoc ſpatium, ſeu temporum, ſeu locorum, nihilominus quo [...] flexerit ad ſepulchrum currit? Illæ ſaltem anguſtiæ ſine [...] ſtrologicis coniecturis, aut geometricis demonſtrationibus [...] ſunt. Ita eo curritur, vbi perfecte non curritur. G. Incredi[bili] modo pernicitas eſt. R. Cum omnes homines exceſſeris, [...] lum non æquabis. G. Pernicitas ſtupenda eſt. R. Hæc ple[...] dentibus, & præruptis locis comitata plano calle deſtituit [...] per propugnacula turrium, per antennas nauium, per [...] montium innocue volitantes poſt leui pedis offendiculo [...] blica prolapſos extinctoſq; nouit ætas noſtra. Auceps e[...] naturam inſueta, grauium corporum hæc leuitas, volu[...] minem non diu factura. Nam etſi inoffenſa proceſſerit, [...] cito deſinet, breue robur hominis, breuiorq; pernicitas. G[...] nunc agilis ſum. R. Et aſellus agilis iuuenta, & ſenio pigr[...] Spacio leuitas ingraueſcet. Prima ætas ſtimulos habet, [...] ma, quicquid es eris diu, & ſi eſſe cupis, cura vt ſis bonus. [...] virtus ſola non metuit.

---

# Venatio, Venator.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEnator, Græce ἀγρευτὴς, θηρευτὴς, κυνηγέτης, Qui fera[s] ... perſequitur. Sæpe metaphorice eſt indagator, [...] tio Hebr. *Tſaiidh*, à verbo *Tſodh*, venatus eſt, quæſiuit, indagauit, inſidiatus eſt feris. Venator autem nominatur [...] rete, *Matſudhi*, venabulum, *Matſodh*, & rete pro p[...] *ſodhah.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Venator Eſau, *Gen. 25. v. 21.* Venator robuſtus Nemrod [...] *verſ. 9.*

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Hor. l. 1. Carm. Ode 1.

*Manet ſub Ioue frigido*
*Venator teneræ coniugis immemor,*
*Seu viſa eſt canibus cerua fidelibus,*
*Seu rupit teretes Marſus aper plagas.*

Clau. lib. 3.

*Venator defeſſa thoro quum membra reponit:*
*Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.*

Ouid lib. 1. de remed. amor.

*Vel tu venandi ſtudium cole Sæpe receſſit*
*Turpiter à Phœbi victa ſorore Venus.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Venationem violentam decernimus, latrocinium, plag[...] rannidem, & omnem bellicam violentiam, *Plato in Sophiſ[ta].*

Venationis pedeſtris duæ ſunt partes: altera animalium [manſue]torum, altera agreſtium, *Idem ibid.*

Venatoria ars nulla ſe extendit amplius, niſi venetur & [...] *Euthydem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…omnis, & quæ cum canib. fit non minus ſtudioſe ab ado… …fieri debet propter vtilitatem quam affert in cognoſcendo …onem. *de legib. dial.6.*

…pedeſtris ſola laudanda eſt noſtris athletis: at quæ nocte …laude digna, nec quæ laborum remiſſiones habet, quæ …laqueis, ſed quæ canibus & equis & corporibus noſtri vi… …ur probanda eſt: Omnia enim illa ſuperant curſib. & pla… …laboribus ſua manu venantes, qui diuinæ virtutis ſtudio te… *Plat. de legib. dial.7.*

…legislator & laudare, & vituperare debet, ad iuue… …& ſtudia reſpectu habitu, eamq; quæ animos iuuenum …reddit, laudet, quæ contra, vituperet, *Idem ibid.*

…multiplex eſt, nam & aquatilium & volatilium & beſti… …hominum, & furta, & rapinæ, latronum, & exercituum ve… *Plat. de legib. dial.7.*

Venus ſenibus fugienda eſt, nam & iuuenibus detrahit [illegible] mum & non conſulit natis, ſed naſcituris, & etiam be[illegible] producto ſemine ſiccat. *Fic. de vita produc. lib. 2. c. 8.*

Venus duplex eſt: vna eſt intelligentia illa, quam in me[illegible] ca poſuimus: altera eſt vis generandi animæ mundi [illegible] ſui ſimilem comitem habet amorem, illa amore ingenito [illegible] gendam Dei pulchritudinem rapitur, hæc amore ſuo [illegible] dam eandem pulchritudinem in corporibus: illa diuinu[m] [illegible] rem in ſe primum complectitur: deinde hunc in venerem [illegible] traducit: hæc fulgoris illius ſcintillas in materiam mundi [illegible] dit. *Fic. in Plat. conui. or. c. 7.*

Venus duplex, cœleſtis & vulgaris: cœleſtis, quæ in me[illegible] lo nata ſine matre dicitur, quoniam mater apud phyſicos [illegible] eſt, mens autem illa à materiæ conſortio aliena eſt. Se[illegible] nus, quæ in anima mundi ponitur ex Ioue & Dione ge[illegible] id eſt, ex ea virtute quæ cœlos mouet: & iſtam creant [illegible] quæ inferiora hæc generat, & matrem illi tribuunt, qu[illegible] mundi infuſa cum materia commercium habere put[ant] [illegible] *Plat. conuiuium. or. 2. c. 7.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in nobis ſunt: hæ vires intelligendi, & procreandi, ...tantur amores, cum primum humani corporis ...is offertur, mens noſtra quæ prima venus eſt ve-... & per hanc ad illum ſæpe numero incitatur. Se-... vis generandi, & formam huic ſimilem genera-... *in Plat. conui. or. 2. c. 7.*

...curii, ait Plato, potentiam contrariam eſſe ſoli; ...illum motu quandoq; mouentur progredientes, ...entes, Sol occulta prodit illic contra: præterea So-...ribus incomparabilis eſt, ipſi comparabiles mode-...bilemq; efficiunt. Venus conciliationis & amicitiæ, ...rtionis & commixtionis eſt author. *Fic. in Plat.*

...proximi nobis ſunt, maiores enim videntur. *Idem* ...*c. 7.*

...æ conſecratæ ſunt. *Leo. Heb. de am. dial. 2.*

...a propria generandi eſſe exiſtimatur. *Idem ibid.*

¶ Apophthegmata.

...rogatus quid eſſet amor? reſpondit: animæ otioſæ ...

...orem prædicant eſſe mentem, nonnulli cupiditatẽ, ...nt qui diuinum quendam & dæmonicum animæ ...m plane diuinum faciunt. Quocirca recte aliquibus ...cupiditatem eſſe: ſi vero excedat, furorem.

¶ Profana Exempla.

...nuerunt ...*Tarentinus* propter Olympicum, & alia ...otiam exercitationis vigorem. *Cæ. Aſtilus ibi.*

...*a, Amor Venereus.*

# ...erbum, & Verbum Dei.

¶ Definitio: et Etymolog.

...s, Dei filius, Sermo, ſapientia patris, ſeu patris inter-...m de quo locutus eſt Deus, & quam Eccleſiæ ſuæ ſer-...ediatorem promiſit & exhibuit. *Ioan. 1. 1. 14. & 1. Ioan.* ...*9. 13.*

..., extra conſiderationem verbi ſeu filii æterni multi ...occurrit in S. Scripturis, vt ex ſequentibus teſtimoniis ...facile eſt. Vide in concordantiis quod *Verbum* ſi-...

¶ Biblici Loci.

...*Dabar*, pro re quapiam vel negotio, aut etiam pro ...*Gen. 24. 50. Eſa. 2. 1. Luc. 1. 37. & 15. 2. Matt. 21. 24.* ...voluntate, *Heb. 1. 3.* κατ' ἐξοχὴν, pro promiſſione gratu-...on recepta. *Eph. 5. 6.* pro lege diuina præceptis, decre-...tis ac promiſſionib. Dei, *Pſ. 119. v. 49. 89. Matt. 24.* ...*Luc. 5. v. 5.* ſicut & dicere pro iubere, *Matt. 8. v. 8.* ver-...Euangelio, *Rom. 10. 8.* verbum otioſum quam no-...*36.* verbum Dei manet in æternum, *Num. 23. 19. Tob.* ...*& 117. 2. & 119. 89. Eſa. 40. 8. & 51. 6. & 54. 10. Matt. 5.* ...*Mar. 13. 31. Luc. 16. 17. & 21. 31. 1. Pet. 1. 25.*

...caro factum eſt, hoc eſt, homo, *Ioan. 1. 14.* per ſynecdo-... *Eſa. 40. 5. Ioel 2. 28.*

...liter effutienda, ſed ponderanda ſunt, *Pſalm. 112. 5.* ...*& 13. 3. & 20. 15. & 17. 27. & 21. 23. & 35. 11. Eccl. 5. 2. &* ...*& 20. 7. 13. 7. 28. 29. & 32. 18. Matth. 13. 36. Col. 4. 6. Iac.*

¶ Patrum Sententiae.

...Dominus ſuper ſegetes & ſuper ſpinas, ſed ſegeti ...um, ſpinis ad ignem: & tamen vna eſt pluuia: ſic ver-...compulit, videat quiſq; qualem radicem habeat, ... quo trahit pluuiam bonam: ſi eam trahit, vt generet ... pluuia Dei accuſanda eſt ante quam veniat ad radi-... pluuia illa, dulce eſt verbum Dei, donec veniat ad cor ...*de benedict. Eſau & Iacob.*

...o verborum Dei intelligenda eſt operatione præcepto-...enim cuſtodiuntur memoria, ſi non cuſtodiuntur & vi-... Dei tenendo agunt quidam ne obliuiſcantur: nec a-...o, ne corrigantur. *In Pſalm. 118.*

...s plus eſſe videtur verbum Dei, aut corpus Chriſti? Si ... reſpondere, hoc vtiq; dicere debetis, quod non ſit mi-... Dei quam corporis Chriſti, & ideo non minus reus, qui ... negligenter audiuerit, quam ille, qui corpus Chriſti in ...ra ſua cadere permiſit. *In quodam ſerm.*

... verbo Chriſti paſcitur, terrenum pabulum non requi-...um poteſt panem ſeculi capere, qui pane reficitur Sal-...gligit famem corporis, qui pabulo lectionis inten-dit, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum ſibi cœleſtis acquirit, ipſa enim eſt omnium refectio, quæ ſaginat animam, quæ impinguat viſcera, cum de diuinis ſcripturis cibum eloqui perennis accipimus. *Ambroſ. in ſer. 40.*

Quomodo poſſunt verba Dei dulcia eſſe in faucibus tuis, in quibus eſt amaritudo nequitiæ? *in Pſalm. 118.*

Plus eſt verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis terreno ſatiare. *Greg. in homil. 6. ſuper Euang.*

Verba Dei nunc verius mens intelligit quum in eis ſemetipſam quærit. *In moral.*

Quærit anima verbum, cui conſentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem: cui maritetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem. *Bern ſuper Cant. 85.*

¶ Poetarum Dicta.

Horat. 1. Epiſt. 18.

*Neſcit vox miſſa reuerti.*
*Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

Ibidem.

*Quid de quoq; viro, & cui dicas, ſæpe videto.*

Ouid 2. Amor 16.

*Verba puellarum foliis leuiora caducis,*
*Irritaq; vt viſum eſt, ventus & aura ferunt.*

Ouid. 1. Amor. 8.

*Impia ſub dulci melle venena latent.*

Ter. Adelph. 2. 1.

*Neque tu verbis ſolues vnquam, quod mihi re male feceris.*

Ouid. 5. Triſt. 1.

*Eſt aliquid fatale malum per verba leuare:*
*Hoc querulam Prognen, Halcyonemq; facit.*
*Hoc erat in gelido quare Pœantius antro*
*Voce fatigaret Lemnia ſaxa ſua.*

Sen. Her. fur. act. 1.

*Hic clamoſi rabioſa fori*
*Iurgia vendens improbus, iras*
*Et verba locat.*

Plaut. Rud. Act. 5.

*G. Papæ diuitias tu quidem habuiſti luculentas.*
*L. Miſerum iſtuc verbum, & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere.*

Hor. Art.

*Vt ſyluæ foliis pronos mutantur in annos,*
*Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,*
*Et iuuenum ritu florent modo nata vigentq;.*

Ibid.

*Mortalia facta peribunt.*
*Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia viuax.*
*Multa renaſcentur quæ iam cecidere: cadentq;,*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus.*
*Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.*

Ouid. 2. Remed.

*Eneruant animos cithara, cantusq; lyræq;,*
*Et vox, & numeris brachia mota ſuis.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Verbum eſt vox ex compoſito, quæ ſignificat tempus, cuius pars nihil ſignificat ſeorſum, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prædicantur, nota. *Ariſt. in periher.*

Verbum Eſt, non eſt prædicatum, ſed compoſitionem prædicati cum ſubiecto ſignificat. *Alex. Aphrod. in 1. prior. c. 1.*

Verba infinita naturæ actionem, vel paſſionem ſignificant duntaxat, non autem actionem, vel paſſionem ſubſtantiæ coniunctam, vt verba, & participia declarant. *Am. in Prædicamen.*

Verba ſine nomine prolata, nec verum, nec falſum affirmant. *Ibidem.*

Verborum caſus, caſus appellantur per translationem à nominum caſibus. *Mag. in lib. de interpr.*

Verbi proprium eſt, vt ſit prædicatum & non ſubiectum. *Auer. in perihermen. c. 3.*

Verba innocenti reperire facile eſt: modum verborum miſero tenere difficile. *Curt. l. 6.*

Compertum habeo verba virtutem non addere, neq; ex ignauo ſtrenuum neq; forem ex timido exercitum imperatoris oratione fieri. *Salluſt. de Coniurat. Catil.*

Neq; ſtultius quam res claras atq; euidentes putare verbis diu poſſe celari. *Polyb. l. 4.*

Oratorum calliditas, auditorum imperitia & ruſticitas, fidem verbis conciliat. *6. Pachymer. hiſt. l. 5.*

Verbum omne cum tempore eſt, nomen ſine tempore. *Boeth. in lib. de interp.*

Verbum propoſitionis determinat qualitatem: eſt enim, non terminus eſt, ſed deſignat qualitatem. *Boeth. in interp. ad cat. ſyllo.*

Verbum ſolum eſt prædicatum formale. *Alb. Mag. in periher.*

Verbum non enunciatur de nomine, niſi mediante compoſitione, cui accidit affirmatio, & negatio. *Idem ibid.*

Verba in oratione poſita, & primæ & ſecundæ perſonæ non poſſunt fieri per negationem infinitam. *Idem ibid.*

Verbi proprium eſt, vt ſignificet actionem vel paſſionem. *D. Thom in peri herm.*

Verbum infinitum habet eundem vſum, verbum negatiuum. *Idem ibid.*

Verbum in enunciatione eſt cauſa compoſitionis, non nomen. *Idem.*

Verbum eſt declaratio quæ de actionibus eſt. *Plato in Soph.*

Verbum nimium curioſi hominis res bonas nunquam proferre vel aſſequi poſſunt. *Ficin. in Platon. Euthy.*

Verbum naturæ humidæ aſtans eam fouebat: ex humidæ naturæ viſceribus ſincerus ac leuis ignis protinus euolans petit: aer quoque leuis ſpiritu patens mediam regionem inter ignem & aquam ſortiebatur, terra vero & aqua ſic inuicem commixtæ iacebant vt terræ facies aquis obruta nuſquam pateret: hæc duo deinde commota ſunt à ſpiritali verbo quod eis ſuperferebatur, aures eorum circum ſonans. *Mer. Triſmegiſti Pimander. c. 1.*

Verbum expreſſum appellatur cauſa cauſarum, quia ab eo producuntur entia. *Ariſt. Theologiæ Ægyptiæ lib. 10. c. 17.*

Verbis extrema ſupremis eſſe prolixiora debent, nam oportet Theologicas inſtitutiones explicationemq; nominum diuinorum breuiore, quam Theologiam ſignificatiuam ſermone tractari: nam quatenus ad ſublimiora contendimus, eatenus ſermones ipſis intelligibilium conſpectibus contrahuntur, vt in caliginem illam ſubeuntes quæ ſuperat intellectum: non ſolum in ſermonis breuitatem, ſed etiam in ſilentium, & intelligentiæ vocationem incidemus: ſed in deſcendendo oratio pro quantitate deſcenſus extenditur, & poſt omnem aſcenſum omnino motus obmuteſcet, & ineffabiliter coniugetur. *Dion. Areopagit. de trini.*

Verbum Dei ſuperius eſt vniuerſo mundo, antiquius omnib. creaturis. *Phil. in leg. alleg.*

Verbum Dei æternum aſſumpſit corpus humanum non ex cœlo, vt opinatus eſt Cœleſtinus, & Valerianus, ſed ex nobis, item totã naturam noſtram non ſubtracta anima, vel intellectu, vt Arrius Apollinariſq; ſuſpicantur: deniq; naturam veram, non imaginariam qualem Manichæi ſomniarunt: tres enim hos errores ipſa Dionyſii verba proculdubio confutant. *Marc. Fic. in Dionyſ. Areop. de diuinis nominibus.*

Verbum de quo Plato loquitur, teſte Amelio, & ante eum Heraclitus, eſt verbum per quod omnia ſunt creata. & de quo ſcripſit in Euangelio ſuo Iohannes. *Aug. Steuch. de per. phil. l. 31. c. 31.*

Verba lineamenta, figuræ, characteres, & deſcripta verba nec præter, nec ſupra naturam operari quicquam poſſunt per ſe, quin & ea ipſa quorum parens eſt natura efficere non poſſunt, niſi altioris ope virtutis adiuta fuerint, *Ioan. Franc. Pic. Miran. de prænotionibus, l. 7. cap. 6.*

Verbum quod à Platone traditur non eſt creator, ſed creatura. *Gab. Burate de Ideis, lib. 1.*

Verborum Ciceronianorum religio mihi inter philoſophandum vana ſuperſtitio videtur. *Iac. Carpent. defenſio.*

## ¶ APOPHTHEGMA.

*Socrates.* Euripides obtulit Socrati librum ab Heraclio conſcriptum, eo lecto rogauit quid illi videretur? Per Iouem? inquit: quæ intellexi mihi præclara videntur, qualia puto & ea quæ non intellexi: ſed opus eſt Delio quopiam naratore. Notauit perquam ſalſe affectatam eius ſcriptoris obſcuritatem. *De Delio natatore vide Chiliades Eraſ. Rot. lib. 3. apoph.*

*Melanthus* interrogatus, quid ſentiret de tragœdia Dionyſii? negauit ſe eam vidiſſe, quod eſſet obtecta verborum inuolucris. Notans ambitioſa verborum copia rem obſcurari. *Plutarch. περὶ τοῦ ἀκούειν. & Eraſ. Rot. l. 6. apoph.*

*Phauorinus* audiens adoleſcentem obſcurioribus & inuſitatis verbis loquentem: Curius (inquit) & Fabius dilucide cum ſuis fabulati ſunt, neq; Aruncorum, Sicanorum aut Pelaſgorum verbis quicquam ſunt loquuti. *Eraſ. l. 6. apoph. ex Gellio.*

*Demonax*, cum quendam neſcio quid interrogaſſet, atq; is obſcuris plane verbis reſpondiſſet: Non intelligo, inquit, quid dicas. loqueris enim cum aperte tecum loquente, quaſi Agamemnon adhuc viueret. *Eraſ. l. 8. apoph.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Dionis Chryſoſtomi.* An non vides fabros ærarios, aurifices, fabros argentarios, denique eos qui quamcunque exercent artem, omnia artis inſtrumenta habere parata & integra: quamuis compellat fames, quamuis affligat inopia, omnia præoptantes ſuſtinere potius quam vt ex inſtrumentis artificii quippiam vendere velint, atque hinc ali. Itaque multi frequenter potius habuerunt ad vſuram accipere, quam vel minimum aliquid ex artis inſtrumentis oppignerare: idque iure optimo. Norunt enim quod diuenditis illis, ars vniuerſa ipſis ſit inutilis, totumque quæſtus fundamen-
tum ſublatum: illis autem manentibus, fieri pote
æs alienum progreſſu temporis aliquando diſſolu
tes artificio. Quod ſi priuſquam diſſoluerint
vendant, iam non eſt vnde poſſint ſolatium aliqu
que excogitare: Hoc ſane animo nos quoque p
tet. Quemadmodum enim illic artis inſtrum
incus: forceps: ſic & nobis artis inſtrumenta ſun
Prophetarum libri, omniſque ſcriptura diuinitus
Et quemadmodum illi per inſtrumenta quicquid
perint, perficiunt: Ita ſane & nos per hos fabric
noſtram deprauatamque corrigimus, & inueter
Atq; illi quidem hactenus modo præſtant ſuam a
addant rebus: neque enim poſſunt materiam
re, neq; ex argento aurum reddere, ſed harum
ponunt duntaxat. Tu vero non ita, ſed am
Nam ligneum vas acceptum poteris aliquando
3. *de Lazaro.*

*Vt lanas* quæ ſubinde in tincturas immergun
profundius operationem recipere facit: Ita op
ſtræ continuo in diuinos ſermones intingamu
dem à veteri opprobrio, induamur autem nou
Lanæ cum intinguntur, nomen naturæ ſuæ
vocatur lana, ſed purpura, praſinum, coccin
Si tinctio naturæ nomen transformat: cur Di
nem: *De diuerſis.*

*Scriptura* eſt oſtium, quomodo nos ad Deum
bis cognitionem aperiunt, ipſæ oues faciunt,
lupos irrumpere permittunt. Tanquam o
mum hæreticos arcent, & in tuto conſtituunt
mus, aberrare vnquam ſinent. Et niſi hoc o
nunquam nos inimici noſtri poterunt expug
& paſtores, & omnes alii ingrediemur in o
curam earum. Qui enim Scriptura non v
aliunde, id eſt, non conceſſa via, is fur eſt. Sic Ph
derunt, legem Dei tranſgreſſi. *Hom. quinquage*

*Audacis.* Prouocaui non vt prælargi pectoris
acciperem, ſed vt ingens diuitiis vberum flumen
ſaurum ſapientiæ deſideraui: ſed minus acc
taq; ſapientiæ floribus paſci, & viui fontis hau
cupienti. Poteſt enim ſeminudi roboris velamen
ſi meruerit tuis ſenſim fluentis augeri.

*Cur mihi fons orbis paruo ſermone meauit.*
*An minus apta ſuis ſperauit corda fluent*
*Cur pateat viens omnis aquis, ſpectar*
*Relligionis opem, gratos dat ſenſibus*
*Expectat quos plena fides Chriſti de*
*Ad diuum Aurelium Auguſtinum epiſ*

*Gregorii.* Quid eſt Scriptura ſacra: niſi q
omnipotentis ad creaturam ſuam? Et certe
ſtra alibi conſtituta, & ſcripta terreni imp
non ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis
quid ſibi Imperator terrenus ſcripſiſſet, agno
dominus hominum & angelorum, pro vit
tranſmiſit, & tamen eaſdem epiuolas ardenter l
*piſt. 84.*

*Sicut columbæ* iuxta fluenta reſidere ſolent,
vmbram in aqua videant, ſupra quam ſe proi
um ſic effugiant? Sic ſancti viri in Scriptura
num proſpiciunt, & ex deſcriptione quam vid
hoſtem cognoſcunt: dumq; ſe conſiliis Scriptur
vt videlicet nihil agant, niſi quod ex reſponſo S
unt, quaſi in aquam ſe proiiciente, hoſti illud
fluenta pleniſſime dicuntur, quia de quibuſcu
pulis conſilium quæritur, ſine minoratione, de
inuenitur, *In Cantica Canticorum c. 5.*

*Eſaiæ Prophetæ.* Verba mea quaſi ignis, dicit
malleus conterens petram. *c. 23.*

*Ch*[illegible] Sicut ex theſauro ſi quis vel par
pere val[illegible]tas ſibi parat diuitias: Ita in ſacr
in breui dictione variam ſententiarum vim, &
inuenire licet. Eadem ſimilis eſt fontis largis &
rienti fluentis. Hæc eſt ſpiritualium fontium &
ra, quo quis plus inde ſumpſerit, hoc magis ſcatur
*Geneſ.*

*Sicut eſurire*, ſignum eſt bonæ valetudinis: Ita
loquia, ſpiritualis ſanitatis indicium fuerit maxim
*Geneſ.*

*Quemadmodum* floridum quoddam pratum va
genos flores oſtentat: Ita diuina Scriptura
bis demonſtrat, non ſic vt in illorum florum
pore paruo fruamur, ſed vt perpetuam inde
mus. Illic manu tantum accipimus flores, & pro
tes ſuam gratiam amittent: hic non autem ſic: i

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…rtutes accipimus, & eas in ſinus mentis reponimus, …ſi voluerimus, eorum ſua volentia frui potuimus.

…carnes præcidit: Sic & ſermo d… …us concupiſcen- …c.4. *Matth. hom.* 8.

…languenti corpori: Sic ver… Dei prodeſt ani-

…rigat terram, vt fructum proferat. Sic doctrina ho- …iuſtitiam operetur. *In 7. Matth.*

…terram ferrum emollit: Sic & verbum duritiem cor- …*Matth. hom* 42.

…non omnis qui pugnat, vincit: nemo tamen vincere …uerit: Sic non omnes qui ſtudent & legunt, acqui- …ſpiritualem: nemo tamen acquirere poteſt, niſi aut …ſuerit ad legendum, aut aſſiduus ad audiendum. *In c.* 7.

…*medici* grauiſſimorum morborum cauſas atque …s docent, vt in difficilioribus exercitati qui diſcunt, …in aliis faciendum ſit, intelligant: Sic diuinæ literæ …in medium poſuerunt, vt inde minora etiam com- …rationem curationis inueniant. *Hom. 27. in Mat-*

…arma regalia repoſita etiamſi nemo fuerit qui …is qui habitant in ædibus multam præbent cuſto- …dum neque latrones, neque parietum perfoſſores, …piam ſceleratorum audet eam aggredi domum: Sic …libri ſpirituales, illinc omnis expellitur vis diabo- …habitantibus accedit conſolatio. Quandoquidem …librorum aſpectus, ſegniores nos reddit ad peccan- …*de Lazaro.*

…poſteaquam totius vineæ vindemiam peregerit, non …quam ſingulos etiam minutos acinos decerpſerit. …nunc quoque videam ſub literis, veluti ſub foliis latere …age & hos rurſus diligenter amputemus, pro falce … Siquidem vinea poſt fructus ſemel à vindemia- …ſtat nuda fructu, nihil habens præter folia: verum …narum ſcripturarum vinea non item, ſed quamuis, …batur, ſuſtulerimus, tamen adhuc amplius ſupereſt …Itaque complures ante nos diſſeruerunt in hanc para- …plures fortaſſis & poſt nos diſſerturi ſunt, nemo tamen …opes eruere. Nam ea eſt huius opulentiæ natura, quo …hoc magis exundant diuini ſenſus. Fons enim eſt nun- …*ſerm. 4. de Lazaro.*

…*prato* multos & varios video lectionis flores, & am- …m, multas vero violas, nec pauciora lilia, ſed & variũ …pioſum ſpiritus fructum diſſeminatum, & multum …tis. Imo non vero tantummodo pratum, verum & pa- …narum lectio ſcripturarum: non enim fragrantiam …habent eius flores, ſed & fructum, quo animam nutri- …*mil.* 45.

…*dum arbor* perpetua irrigatione in magnam excre- …m: Sic & hic diuinorum eloquiorum doctrina aſſi- …ad virtutis faſtigium peruenit. *Homil. 8. de Anna & Sa-*

…*m* incantamentis beſtiæ obtemperant, mirum niſi …imæ ferocis ſtatum tranquillum & æquabilem red- …*ſerm.* 2.

…procella digreſſi fuerint, & multum deinceps pela- …ſi portum deceſſerint quietum, demittentes vela, de- …mos, egredientes nauem, quiete ſeſe, ſomno corpus re- …hores conatus reliquam ad nauigationem præparant. … & ipſi, atque omni procella tumultique & fluctibus …tranquillam ad quærendum portum ſcripturarum ad …impellamus animas. *de pœnitentia, ſerm.* 7.

…non corporis tumore, ſed naturæ pulchritudine pre- …Sic & diuinarum ſcripturarum lectio. *Homil. 20. de di-*

…dum bibitur, triſtitiam ſedat, & cor mutatur in læti- …& ſpirituale vinum ſcripturarum dum bibitur, in lætitiam …animam. *Tom. 4. homil.* 22.

…*medicinarum* theſaur… …inæ ſcripturæ ſunt, & ſiue …euere, ſiue affectus ſeda… …e pecuniarum cupiditatem …ſiue dolores contemnere, ſiue fortem animum indue- …aduerſa æquo animo tolerare velimus, quam pluri- …remedia inuenire poſſimus. *Homilia trigeſimaſexta,*

…*imber* in ignem cadens facile flammas deprimit: Ita con- …nas facile euaneſcere facit ſermo Dei, in animam admiſſus. …

…*tates corporum* medicorum artes ſanant: Animam autem …eloquia Dei. *de diuerſis.*

…non rigata pluuiis, etiamſi infinita ſuſceperit ſemina, …ferre non poteſt: Sic animus diuinis ſcripturis non illu- …etiamſi quis innumera verba apud eum effundat, fru- …proferre poteſt. *apud Ma… mum ſerm.* 17.

*Baſilii* Omnis panis nutrimentum affert ad ſalutem, ægris autem ſæpe inutilis: Sic & omnis ſcriptura diuina ex Deo eſt, ac admodum fructuoſa, nihilque per ſe immundum atque impurum retinet aut præbet, niſi ei, qui illud eſſe putauerit immundum. *ad Chilonem, de vita ſolitaria.*

*Origenes.* Videtur mihi vnuſquiſque ſermo ſcripturæ diuinæ ſimilis eſſe alicui ſeminum, cuius natura hæc eſt, vt quum iactum fuerit in terram, regeneratum in ſpicam, vel in quamcunque aliam ſui generis ſpeciem, multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius, quanto vel peritus agricola plus ſeminibus laboris impenderit, vel beneficium terræ fœcundioris indulſerit. Sic ergo efficitur, vt culturæ diligentia, exiguum ſemen (verbi cauſa ſinapis, quod eſt minimum omnium, efficiatur omnibus maius oleribus, & fiat arbor, ita vt veniant volatilia cœli & habitent in ramis eius: Ita & hic ſermo, qui nobis ex diuinis voluminibus recitatus eſt, ſi peritum inueniat, & diligentem colonum quum primo attactu videatur exiguus & breuis, vt cœperit excoli, & ſpiritualiter retractari, creſcit in arborem, in ramos, in virgulta diffunditur: ita vt poſſint venire diſputatores & rhetores huius mundi, qui velut aues cœli, leuibus pennis, verborum duntaxat pompa excelſa ſectantur, & ardua & rationibus capi, velut habitare in ramis iſtis, in quibus non loquendi decor eſt, ſed ratio viuendi. *Homilia prima in Exodum.*

*Multis animalibus*, quamuis ſit imperitus & indoctus, rationabilis homo ſi comparetur, videbitur eloquens ad comparationem eorum, quæ rationis & vocis expertia ſunt. Si vero eruditis & eloquentibus viris, atque in omni ſapientia probatiſſimis conferatur, ineloquens & mutus videbitur. At ſi ipſum quis contempletur diuinum verbum, ipſamq; diuinam reſpiciat ſapientiam, quantauis ſit eruditionis, & quantæcunque ſapientiæ multo amplius, quam apud nos ſunt pecudes, ipſe apud Deum mutum ſe animal profitebitur. *homil. 3. in Exodum.*

*Tu ſi filium* tuum ſcire vis literas liberales, verbi gratia, rhethoricam diſciplinam, nunquid eum vacuum & liberum eſſe concedis ab omnibus aliis: omiſſis cæteris, huic vni ſtudio operam dare iubes, pædagogos, magiſtros, libros, impenſas das, nihilque deeſſe concedis, quod ad profectum eius ſtudii facit. Quis noſtrum ita ſe ad diuinæ legis ſtudia conuertit? *in Exodum homilia* 12.

*Sicut in* nouiſſimis diebus verbum Dei ex Maria carne veſtitum, proceſſit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur, aliud, quod intelligebatur: carnis namque aſpectus patebat omnibus, paucis vero & electis dabatur diuinitatis agnitio: Ita & quum per prophetas vel legislatorem verbum Dei, profertur ad homines, non abſque competentibus profertur indumentis. Nam ſicut ibi carnis: ita hic literæ velamine tegitur, vt litera quidem aſpiciatur, tanquam caro, latens vero intrinſecus ſpiritualis ſenſus, tanquam diuinitas ſentiatur. *Homilia 1. in Leuiticum.*

*Non ſolum* homo, quum viderit cibum animalium, ſcit eum non pro ſe, ſed pro animalibus creatum: ſed & ipſa animalia agnoſcunt proprios cibos: & aliis quidem (verbi cauſa) vtitur leo, aliis ceruus, aliis bos, aliis vero aues: ſed inter homines ſunt quædam differentiæ in appetendis cibis. Et alius quidem, qui bene ſanus eſt, & habitudine corporis valens, fortem cibum requirit, & credit, confiditque ſe edere omnia velut robuſtiſſimi quique athletarum: ſi quis vero infirmiorem ſe ſentit, & inualidum, delectatur oleribus, & fortem cibum pro ſua infirmitate reiicit, ſi vero ſit aliquis paruulus, etiamſi voce indicare non poſſit, re tamen ipſa nullam quam lactis requirit alimoniam. Et ita vnuſquiſque vel pro ætate, vel pro corporis valetudine, aptum ſibi & competentem viribus ſuis expetit cibum. Si ſufficienter rerum corporalium conſideraſtis exemplum, nunc ab iis ad intelligentiam ſpiritualium veniamus. Omnis natura rationabilis propriis & competentibus nutriri indiget cibis. Cibus autem verus naturæ rationabilis ſermo Dei, ſed ſicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias: ita & natura rationabilis, quæ ratione, & verbo Dei (vt diximus) paſcitur, non omnis vno atque eodem verbo nutritur. Vnde ad ſimilitudinem corporalis exempli eſt aliquibus etiam in verbo Dei cibus lactis, apertior ſcilicet, ſimplicior doctrina: vt de mortalibus eſſe ſolet, quæ præberi couſueuit iis, qui initia habent in diuinis ſtudiis, & prima eruditionis rationabilis rudimenta ſuſcipiunt. *Homil. 25. in Numer.*

*Omnis medicus* ex herbarum ſuccis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animantium naturis, profutura corporibus medicamenta componit: ſed herbas iſtas ſi quis forte, ante quam ratione artis componantur, aſpiciat, ſiquidem in agris aut montibus velut fœnum vile conculcat & proterit: ſi vero iſtas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinem viderit, licet odorem triſtem forte & auſterum reddant, tamen ſuſpicabitur eas curæ vel remedii aliquid continere, etiamſi nondum, quæ vel qualis ſit ſanitatis ac remedii virtus, agnouerit. Veni nunc ad Ieſum cœleſtem medicum: intra ad hanc ſtationem medicinæ eius

 Eccle-

Eccleſiam: & quia Ieſus hic, qui medicus eſt, & verbum Dei eſt ægris ſuis non in herbarum ſuccis, ſed verborum ſacramentis medicamenta conquirit: quæ verborum medicamenta ſi quis incultius per libros velut per agros videat eſſe diſperſa, ignorans ſingulorum dictorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum ſermonis cultum habentia præteribit: qui vero ex aliqua parte didicerit animarum apud Chriſtum eſſe medicinam, intelliget profecto ex his libris, qui in Eccleſia recitantur, tanquam ex agris & montibus ſalutares herbas aſſumere vnumquenque debere ſermonum duntaxat vim: vt ſi quis ille eſt in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis, quam ſucci interioris hauſtæ virtute ſanetur. *Homil. 8. in Leuitic.*

*Solent medici* præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, verbi gratia, ad diſcutiendam caliginem viſus, nec tamen in edendo ipſo cibo, vel in potando ſentimus, quia vtile eſt, & prodeſt oculis: ſed cum tranſierit viſum cibi illius, aut poculi virtus, paulatim purgat aſpectum: & tunc demum ſentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in aliis ſimiliter corporis partibus eadem fieri ſolent. Hoc ergo modo credendum eſt etiam de ſcriptura ſancta, quia vtilis eſt, & animæ prodeſt, etiamſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capit: quoniam (vt diximus) & bonæ virtutes quæ nobis adſunt, reficiuntur in his ſermonibus, & paſcuntur, & contrariæ torpeſcunt iis meditationibus, & effugantur. *Hom. 20. in Ieſum Naue.*

*Sicut corpori* medicamenta Deus præparauit ex herbis, arte diſciplinaque compoſitis: Ita etiam animæ medicamenta præparauit in his ſermonibus, quos per diuinas ſcripturas ſeminauit atque diſperſit: vt hi, qui aliqua ægritudine fuerint oppreſſi, ſtatim vt vim morbi ſenſerint, atque alicuius vulneris ſtimulum dolo remque proſpexerint, requirant aptam & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam, quæ eis ex præceptis Dei poſſit mederi; huius medicinæ archiatros eſt Chriſtus, diſcipuli ſunt medici. *in Pſalm.* 37.

*Cyrilli.* Quemadmodum, ſi quis ſcintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum neceſſe eſt fiat: Sic verbum Dei tanquam ſcintilla in naturam noſtram immiſſum, totam inde inflammauit, atque ad vitam interitu penitus deſtructo reduxit. *in Ioannem lib. c. 15.*

*Probus* auditor ac ſapiens quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea theſauro ſtatim commendauit: ſi qua vero ardua videntur, ſæpe ac multum inueſtigans atque interrogatus tandem aſſequitur, venatorios apprime canes imitatur, qui huc atque illuc percurrunt feras quærentes: Sic affectum eſſe ſapientem propheticus quoque ſermo denotat, dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita ſemper eſt, vt apud eum habitemus, & ad alienas ſententias non efferamur. *lib. 3. in Ioan. cap. 39.*

*Philonis Iudæi.* Quemadmodum corpus hominis morbo obnoxium, adhibita medicina curatur: Sic anima prædicato Dei verbo, *li. 2. allegoriarum legis.*

*Vt vera ſanitas*, quam nullus morbus præceſſit in corpore, à ſolo Deo largitur quidem, eis autem liberatio per artem & medicinam, ſum ſinit & à ſcientia & ab artifice non iuuari in ſpeciem, ipſe ſanans vel per hæc, vel citra horum operam: Sic etiam animæ bona & alimenta largitur hominibus Deus per ſeipſum, per verbi autem prædicationem quicquid ad ſanandos animi morbos pertinet. *lib. 2. allegoriarum.*

*Sicut oculi* pupilla, quamuis minima particula ſit, videt tamen hos cœleſtes orbes, & immenſum mare, & aeris amplitudinem, præterea ſolis tam orientis quam occidentis terminos: Pari modo ſermo diuinus cernit acutiſſime, qui ſufficit in inſpiciendis rebus omnibus, per quem videbuntur quæcunque digna ſpectatu. *lib. 16. allegoriarum legis.*

*Sicut riuorum* perennium fluenta curſu irrequieto feruntur, ſequentibus aquis præcedentes impellentibus: Ita ſermonis ſemel cœpti exundantia mentem omnium, quæ nobis inſunt, nobiliſſimam, & volucribus naturis parem currendo aſſequitur. *lib. de ſacrificio Abelis & Caini.*

*Sicut ingenitus* ille præuenit omnia genita: Ita ingeniti ſermo ſermonem creaturæ præcurrit, nubila etiam præteruolans. *lib. de ſacrificio Abelis & Caini.*

*Olympiodori.* Diuina ipſa ſcriptura eſt veluti ager quidam ferax & odoratus, quaſiq; paradiſus optimis arboribus conſitus, habenſq; Theſaurum occultum. Par eſt autem, vt qui hunc habere quærunt theſaurum, placere ſtudeant regi domino agri huius: hoc eſt, Deo omnipotenti. Placebunt autem, ſi cunctis mundi deliciis renuntiauerint. *in Eccleſiaſt. c. 5.*

*Procopii.* Erat porro ſimile grano coriandri. Tradunt coriandri naturam penitus ſemini reſpondere, adeo vt ſi ſuccidatur etiam coriandri ſemen, vim ſuam non amittat, vt ſementi idoneum amplius non exiſtat. Huiuſmodi verbum eſt omnino, cuius omnis particula ad terræ cultum natura apta eſt, ſi mandatur commodæ & bonæ terræ, id eſt, animæ. Eſt porro album etiam. Lumen enim verbum eſt, idque ſplendidum, ac proinde quoque album ipſum intelligenti, ab eoque nutrito. Eſt item ſaxo ſimile.

Contortum etenim eſt, & neutiquam flaccidum, ne[...] rum ſaxeum. Cœleſte quippe verbum eſt, ac nobi[...] mittit. Non dixit verbo, Verum etiam in om[...] Sine etiam, tanquam ſi dixiſſet: Non in hoc quod[...] rum in hoc. Manifeſtum eſt autem, quod ma[...] cens, verbum erat. Non commune aliquid haber[...] cemur, non ſolo pane hominem viuere, cum De[...] mus. *in Deuteron.*

*Iuſti Epiſcopi.* Poſt hæc turris? Scriptura Ca[...] Noui Teſtamenti conuenienter intelligi, quæ per S[...] velut turris excelſa, conſtructa eſt, mille pendent c[...] numerus per plenitudinem vniuerſitatis accipitur[...] Verbi quod mandauit in generationes, tanquam [...] generationes. Itaq; in hac ſancta ſcriptura omnis [...] reperitur, ex qua vel contra diabolum, vel contra [...] titer repugnatur, nam & ipſe Dominus, cum in [...] tentaretur, ex hac turri arma produxit, cum eum [...] ſcriptura teſtimoniis vſque quaque deuicit. *in Ca[...] rum.*

*Fauus deſtillans* labia tua: expoſitio ſcriptura[...] & lac in doctrina tua ſub lingua tua: eo quod la[...] in melle diuerſorum vulnerum peccatorum pu[...] *Cantica Cantic.*

*Hieronymi.* Quomodo in his noſtris literis [...] legenda verba texendaque procedere, niſi prius [...] perit: Ita etiam in ſcripturis diuinis non valem[...] ſunt noſſe, niſi ab ipſis ethicæ mandatis habuer[...] cundum illud, quod Propheta dicit: A manda[...] quod videlicet poſt opera cœperit habere ſcientiam [...] *Paulum.*

*Sicut calculus* genus eſt lapidis duriſſimi, & ro[...] ritate leuiſſimi: Ita ſermo Dei, qui neq; hæretico[...] aduerſariorum poteſt contradictionibus cedere [...] *Damaſum.*

*D. Auguſtini.* Sicut ſtellas in cœlo non extingui[...] fidelium inhærentes firmamento ſcripturæ Dei, [...] tas. *In Pſalm. 93.*

*Bona vita*, quæ ex præceptis Dei agitur, t[...] quod auditur ſcribens in corde. Si in cera ſcribere[...] retur. Scribite illud in cordibus veſtris, & moribus [...] lebitur. *in Pſalm. 93.*

*Scriptura* vt fidelis ſpeculi nitor nullius accip[...] ſonam, ſed ad laudanda & vituperanda hominum [...] dicat, vel legentibus iudicanda proponit: nec [...] vel vituperabiles, vel laudabiles intimans, ſcu[...] vituperabilib. laudanda, & in laudabilibus vituperand[...] *lib. 22. contra Fauſt. c. 65.*

*Animam tuam* nutri diuinis lectionibus: pa[...] menſam ſpiritualem. Quia ſicut ex carnalibus a[...] hominis caro: Sic ex diuinis eloquiis, lectionibu[...] nutritur noſter interior homo. *Ad Iulianum. Ep[...]*

*Sicut ferrum*, niſi vſum fuerit, æruginem ge[...] niſi frequentius diuinis exerceatur lectionibus [...] ta *quæſt. 120.*

*Sicut ſolem* non videt oculus, niſi in lumine [...] dominicum lumen non poterit videre intelligen[...] mine, de quo inquit Propheta: Domine in lum[...] lumen. *ad Oroſium.*

*Quiſquis negat*, ideo vtrumque teſtamentum [...] poſſe quod non eiſdem ſacramentis tenetur popu[...] Iudæi tenebantur, vel adhuc tenentur, poteſt [...] ri, vt vnus paterfamilias iuſtiſſimus, aliud impe[...] uitutem duriorem vtilem iudicat, aliud eis, [...] gradum adoptare dignatur. Si autem præcep[...] quod minora in veteri lege ſunt, in Euangelio [...] tantur non ad vnum Deum vtraq; pertinere: p[...] perturbari, ſi vnus medicus, alia per miniſtros [...] alia per ſemetipſum valentioribus præcipiat ad re[...] tinendam ſalutem. Vt enim ars medicinæ cum [...] neque vllo pacto ipſa mutetur, mutat tamen præ[...] bus, quia mutabilis eſt noſtra valetudo: Ita diuina [...] ſit ipſa omnino incommutabilis, mutabili tamen [...] ſubuenit, & pro diuerſitate morborum, aliis alia [...] à vitio, vnde mors incipit, & ab ipſa morte ad [...] eſſentiam, ea quæ deficiunt, id eſt, ad nihilum ten[...] firmet. *de vera religione.*

*Quemadmodum* formica æſtate colligit, vnde in hy[...] ſic vnuſquiſq; Chriſtianus in rerum tranquillitate, [...] æſtas, colligat verbum Dei, vt in aduerſitate, & tribula[...] hyemis nomine ſignificantur, habeat, vnde ſpiritual[...] *cem chordis, c. 11.*

*Sicut agni* multo lacte pingueſcunt, & ſicut oues be[...] pe nitent: ita Apoſtolico ſucco paſta, fidelium pingu[...] *de Cain & Abel.*

*D. Ambroſii.* Paſcua ſunt libri ſcripturarum [...]

…mur & reficimur, cum ea, quæ ſcripta ſunt, deguſta… …no ore libata frequentius ruminamus. His paſcuis …ſiguatur. Carpis illic nouum florem, qui bonum o… …reſurrectionis. Carpis lilium, in quo fit ſplendor æ… Carpis roſam, hoc eſt, Dominici corporis ſanguinem. …ſtrium hic, cum loquimur mandata Dei verbi: paſcitur …ur lucernæ ſpiritalis lumine, quæ nobis in hac mundi …, ne ſicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus …am veram inuenire nequeamus. *ſerm.* 14.

…eloquium tuum. Ignis eſt verbum Dei, quem miſit, …entium diuinæ ardore cognitionis inflammaret affe… …ſtem fidei & deuotionis adoleret, qui cupiditatem vir… …ret. Bonus ignis, qui calefacere nouit: neſcit exure… …peccata. Hoc igne ſuper bonum fundamentum poſi… …um illud aurum probatur: hoc igne illud morum vel …minatur argentum; hoc igne lapides illi pretioſi illu… …ſenum autem & ſtipula conſumit errorem. Hoc i… …rubus, & non exurebatur. Vrit enim ſermo diuinus, …conſcientiam peccatoris: non exurit, vt perdat. Hic i… …per fidem Chriſtum in cordibus facit. Hic ignis mate… …guere ſæua flammarum conſueuit incendia. Deniq; …igne ſuccenſi, fornacis ardentis vaporem nec timere, …potuerunt *ſermone* 18.

…eſt diuina ſcriptura, in qua arbor vitæ bonos fructus …ternæ ſpei mandata diffundit per vniuerſos populos: de… …hoc paradiſo, & nunc quando diuinas ſcripturas lego a… …os conſcientiæ, deambulare mihi Deum putem reco… …no me abdere, cupio fallere: ſed nudus ſum Deo, apud …& intecta ſunt omnia. Erubeſcens itaq; tegere puden… …deſidero, quaſi membra mei corporis: ſed quia Deus o… …, folijs obumbrantibus, latebris tectus appareo: puto me …ia corpore amictus ſum. *li.6.epiſt.*41.

…eſt ſcriptura diuina, habens in ſe ſenſus profundos, alti… …propheticorum ænigmatum, in quod mare plurima in… …umina: ex huius fluminis plenitudine, quicunque acce… …vocem ſuam: ex hoc flumine aqua ſiliens in vitam æ… …quæ lætificat ciuitatem Dei. Collige hinc aquam Chri… …quæ laudat Dominum: collige de locis pluribus, quam …nubes propheticæ. *Lib. ſeptimo, Epi.* 44.

*…de manna* eſt pluuia ſpiritualis ſapientiæ, quæ ingenio… …entibus, de cœlo infunditur, & irrorat mentes piorum, …t fauces eorum. Qui igitur intellexerit infuſionem di… …næ delectatur, nec alium cibum requiret. Nec enim …vjuit, ſed in omni verbo Dei. Melle dulcius eſt man… …no, quem ordinauit Deus, hæc ordinatio Dei, hæc ali… …animam ſapientis, & illuminat atque obdulcat, re… …ritatis coruſco, & mulcens tanquam fauo quodam di… …turum ſuauitate, & ſermone ſapientiæ: faui enim mel …s ſunt boni, ſicut ſcriptum eſt in prouerbio: Minutum granum ſinapis minutum eſt, quod comparatur regno …, quia ſpiritus ſapientiæ ſubtilis legitur. Nam ſpiritus il… …ſanctus, multiplex, mobilis, qui ſermones ſuos molat …quid offendat vel in ſenſu, vel in alloquio. Hoc manna …colligebatur, in diem alterum non ſeruabatur, eo quod …ſapientiæ in tempore ſint gratiora, nec tam miranda, quæ …poris reperinntur, quam illa, quæ præſentis funduntur …tate: ſiue quia futura reuelantur myſterio, eo quod …manna vſque ad ſolis exortum, eſui iam eſſe non poſſet: …ſque ad Chriſti aduentum, habere gratiam oriente ſole iu… …fecta illa ſumenda forent, *l.8.epiſt.*62.

*…Cypriani.* Ambulantes in tenebris ſibimetipſis lumen …nt oſtendere, niſi vltronem ſeipſos non videntibus offe… …men: Ita hnmana cœcitas ad Deum non dirigit viam, …lucernam legis oſtendat. *De ſingularitate Clerico…*

*…alis* aquæ, qui copioſe prius & largiter profluebat, ſubi… …, nonne ad fontem pergitur, vt illic defectionis ratio …, vtrumne creſcentibus venis, in capite ſiccauerit, an vero …nde & plena procurrens, in medio itinere deſtiterit? Aut …interrupti vel bibuli canalis effectum eſt, quo minus aqua …ter continue ac iugiter flueret, refecto & confirmato …ad vſum atque potum ciuitatis, aqua collecta eadem vber… …integritate repræſentatur, qua de fonte proficiſcitur. …nunc facere oportet Dei ſacerdotes, præcepta diuina …, vt in aliquo, ſi nutauerit & vacillauerit veritas, ad ori… …Dominicam, & Euangelicam, & Apoſtolicam traditio… …tramur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo & …trexit. Nam ſi ad diuinæ traditionis caput & originem …, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cœleſtium …perſpecta, quicquid ſub caligine ac nube tenebrarum ob… …bat, luce veritatis aperitur. *Ad Pompeium contra Epi…ianos.*

*…* Sermo Dei, quo ex errore ad veritatem retrahimur, quo per comminationem terroremque iudicii, ad innocentis & ſanctæ vitæ viam regimur, virga eſt, per quam intra diſciplinam diuini metus cohibet timoratio, ac prouidentis rectoris monitu coercemur. Apoſtolus monuit Corinthios, vtrum mallent cum ſeueritate doctrinæ atque obiurgationis adeſſe, an in ſpiritu lenitatis. Quod vtrumque ſecundum modeſtiæ tenorem erat neceſſarium, vt obedientibus lenior, inſolentibus vero ſeuerior adueniret. Virga de radice Ieſſe floruit, vt virgæ ſeueritatem floris ſuauitas temperaret, cum vnicuiq; noſtrum doctrinæ terrore regimen perfectæ beatitudinis commoneret. *in Pſalm* 2.

*Vt cæcis nocte* egreſſus, lucernam ante fert, & quo pedem inferat, conquirit, atque ad ſingulos greſſus natum ſe eſſe exiſtimet, vt rurſum, poſtquam natus eſt, nullus eſſet, lumine præeunte, ſollicitus eſſet: Ita vnuſquiſque noſtrum manens in ſe verbum Dei in omnes operum proceſſus, tanquam lucernam prætendit. Omnis etenim doctrina cœleſtis dux nobis ad iter vitæ eſt, quæ lucernæ modo in hac nocte ſeculi præferenda eſt, cum aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur, vt ea in omnem progreſſum cuiuſcunque operationis vtamur. *in Pſalmum* 118.

*Vt per os* in alimoniam corporis cibos ſumimus: Ita per cor ad viuificandam animam eſcas doctrinæ cœleſtis accepimus, quæ niſi amplificato & parente corde attracta quodammodo fuerint, non adibunt. *ibid.*

*Paſcaſii.* Fides catholica in vniuerſum mundum per Patriarchas & Prophetas, & gratiæ diſpenſatores, Spiritu ſancto inſinuante, diffuſa eſt. Hanc Apoſtolica ſolicitudo atque perfectio, ſicut per ſanctas paginas dilatauerat, ita per ſymboli ſalutare collegit, & tanquam per diuerſas remediorum ſpecies diſpoſuit in corpus vnum, ac velut ex innumeris aromatibus pretioſum confecit vnguentum: cuius odor omnes fines terræ potentia fragrantiæ ſpiritualis impleuit, vt in ipſo vniuerſitatis aſſenſu, virtus appareat veritatis. *De Spiritu Sancto.*

*Gregorii.* Scriptura ſacra cibus eſt nobis in obſcurioribus, quod quaſi exponendo frangitur, & mandendo glutitur: potus eſt in locis apertioribus, qua ita abſorbetur, ſicut inuenitur. *in Moralibus lib.1.c.*21.

*Manna* habet omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: & diuinus ſermo omnibus congruens, qualitati audientium condeſcendit: quem dum electus quiſque vtiliter iuxta modum ſuum intelligit, quaſi acceptum manna in voluntarium ſaporem vertit. *lib.6.c 7.Moral.*

*Arcus* eſt ſcriptura, de qua ad corda hominum, ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententiæ veniunt. Hunc arcum Deus tetendit, quia peccatoribus per ſcripturarum minas exhibet, in eo parauit vaſa mortis: quia ſecundum eloquii ſui ſententiam, eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. *Libro* 19. *capite* 28.

*Salonii.* Omnis ſermo diuinæ authoritatis idcirco ignitus clypeus dicitur, quia corda electorum, qua ſpem ſuam in Deo ponunt, & igne charitatis accendit, & ſcientia veritatis illuminat, & ſordes vitiorum, quas in eis reperit, conſumit, & purgat, & ab inſidiis hoſtium, cunctiſque defendit aduerſitatibus. *In Parab. Solom. fol.*226.

*Abſolonis Abbatis Sprinckirch.* Vita humana eſt vt nauis, quæ bonis operibus, velut quibuſdam mercibus, onuſta, in portum ſalutis tendit: gubernaculum huius nauis eſt ſermo Dei qui in mari huius ſeculi ita aduerſa & proſpera debet dirigere ad portum. Sed vbi peccatrix anima repulerit verbum Dei à corde ſuo, tum ventis, procellis, tempeſtatibus irruentibus vndecunque quaſi fracto gubernaculo, periclitetur tempeſtate: ab Aquilone Diaboli ſuggeſto, à meridie vana gloria. *Sermone* 5. *de aduentu Chriſti.*

*Caſſiani.* Satis proprie ſcriptura diuina agro optimo ac fertili comparatur, qui cum multa gignat ac proferat, quæ ad hominum victum, ſine aliqua ignis coctione proficiant, quædam niſi prius flammæ calore mitigata atque mollita, omnem aſperitatem ſuæ diſpoſuerunt cruditatis, vel incongrua erunt vſibus humanis, vel noxia. Nonnulla vero ita in vtrumque naſcuntur, vt nec incocta ſua cruditate diſpliceant vel offendat, & tamen ignis calore lenita, ſalubriora reddantur. Plura quoque ad eſcam tantummodo irrationabilium iumentorum, & animalium mitium, vel ferarum, ſiue volatilium oriuntur vſum, cibis hominum minime profutura: quæ etiam in ſua aſperitate manentia, abſque vlla ignis confectione: vtilem iumentis conferunt ſaturitatem. Quam rationem ſatis euidenter aſpicimus in hoc vberrimo ſcripturarum ſpiritualium paradiſo contineri: in quo ita quædam ſignatione literæ plana ac luculenta reſplendunt, vt, cum ſublimiore interpretatione non egeant, ſimplici tamen literæ ſono, abunde paſcant ac nutriant audientes, vt eſt, Audi Iſrael, &c. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Quædam autem, ſi allegoriæ explanatione extenuata non fuerint, & ſpiritualis ignis examinatione mollita, nullo modo ad ſalutarem interioris hominis cibum ſine corru-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

corruptionis la..e peruenient, magiſque ex eorum perceptione læſio, quam ..ilitas aliqua ſubſequatur, vt eſt illud, Sint lumbi, &c. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat ſibi gladium: &, Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Quod quidam diſtrictiſſimi Monachorum, habentes quidem zelum, ſed non ſecundum ſcientiam, ſimpliciter intelligentes, fecerunt ſibi cruces ligneas, eaſque iugiter humeris circumferentes, non ædificationem, ſed riſum cunctis videntibus intulerunt. Nonnulla vero ad vtramque perceptionem, id eſt, ad hiſtoricam & allegoricam ita commoda ſunt ac neceſſaria, vt vtraque explanatio vitales animæ ſuccos impertiatur, vt eſt illud: Si quis te percuſſerit in maxillam dextram, præbe illi & alteram, &: Cum vos perſecuti fuerint de vna ciuitate fugite in aliam, &: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia. Producit ſane & fœnum iumentis, quibus pabulis omnes ſcripturarum repleti ſunt campi, ſimplex ſcilicet puraque narratio hiſtoricæ lectionis: qua ſimpliciores quique, & minus capaces perfectæ & integræ rationis (de quibus dicitur: Homines & iumenta ſaluabis Domine,) ſecundum ſtatus ac menſuræ ſuæ conditionem ad opus ſuum & laborem actualis vitæ vegetiores robuſtioreſq; reddantur. *Collat.8.c.3,*

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ.* Quoties quis in tenebris ambulantibus vult præbere ſolatium, viarum inſinuare diſcrimina, accenſa luminaria in ſublime ſtatuit, eademque exponit in publicum, quatenus inoffenſo pede valeant peragrare, quo tendunt: Hoc per ſemetipſum in humanitate aſſumpta, hoc per Apoſtolos, doctores, ac prædicatores ſuos, coæterna Deo Patri perfecit ſapientia, atq; quotidie id agit in ſpiritu, ac verbi Dei annuntiatione, &c. *De inſtitutione ac regimine prælat.c 7.*

*Ruffini Aquilegienſis presbyteri.* Sicut caro verbi Dei perfectorum cibus eſt: ita & ſanguis eius perfectorum eſt poculum. Qui ergo per verbum Dei purgantur, & renouantur de die in diem; hi dicuntur lauare in vino ſtolam ſuam, id eſt, actus ſuos viſibiles, ac in ſanguine vitæ amictum ſuum. *in li.de benedictione Iudæ ad Paulinum presbyterum.*

*Folengii.* Quemadmodum hi, qui in labyrintho aliquo diuagantur, fruſtra exitum ſperant abſque lumine: Ita in infinitos, prorſuſque inextricabiles impingere peccatorum mæandros illos neceſſe eſt, qui vitam hanc ærumnoſam, ſine verbi luce poſſe viuere ſomniant. *in Pſalm.*119.

*Eraſmi Roterodami.* Draconites nec politi poteſt, nec artem admittit, alioqui elegans ac tranſlucens: Ita diuina ſcriptura ſuum habet nitorem, nec artificium philoſophiæ aut rhetorices admittit, *in ſimilibus.*

*Vt* ſtultum ſit relictis fontibus conſectari riuulos: Ita ineptum eſt, relictis Euangeliis, Lyræ & ſimilium ſomnia ſequi. *in ſimilibus.*

*Cedrus* & iuniperus ſi oleo perungas, nec tineas ſentiunt, nec cariem: Ita ſemel imbutus diuini Spiritus ſucco animus, nullam huius mundi ſentit corruptelam. *in ſimil.*

*Thriueri.* Vt nuſquam aqua magis alacrem, magis genuinum ſaporem exhibet, quam ex ipſo fonte exhauſta: Sic nec iuſtitiam, veritatem, humilitatem, quiſquam aliunde felicius diſcet, quam ex ſacroſancto Chriſti Euangelio. *in apoph.* 43.

*Lapis Lydius* explorat aurum: Et Euangelium Chriſti reuelat cogitationes hominum. *in apoph.*96.

*Aqua quæcunque* manibus affuſa ſtirpes quidem diluit & humectat; ſed ſola cœleſtis implet: ita ſcientia philoſophorum animum turgefacit, ſed ſola, quæ deſuper data eſt, hominem implet ac beat. *in apoph.*54.

*Eſaiæ Prophetæ.* Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *cap.*55.

*Chriſti Saluatoris.* Quemadmodum granum ſinapis, licet omnium ſeminum minimum ſit, iactum tamen ſuo tempore in terram ita excreſcit, vt inter holera ſit maximum: Ita enim Euangelica prædicatio, licet à filiis huius ſeculi contemnatur, ac cum nulli philoſophiæ, ac rationibus etiam ſapientiſſimorum conferri poſſit, vili pendatur, tamen ſi quis ſpreto ſplendore ſeculari, ipſam vera fide amplectatur, ſentiet mera eſſe Dei oracula, Spiritus ſancti myſteria, ac cœleſtis ſapientiæ pronuntiata, in quibus tanquam in clariſſimo ſpeculo relucet ipſiſſima Dei veritas, iuſtitia, miſericordia, potentia, iuſtificatio, & ſalus. *Datur hæc ſimilitudo à Chriſto Matth.*13.

*Chryſoſtomi.* Sapientes medici, quoties membra putrefacta ſecturi ſunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ vitium correcturi, non id faciunt eo, qui laborat, in angulum abducto, ſed eo in mediis foris depoſito, conglomeratoque prætereuntium ſpectaculo, ita demum admouent manum. Hoc autem faciunt, non quod velint humanas traducere calamitates, ſed vt vnicuique propriæ ſanitatis commendent curam: Itidem & ſcriptura facit: vbi quem arripuit peccantium, proponit eum in ſublimi ſuggeſto, non in mediis foris, ſed in media terra: & poſteaquam totius orbis circumſteterit ... curationem adhibet, erudiens nos, vt circa ... cautiores ſimus. Videamus igitur, quo pacto ... corrigere ſit aggreſſus. Non dixit: O impie! ... ſubuertiſti, confudiſtique, ad extremam impietatem ... neque ſermonem accuſatoris in longum produxit ... modum hi, qui ſecant, hoc breuiter facere ſtudent, ... nis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem & hic aſperitatem ... obiurgationis, paucis verbis conſtringens regis iram ... 5. *in Eſai.*

*Vir ſapiens* verbum ſuum quod dixerit, non re... Et quomodo verba diuina ſine exitu vacua poterunt ... 5. *Matth. hom.*10.

*Sicut lucerna*, niſi ei ſubminiſtraueris oleum, ... verbum fidei noſtræ, quod credentes accepimus, niſi ... atur doctrinis, aut meditationib ſcripturarum, ... ſatis illuminat animam. *In* 24. *Matt. homilia* ... *cunda.*

*Multis animalibus*, quamuis ſit imperitus & indoctus, rationabilis homo ſi comparetur, videbitur eloquens ad comparationem eorum, quæ rationis & vocis expertia ſunt. Si vero eruditis & eloquentibus viris, atque in omni ſapientia probatiſſimis conferatur, ineloquens & mutus videbitur. At ſi ipſum quis contempletur diuinum verbum, ipſamq; diuinam reſpiciat ſapientiam, quantauis ſit eruditionis, & quantæcunque ſapientiæ multo amplius, quam apud nos ſunt pecudes, ipſe apud Deum mutum ſe animal profitebitur. *homil. 3. in Exodum.*

*Tu ſi filium* tuum ſcire vis literas liberales, verbi gratia, rhethoricam diſciplinam, nunquid eum vacuum & liberum eſſe concedis ab omnibus aliis: omiſſis cæteris, huic vni ſtudio operam dare iubes, pædagogos, magiſtros, libros, impenſas das, nihilque deeſſe concedis, quod ad profectum eius ſtudii facit. Quis noſtrum ita ſe ad diuinæ legis ſtudia conuertit? *in Exodum homilia 12.*

*Sicut in* nouiſſimis diebus verbum Dei ex Maria carne veſtitum, proceſſit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur, aliud, quod intelligebatur: carnis namque aſpectus patebat omnibus, paucis vero & electis dabatur diuinitatis agnitio: Ita & quum per prophetas vel legislatorem verbum Dei, profertur ad homines, non abſque competentibus profertur indumentis. Nam ſicut ibi carnis: ita hic literæ velamine tegitur, vt litera quidem aſpiciatur, tanquam caro, latens vero intrinſecus ſpiritualis ſenſus, tanquam diuinitas ſentiatur. *Homilia 1. in Leuiticum.*

*Non ſolum* homo, quum viderit cibum animalium, ſcit eum non pro ſe, ſed pro animalibus creatum: ſed & ipſa animalia agnoſcunt proprios cibos: & aliis quidem (verbi cauſa) vtitur leo, aliis ceruus, aliis bos, aliis vero aues: ſed inter homines ſunt quædam differentiæ in appetendis cibis. Et alius quidem, qui bene ſanus eſt, & habitudine corporis valens, fortem cibum requirit, & credit, confiditque ſe edere omnia velut robuſtiſſimi quique athletarum: ſi quis vero infirmiorem ſe ſentit, & inualidum, delectatur oleribus, & fortem cibum pro ſua infirmitate reiicit, ſi vero ſit aliquis paruulus, etiamſi voce indicare non poſſit, re tamen ipſa nullam quam lactis requirit alimoniam. Et ita vnuſquiſque vel pro ætate, vel pro corporis valetudine, aptum ſibi & competentem viribus ſuis expetit cibum. Si ſufficienter rerum corporalium conſideraſtis exemplum, nunc ab iis ad intelligentiam ſpiritualium veniamus. Omnis natura rationabilis propriis & competentibus nutriri indiget cibis. Cibus autem verus naturæ rationabilis ſermo Dei, ſed ſicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias: ita & natura rationabilis, quæ ratione, & verbo Dei (vt diximus) paſcitur, non omnis vno atque eodem verbo nutritur. Vnde ad ſimilitudinem corporalis exempli eſt aliquibus etiam in verbo Dei cibus lactis, apertior ſcilicet, ſimplicior doctrina: vt de mortalibus eſſe ſolet, quæ præberi couſueuit iis, qui initia habent in diuinis ſtudiis, & prima eruditionis rationabilis rudimenta ſuſcipiunt. *Homil. 25. in Numer.*

*Omnis medicus* ex herbarum ſuccis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animantium naturis, profutura corporibus medicamenta componit: ſed herbas iſtas ſi quis forte, ante quam ratione artis componantur, aſpiciat, ſiquidem in agris aut montibus velut fœnum vile conculcat & proterit: ſi vero iſtas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinem viderit, licet odorem triſtem forte & auſterum reddant, tamen ſuſpicabitur eas curæ vel remedii aliquid continere, etiamſi nondum, quæ vel qualis ſit ſanitatis ac remedii virtus, agnouerit. Veni nunc ad Ieſum cœleſtem medicum: intra ad hanc ſtationem medicinæ eius

Eccleſiam: & quia Ieſus hic, qui medicus eſt, & verbum Dei eſt ægris ſuis non herbarum ſuccis, ſed verborum ſacramentis medicamenta conquirit: quæ verborum medicamenta ſi quis incultius per libros velut per agros videat eſſe diſperſa, ignorans ſingulorum dictorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum ſermonis cultum habentia præteribit: qui vero ex aliqua parte didicerit animarum apud Chriſtum eſſe medicinam, intelliget profecto ex his libris, qui in Eccleſia recitantur, tanquam ex agris & montibus ſalutares herbas aſſumere vnumquenque debere ſermonum duntaxat vim: vt ſi quis ille eſt in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis, quam ſucci interioris hauſtæ virtute ſanetur. *Homil. 8. in Leuitic.*

*Solent medici* præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, verbi gratia, ad diſcutiendam caliginem viſus, nec tamen in edendo ipſo cibo, vel in potando ſentimus, quia vtile eſt, & prodeſt oculis, ſed cum tranſierit viſum cibi illius, aut poculi virtus, paulatim purgat aſpectum: & tunc demum ſentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in aliis ſimiliter corporis partibus eadem fieri ſolent. Hoc ergo modo credendum eſt etiam de ſcriptura ſancta, quia vtilis eſt, & animæ prodeſt, etiamſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capit: quoniam (vt diximus) & bonæ virtutes quæ nobis adſunt, reficiuntur in his ſermonibus, & paſcuntur, & contrariæ torpeſcunt iis meditationibus, & effugantur. *Hom. 20. in Ieſum Naue.*

*Sicut corpori* medicamenta Deus præparauit ex herbis, arte diſciplinaque compoſitis: Ita etiam animæ medicamenta præparauit in his ſermonibus, quos per diuinas ſcripturas ſeminauit atque diſperſit: vt hi, qui aliqua ægritudine fuerint oppreſſi, ſtatim vt vim morbi ſenſerint, atque alicuius vulneris ſtimulum dolorémque proſpexerint, requirant aptam & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam, quæ eis ex præceptis Dei poſſit mederi, huius medicinæ archiatros eſt Chriſtus, diſcipuli ſunt medici. *in Pſalm. 37.*

*Cyrilli.* Quemadmodum, ſi quis ſcintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum neceſſe eſt fiat: Sic verbum Dei tanquam ſcintilla in naturam noſtram immiſſum, totam inde inflammauit, atque ad vitam interitu penitus deſtructo reduxit. *in Ioannem lib. c. 15.*

*Probus* auditor ac ſapiens quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea theſauro ſtatim commendauit: ſi qua vero ardua videntur, ſæpe ac multum inueſtigans atque interrogatus tandem aſſequitur, venatorios apprime canes imitatur, qui huc atque illuc percurrunt feras quærentes: Sic affectum eſſe ſapientem propheticus quoque ſermo denotat, dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita ſemper eſt, vt apud eum habitemus, & ad alienas ſententias non efferamur. *lib. 3. in Ioan. cap. 39.*

*Philonis Iudæi.* Quemadmodum corpus hominis morbo obnoxium, adhibita medicina curatur: Sic anima prædicato Dei verbo, *li. 2. allegoriarum legis.*

*Vt vera ſanitas,* quam nullus morbus præceſſit in corpore, à ſolo Deo largitur quidem, eis autem liberatio per artem & medicinam, cum ſinit & à ſcientia & ab artifice non iuuari in ſpeciem, ipſe ſanans vel per hæc, vel citra horum operam: Sic etiam animæ bona & alimenta largitur hominibus Deus per ſeipſum, per verbi autem prædicationem quicquid ad ſanandos animi morbos pertinet. *lib. 2. allegoriarum.*

*Sicut oculi* pupilla, quamuis minima particula ſit, videt tamen hos cœleſtes orbes, & immenſum mare, & aeris amplitudinem, præterea ſolis tam orientis quam occidentis terminos: Pari modo ſermo diuinus cernit acutiſſime, qui ſufficit in inſpiciendis rebus omnibus, per quem videbuntur quæcunque digna ſpectatu. *lib. 16. allegoriarum legis.*

*Sicut riuorum* perennium fluenta curſu irrequieto feruntur, ſequentibus aquis præcedentes impellentibus: Ita ſermonis ſemel cœpti exundantia mentem omnium, quæ nobis inſunt, nobiliſſimam, & volucribus naturis parem currendo aſſequitur. *lib. de ſacrificio Abelis & Caini.*

*Sicut ingenitus* ille præuenit omnia genita: Ita ingeniti ſermo ſermonem creaturæ præcurrit, nubila etiam præteruolans. *lib. de ſacrificio Abelis & Caini.*

*Olympiodori.* Diuina ipſa ſcriptura eſt veluti ager quidam ferax & odoratus, quaſiq; paradiſus optimis arboribus conſitus, habenſq; Theſaurum occultum. Par eſt autem, vt qui hunc habere quærunt theſaurum, placere ſtudeant regi domino agri huius: hoc eſt, Deo omnipotenti. Placebunt autem, ſi cunctis mundi deliciis renuntiauerint. *in Eccleſiaſt. c. 5.*

*Procopii.* Erat porro ſimile grano coriandri. Tradunt coriandri naturam penitus ſemini reſpondere, adeo vt ſi ſuccidatur etiam coriandri ſemen, vim ſuam non amittat, vt ſementi idoneum amplius non exiſtat. Huiuſmodi verbum eſt omnino, cuius omnis particula ad terræ cultum natura apta eſt, ſi mandatur commodæ & bonæ terræ, id eſt, animæ. Eſt porro album etiam. Lumen enim verbum eſt, idque ſplendidum, ac proinde quoque album ipſum intelligenti, ab eoque nutrito. Eſt item ſaxo ſimile.

Contortum etenim eſt, & neutiquam flaccidum, ...
rum ſaxeum. Cœleſte quippe verbum eſt, ac ...
mittit. Non dixit verbo; Verum etiam in om...
Sine etiam, tanquam ſi dixiſſet: Non in hoc quod ...
rum in hoc. Manifeſtum eſt autem, quod ...
cens, verbum erat. Non commune aliquid haber...
cemur, non ſolo pane hominem viuere, cum De...
mus. *in Deuteron.*

*Iuſti Epiſcopi.* Poſt hæc turtis? Scriptura Ca...
Noui Teſtamenti conuenienter intelligi, quæ per ...
velut turris excelſa, conſtructa eſt, mille pendent ...
numerus per plenitudinem vniuerſitatis accipitur ...
Verbi quod mandauit in generationes, tanquam ...
generationes. Itaq; in hac ſancta ſcriptura omnis ...
reperitur, ex qua vel contra diabolum, vel contra ...
titer repugnatur, nam & ipſe Dominus, cum in ...
tentaretur, ex hac turri arma produxit, cum eum ...
ſcriptura teſtimoniis vſque quaque deuicit. *in Ca...*
*rum.*

*Fauus deſtillans* labia tua: expoſitio ſcripturarum ...
& lac in doctrina tua ſub lingua tua: eo quod ...
in melle diuerſorum vulnerum peccatorum ...
*Cantica Cantic.*

*Hieronymi* Quomodo in his noſtris literis ...
legenda verba texendaque procedere, niſi prius ...
perit: Ita etiam in ſcripturis diuinis non valem...
ſunt noſſe, niſi ab ipſis ethicæ mandatis habuer...
cundum illud, quod Propheta dicit: A manda...
quod videlicet poſt opera cœperit habere ſcientiam ...
*Paulum.*

*Sicut calculus* genus eſt lapidis duriſſimi, & ...
ritate leuiſſimi: Ita ſermo Dei, qui neq; hæretico...
aduerſariorum poteſt contradictionibus cedere ...
*Damaſum.*

*D. Auguſtini.* Sicut ſtellas in cœlo non extingu...
fidelium inhærentes firmamento ſcripturæ Dei, ...
tas. *In Pſalm. 93.*

*Bona vita,* quæ ex præceptis Dei agitur, ...
quod auditur ſcribens in corde. Si in cera ſcriberet...
retur. Scribite illud in cordibus veſtris, & morbus ...
lebitur. *in Pſalm. 93.*

*Scriptura* vt fidelis ſpeculi nitor nullius accip...
ſonam, ſed ad laudanda & vituperanda hominum ...
dicat, vel legentibus iudicanda proponit: nec ...
vel vituperabiles, vel laudabiles intimans, ...
vituperabilib. laudanda, & in laudabilibus vituperand...
*lib. 22. contra Fauſt. c. 65.*

*Animam tuam* nutri diuinis lectionibus: ...
menſam ſpiritualem. Quia ſicut ex carnalibus ...
hominis caro: Sic ex diuinis eloquiis, lectionibus ...
nutritur noſter interior homo. *Ad Iulianum. Ep...*

*Sicut ferrum,* niſi vſum fuerit, æruginem gene...
niſi frequentius diuinis exerceatur lectionibus ...
ta *quæſt. 120.*

*Sicut ſolem* non videt oculus, niſi in lumine ...
dominicum lumen non poterit videre intelligentia ...
mine, de quo inquit Propheta: Domine in lumine ...
lumen. *ad Oroſium.*

*Quiſquis negat,* ideo vtrumque teſtamentum ...
poſſe quod non eiſdem ſacramentis tenetur popu...
Iudæi tenebantur, vel adhuc tenentur, poteſt ...
ri, vt vnus paterfamilias iuſtiſſimus, aliud imper...
uitutem duriorem vtilem iudicat, aliud eis, ...
gradum adoptare dignatur. Si autem præcepta ...
quod minora in veteri lege ſunt, in Euangelio ...
tantur non ad vnum Deum vtraq; pertinere: ...
perturbari, ſi vnus medicus, alia per miniſtros ...
alia per ſemetipſum valentioribus præcipiat ad ...
tinendam ſalutem. Vt enim ars medicinæ cum ...
neque vllo pacto ipſa mutetur, mutat tamen ...
bus, quia mutabilis eſt noſtra valetudo: Ita diuina ...
ſit ipſa omnino incommutabilis, mutabili tamen ...
ſubuenit, & pro diuerſitate morborum, aliis alia ...
à vitio, vnde mors incipit, & ab ipſa morte ...
eſſentiam, ea quæ deficiunt, id eſt, ad nihilum ...
firmet. *de vera religione.*

*Quemadmodum* formica æſtate colligit, vnde in ...
ſic vnuſquiſq; Chriſtianus in rerum tranquillitate, ...
æſtas, colligat verbum Dei, vt in aduerſitate, & ...
hyemis nomine ſignificantur, habeat, vnde ſpiritual...
*cem chordis, c. 11.*

*Sicut agni* multo lacte pingueſcunt, & ſicut oues ...
pe nitent: ita Apoſtolico ſucco paſta, fidelium ...
*de Cain & Abel.*

*D. Ambroſii.* Paſcua ſunt libri ſcripturarum ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…mur & reficimur, cum ea, quæ ſcripta ſunt, deguſta…no ore libata frequentius ruminamus. His paſcuis …ſignatur. Carpis illic nouum florem, qui bonum o…reſurrectionis. Carpis lilium, in quo fit ſplendor æ… Carpis roſam, hoc eſt, Dominici corporis ſanguinem. …ſtrum hic, cum loquimur mandata Dei verbi: paſcitur …lucernæ ſpiritalis lumine, quæ nobis in hac mundi …ne ſicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus …iam veram inuenire nequeamus. *ſerm.14.*

…eloquium tuum. Ignis eſt verbum Dei, quem miſit, …mentum diuinæ ardore cognitionis inflammaret affe…fidei & deuotionis adoleret, qui cupiditatem vir… Bonus ignis, qui calefacere nouit: neſcit exure… Hoc igne ſuper bonum fundamentum poſi…peccata. …illud aurum probatur: hoc igne illud morum vel …minatur argentum; hoc igne lapides illi pretioſi illu…fænum autem & ſtipula conſumit errorem. Hoc i…ribus, & non exurebatur. Vrit enim ſermo diuinus, …conſcientiam peccatoris: non exurit, vt perdat. Hic i…per fidem Chriſtum in cordibus facit. Hic ignis mate…gere ſæua flammarum conſueuit incendia. Deniq; …igne ſuccenſi, fornacis ardentis vaporem nec timere, …potuerunt. *ſermone 18.*

…eſt diuina ſcriptura, in qua arbor vitæ bonos fructus …æternæ ſpei mandata diffundit per vniuerſos populos: de…hoc paradiſo, & nunc quando diuinas ſcripturas lego a…los conſcientiæ, deambulare mihi Deum putem reco…mo me abdere, cupio fallere: ſed nudus ſum Deo, apud …& intecta ſunt omnia. Erubeſcens itaq; tegere puden…desidero, quaſi membra mei corporis: ſed quia Deus o…foliis obumbrantibus, latebris tectus appareo: puto me …quia corpore amictus ſum. *li.6.epiſt.41.*

…eſt ſcriptura diuina, habens in ſe ſenſus profundos, alti…propheticorum ænigmatum, in quod mare plurima in…flumina: ex huius fluminis plenitudine, quicunque acce…vocem ſuam: ex hoc flumine aqua ſiliens in vitam æ…quæ lætificat ciuitatem Dei. Collige hinc aquam Chri…quæ laudat Dominum: collige de locis pluribus, quam …nubes propheticæ. *Lib. ſeptimo, Epi.44.*

…*de manna* eſt pluuia ſpiritualis ſapientiæ, quæ ingenio…entibus, de cœlo infunditur, & irrorat mentes piorum, …fauces eorum. Qui igitur intellexerit infuſionem di…næ delectatur, nec alium cibum requiret. Nec enim …viuit, ſed in omni verbo Dei. Melle dulcius eſt man…mo, quem ordinauit Deus, hæc ordinatio Dei, hæc ali…animam ſapientis, & illuminat atque obdulcat, re…ueritatis coruſco, & mulcens tanquam fauo quodam di…uiturum ſuauitate, & ſermone ſapientiæ: faui enim mel …ſunt boni, ſicut ſcriptum eſt in prouerbio: Minutum …granum ſinapis minutum eſt, quod comparatur regno …quia ſpiritus ſapientiæ ſubtilis legitur. Nam ſpiritus il…ſanctus, multiplex, mobilis, qui ſermones ſuos molat …quid offendat vel in ſenſu, vel in alloquio. Hoc manna …colligebatur, in diem alterum non ſeruabatur, eo quod …ſapientiæ in tempore ſint gratiora, nec tam miranda, quæ …temporis reperinntur, quam illa, quæ præſentis funduntur …ciuitate: ſiue quia futura reuelantur myſterio, eo quod …manna vſque ad ſolis exortum, eſui iam eſſe non poſſet: …ſque ad Chriſti aduentum, habere gratiam oriente ſole iu…ſtecta illa ſumenda forent, *l.8.epiſt.62.*

…*Cypriani.* Ambulantes in tenebris ſibimetipſis lumen …ant oſtendere, niſi vltronem ſeipſos non videntibus offe…: Ita hnmana cœcitas ad Deum non dirigit viam, …lucernam legis oſtendat. *De ſingularitate* Clerico…

…*alis* aquæ, qui copioſe prius & largiter profluebat, ſubi…, nonne ad fontem pergitur, vt illic defectionis ratio …vtrumne creſcentibus venis, in capite ſiccauerit, an vero …inde & plena procurrens, in medio itinere deſtiterit? Aut …interrupti vel bibuli canalis effectum eſt, quo minus aqua …ter continue ac iugiter flueret, refecto & confirmato …ad vſum atque potum ciuitatis, aqua collecta eadem vber…integritate repræſentatur, qua de fonte proficiſcitur. …nunc facere oportet Dei ſacerdotes, præcepta diuina …, vt in aliquo, ſi nutauerit & vacillauerit veritas, ad ori…Dominicam, & Euangelicam, & Apoſtolicam traditio…ramur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo & …exit. Nam ſi ad diuinæ traditionis caput & originem …, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cœleſtium …perſpecta, quicquid ſub caligine ac nube tenebrarum ob…bat, luce veritatis aperitur. *Ad Pompeium contra Epi…ſtolam.*

… Sermo Dei, quo ex errore ad veritatem retrahimur, quo per comminationem terroremque iudicii, ad innocentis & ſanctæ vitæ viam regimur, virga eſt, per quam intra diſciplinam diuini metus cohibet timoratio, ac prouidentis rectoris monitu coercemur. Apoſtolus monuit Corinthios, vtrum mallent cum ſeueritate doctrinæ atque obiurgationis adeſſe, an in ſpiritu lenitatis. Quod vtrumque ſecundum modeſtiæ tenorem erat neceſſarium, vt obedientibus lenior, inſolentibus vero ſeuerior adueniret. Virga de radice Ieſſe floruit, vt virgæ ſeueritatem floris ſuauitas temperaret, cum vnicuiq; noſtrum doctrinæ terrore regimen perfectæ beatitudinis commoneret. *in Pſalm 2.*

*Vt [illegible] nocte* egreſſus, lucernam ante fert, & quo pedem inferat, co[illegible]r, atque ad ſingulos greſſus natum ſe eſſe exiſtimet, vt rurſum, poſtquam natus eſt, nullus eſſet, lumine præeunte, ſollicitus eſſet: Ita vnuſquiſque noſtrum manens in ſe verbum Dei in omnes operum proceſſus, tanquam lucernam prætendit. Omnis etenim doctrina cœleſtis dux nobis ad iter vitæ eſt, quæ lucernæ modo in hac nocte ſeculi præferenda eſt, cum aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur, vt ea in omnem progreſſum cuiuſcunque operationis vtamur. *in Pſalmum* 118.

*Vt per os* in alimoniam corporis cibos ſumimus: Ita per cor ad viuificandam animam eſcas doctrinæ cœleſtis accipimus, quæ niſi amplificato & parente corde attracta quodammodo fuerint, non adibunt. *ibid.*

*Paſcaſii.* Fides catholica in vniuerſum mundum per Patriarchas & Prophetas, & gratiæ diſpenſatores, Spiritu ſancto inſinuante, diffuſa eſt. Hanc Apoſtolica ſolicitudo atque perfectio, ſicut per ſanctas paginas dilatauerat, ita per ſymboli ſalutare collegit, & tanquam per diuerſas remediorum ſpecies diſpoſuit in corpus vnum, ac velut ex innumeris aromatibus pretioſum confecit vnguentum: cuius odor omnes fines terræ potentia fragrantiæ ſpiritualis impleuit, vt in ipſo vniuerſitatis aſſenſu, virtus appareat veritatis. *De Spiritu Sancto.*

*Gregorii.* Scriptura ſacra cibus eſt nobis in obſcurioribus, quod quaſi exponendo frangitur, & mandendo glutitur: potus eſt in locis apertioribus, qua ita abſorbetur, ſicut inuenitur. *in Moralibus lib.1.c.21.*

*Manna* habet omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: & diuinus ſermo omnibus congruens, qualitati audientium condeſcendit: quem dum electus quiſque vtiliter iuxta modum ſuum intelligit, quaſi acceptum manna in voluntarium ſaporem vertit. *lib.6.c 7.Moral.*

*Arcus* eſt ſcriptura, de qua ad corda hominum, ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententiæ veniunt. Hunc arcum Deus tetendit, quia peccatoribus per ſcripturarum minas exhibet, in eo parauit vaſa mortis: quia ſecundum eloquii ſui ſententiam, eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. *Libro 19. capite* 28.

*Salonii.* Omnis ſermo diuinæ authoritatis idcirco ignitus clypeus dicitur, quia corda electorum, quæ ſpem ſuam in Deo ponunt, & igne charitatis accendit, & ſcientia veritatis illuminat, & ſordes vitiorum, quas in eis reperit, conſumit, & purgat, & ab inſidiis hoſtium, cunctiſque defendit aduerſitatibus. *In Parab. Solom. fol.226.*

*Abſolonis Abbatis Sprinckirch.* Vita humana eſt vt nauis, quæ bonis operibus, velut quibuſdam mercibus, onuſta, in portum ſalutis tendit: gubernaculum huius nauis eſt ſermo Dei qui in mari huius ſeculi ita aduerſa & proſpera debet dirigere ad portum. Sed vbi peccatrix anima repulerit verbum Dei à corde ſuo, tum ventis, procellis, tempeſtatibus irruentibus vndecunque quaſi fracto gubernaculo, periclitetur tempeſtate: ab Aquilone Diaboli ſuggeſto, à meridie vana gloria. *Sermone 5. de aduentu Chriſti.*

*Caſsiani.* Satis proprie ſcriptura diuina agro optimo ac fertili comparatur, qui cum multa gignat ac proferat, quæ ad hominum victum, ſine aliqua ignis coctione proficiant, quædam niſi prius flammæ calore mitigata atque mollita, omnem aſperitatem ſuæ diſpoſuerunt cruditatis, vel incongrua erunt vſibus humanis, vel noxia. Nonnulla vero ita in vtrumque naſcuntur, vt nec incocta ſua cruditate diſpliceant vel offendat, & tamen ignis calore lenita, ſalubriora reddantur. Plura quoque ad eſcam tantummodo irrationabilium iumentorum, & animalium mitium, vel ferarum, ſiue volatilium oriuntur vſum, cibis hominum minime profutura: quæ etiam in ſua aſperitate manentia, abſque vlla ignis confectione: vtilem iumentis conferunt ſaturitatem. Quam rationem ſatis euidenter aſpicimus in hoc vberrimo ſcripturarum ſpiritualium paradiſo contineri: in quo ita quædam ſignatione literæ plana ac luculenta reſplendunt, vt, cum ſublimiore interpretatione non egeant, ſimplici tamen literæ ſono, abunde paſcant ac nutriant audientes, vt eſt, Audi Iſrael, &c. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Quædam autem, ſi allegoriæ explanatione extenuata non fuerint, & ſpiritualis ignis examinatione mollita, nullo modo ad ſalutarem interioris hominis cibum ſine

corruptionis la̕e peruenient, magiſque ex eorum perceptione læſio, quam [illegible]litas aliqua ſubſequatur, vt eſt illud, Sint lumbi, &c. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat ſibi gladium: &, Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Quod quidam diſtrictiſſimi Monachorum, habentes quidem zelum, ſed non ſecundum ſcientiam, ſimpliciter intelligentes, fecerunt ſibi cruces ligneas, eaſque iugiter humeris circumferentes, non ædificationem, ſed riſum cunctis videntibus intulerunt. Nonnulla vero ad vtramque perceptionem, id eſt, ad hiſtoricam & allegoricam ita commoda ſunt ac neceſſaria, vt vtraque explanatio vitales animæ ſuccos impertiatur, vt eſt illud: Si quis te percuſſerit in maxillam dextram, præbe illi & alteram, &: Cum vos perſecuti fuerint de vna ciuitate fugite in aliam, &: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia. Producit ſane & fœnum iumentis, quibus pabulis omnes ſcripturarum repleti ſunt campi, ſimplex ſcilicet puraque narratio hiſtoricæ lectionis: qua ſimpliciores quique, & minus capaces perfectæ & integræ rationis (de quibus dicitur: Homines & iumenta ſaluabis Domine,) ſecundum ſtatus ac menſuræ ſuæ conditionem ad opus ſuum & laborem actualis vitæ vegetiores robuſtioreſq; reddantur. *Collat. 8. c. 3*,

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ.* Quoties quis in tenebris ambulantibus vult præbere ſolatium, viarum inſinuare diſcrimina, accenſa luminaria in ſublime ſtatuit, eademque exponit in publicum, quatenus inoffenſo pede valeant peragrare, quo tendunt: Hoc per ſemetipſum in humanitate aſſumpta, hoc per Apoſtolos, doctores, ac prædicatores ſuos, coæterna Deo Patri perfecit ſapientia, atq; quotidie id agit in ſpiritu, ac verbi Dei annuntiatione, &c. *De inſtitutione ac regimine prælat. c 7.*

*Ruffini Aquilegienſis presbyteri.* Sicut caro verbi Dei perfectorum cibus eſt: ita & ſanguis eius perfectorum eſt poculum. Qui ergo per verbum Dei purgantur, & renouantur de die in diem; hi dicuntur lauare in vino ſtolam ſuam, id eſt, actus ſuos viſibiles, ac in ſanguine vitæ amictum ſuum. *in li. de benedictione Iudæ ad Paulinum presbyterum.*

*Folengii.* Quemadmodum hi, qui in labyrintho aliquo diuagantur, fruſtra exitum ſperant abſque lumine: Ita in infinitos, prorſuſque inextricabiles impingere peccatorum mæandros illos neceſſe eſt, qui vitam hanc ærumnoſam, ſine verbi luce poſſe viuere ſomniant. *in Pſalm.* 119.

*Eraſmi Roterodami.* Draconites nec politi poteſt, nec artem admittit, alioqui elegans ac translucens: Ita diuina ſcriptura ſuum habet nitorem, nec artificium philoſophiæ aut rhetorices admittit. *in ſimilibus.*

*Vt* ſtultum ſit relictis fontibus conſectari riuulos: Ita ineptum eſt, relictis Euangeliis, Lyræ & ſimilium ſomnia ſequi. *in ſimilibus.*

*Cedrus* & iuniperus ſi oleo perungas, nec tineas ſentiunt, nec cariem: Ita ſemel imbutus diuini Spiritus ſucco animus, nullam huius mundi ſentit corruptelam. *in ſimil.*

*Thrineri.* Vt nuſquam aqua magis alacrem, magis genuinum ſaporem exhibet, quam ex ipſo fonte exhauſta: Sic nec iuſtitiam, veritatem, humilitatem, quiſquam aliunde felicius diſcet, quam ex ſacroſancto Chriſti Euangelio. *in apoph.* 43.

*Lapis Lydius* explorat aurum: Et Euangelium Chriſti reuelat cogitationes hominum. *in apoph.* 96.

*Aqua quæcunque* manibus affuſa ſtirpes quidem diluit & humectat; ſed ſola cœleſtis implet: ita ſcientia philoſophorum animum turgefacit, ſed ſola, quæ deſuper data eſt, hominem implet ac beat. *in apoph.* 54.

*Eſaiæ Prophetæ.* Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *cap.* 55.

*Chriſti Saluatoris.* Quemadmodum granum ſinapis, licet omnium ſeminum minimum ſit, iactum tamen ſuo tempore in terram ita excreſcit, vt inter holera ſit maximum: Ita enim Euangelica prædicatio, licet à filiis huius ſeculi contemnatur, ac cum nulli philoſophiæ, ac rationibus etiam ſapientiſſimorum conferri poſſit, vili pendatur, tamen ſi quis ſpreto ſplendore ſeculari, ipſam vera fide amplectatur, ſentiet mera eſſe Dei oracula, Spiritus ſancti myſteria, ac cœleſtis ſapientiæ pronuntiata, in quibus tanquam in clariſſimo ſpeculo relucet ipſiſſima Dei veritas, iuſtitia, miſericordia, potentia, iuſtificatio, & ſalus. *Datur hæc ſimilitudo à Chriſto Matth.* 13.

*Chryſoſtomi.* Sapientes medici, quoties membra putrefacta ſecturi ſunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ vitium correcturi, non id faciunt eo, qui laborat, in angulum abducto, ſed eo in mediis foris depoſito, conglomeratoque prætereuntium ſpectaculo, ita demum admouent manum. Hoc autem faciunt, non quod velint humanas traducere calamitates, ſed vt vnicuique propriæ ſanitatis commendent curam: Itidem & ſcriptura facit: vbi quem arripuit peccantium, proponit eum in ſublimi ſuggeſto, non in mediis foris, ſed in media terra: & poſteaquam totius orbis circumſteterit [...] curationem adhibet, erudiens nos, vt circa [...] cautiores ſimus. Videamus igitur, quo pacto [...] corrigere ſit aggreſſus. Non dixit: O impie! [...] ſubuertiſti, confudiſtique, ad extremam impietatem [...] neque ſermonem accuſatoris in longum produxit [...] modum hi, qui ſecant, hoc breuiter facere ſtudent, [...] nis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem & hic aſperam [...] obiurgationis, paucis verbis conſtringens regis iram [...] 5. *in Eſai.*

*Vir ſapiens* verbum ſuum quod dixerit, non re[...] Et quomodo verba diuina ſine exitu vacua poterunt [...] 5. *Matth. hom.* 10.

*Sicut lucerna*, niſi ei ſubminiſtraueris oleum, [...] verbum fidei noſtræ, quod credentes accepimus, [...] atur doctrinis, aut meditationib ſcripturarum, [...] ſatis illuminat animam. *In* 24. *Matt. homilia* [...] *cunda.*

*Origenis.* Scriptum eſt de manna, quia ſecundum [...] ſi quis id ita ſumpſiſſet: nutriretur ex eo: ſi quis ver[...] ptum Dei, & conta ſtatutum diuinitus modum, [...] re, non frueretur eo, vt vitali cibo, ſed vermes ebul[...] fiebat, vt vna atq; eadem ſpecies mannæ aliis vermes [...] generaret, aliis vero ſalubrem cibum conferret, & [...] Igitur & noſtrum manna verbum Dei eſt, & apud [...] Dei & aliis efficitur ad ſalutem, aliis ad pœnam. [...] bitror, quod Dominus, qui eſt viuum Dei verbum, [...] cium ego veni in mundum iſtum, vt non videntes [...] dentes cœci fiant. Quanto melius eſſet nonnullis [...] re verbum Dei, quam audire cum malitia, vel audi[...] ſi? Melius autem dicimus ad comparationem malorum [...] melius, & vere rectius ac perfectius eſt, vt quiſque [...] audiat corde recto & parato, vt in terra bona fructi[...] *Hom. 3. in Num.*

*D. Hieronymi.* Quomodo in coniugio ſæpe [...] ſa eſt, ne liberi procreentur, & nonnunquam ſteri[...] non tenet, & frequenter neuter ad generandum apt[...] trario vterque fœcundas: Ita & in his, qui verbum [...] quadrifariam hæc diuiſio cuſtoditur: vt impleat [...] doctor officium: ſed ſi ſterilis auditor, vel auditor bo[...] ſed per imperitiam doctoris verbi ſemen intereat: a[...] cors ſit, qui docetur, quam ille eſt, qui præcipit, raro [...] vt magiſter & diſcipulus ſibi conſentiant: ſcilicet vt [...] ceat, quantum ille poteſt haurire, vel tantum ſuſcipere [...] tum doctor ingerere. *in c. 2. ad Gal*,

*Sicut in vinea* multi vſq; ad prælum gradus ſunt, & [...] ceſſe eſt, vt vitis gemmet in pampinis, ſpem promit[...] dehinc vt flore decuſſo, futuri botri ſpecies efforme[...] que turgeſcens vuas parturiat, vt preſſa torcularibus [...] deſudet: Ita & in doctrina ſinguli beatitudinem ſu[...] audiat quis verbum Dei, vt concipiat, vt in vtero an[...] ſcat, & ad portum vſque perueniat, vt cum peperit [...] triat, & per infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, [...] perfectum virum vſq; perducat. *ad Gal. c.* 4.

*D. Auguſtini.* Vt thus non redolet, niſi po[...] virtus ſinapis ſentitur, niſi conteratur in lapide [...] pturæ ſententia vim ſuam declarat, niſi cocta in [...] *tur Speculum peccatorum.*

*Recognoſcamus* & recogitemus, quali honore [...] accipienda Quod ſi legatio à rege, aut à iudicibus [...] Nunquid non mox aliis curis poſthabitis, prompt[...] cum omni deuotione literas acciperemus, & legeremus [...] garemus? Ecce de cœlo Rex regum, & Dominus D[...] mo & redemptor noſter per Prophetas & Apoſtolos [...] nobis dirigere literas ſuas, non vt aliquod ſeruitium [...] um demandet, ſed quæ ad ſalutem & gloriam nobis [...] ſint, innoteſcat. *lib. de ſalutar. docu. c.* 9.

*D. Hilarii.* Vt mel per ægritudinem, aſſumpt[...] quæ acciderint, oris amara mirificat; Ita animæ no[...] nes, & triſtes cupiditatum inſalutarium febres, inf[...] mirificant, ſi modo non ore contineantur, ſed faucibus [...] *in Pſalm* 118,

*Hanc extitiſſe* cauſam exiſtimo, vt per literas [...] ordo decurreret, vt ſunt paruuli, & imperiti, & ad [...] buendi, hæc primum, per quæ ſibi verba connexa ſunt [...] lementa cognoſcerent: Ita & humana ignoratio ad [...] plinam, ad cognitionem Dei per hunc ſingularum li[...] narium numerum ipſis veluti infantulis doctrinæ ini[...] arduum enim & difficilimum eſt, hominem per ſeipſum [...] liq; doctores rationem præceptorum cœleſtium con[...] turæ noſtræ recipit infirmitas, diuinis inſtitutis, niſi [...] am, quæ hæc ipſi dederit, erudiri. *in Pſalm.* 118.

*Si in viris* prudentibus expectari id maxime ſolet, [...] loquuntur, grauitate eorum, doctrinaque digna ſunt, [...] ſermo non ſit fortuitus & vagus, ſed ex rationabilibus [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...audientium vtilis, & authori congruus diſſe- ...magis id in cœleſtibus eloquiis opinandum eſt, vt ...um eſt, diuinum, rationabile, & perfectum eſſe ...lm 135.

...ſacrorum voluminum lectioni & memoriæ ſcri- ...r inſiſtant, carnalia tamen vitia non relinquunt, ...uri, de qua dicitur in Prouerb. c. 11. Sicut inauris ...ſis, ita mulieris malæ moratæ ſpecies. Quid enim ...m ornamentum eloquiorum cœleſtium, & illam ...ſcripturarum ſpeciem conſequi, ſi eam lutulentis o- ...inhærendo, quaſi immundiſſimam terram ſubi- ...gat, aut cœnoſis libidinum ſuarum polluat volupta- ...quod recte vtentibus decori eſſe conſueuit, non ſo- ...non poſſit, verum etiam maioris cœni colluuione ...ore enim peccatoris non eſt pulchra laudatio. *Collat.*

...*rodami.* Rhododaphanes arboris folia quadrupe- ...hominibus præſidia aduerſus ſerpentes: Ita diuinæ ...prudentibus ſalutarem præbent alimoniam: ſtultis ...credos, & maioris impietatis miniſtrant occaſio- ...

...Sicut in thymiamata quanto magis digitis at- ...maiorem natura ſua fragrantiam reddunt: Ita in di- ...nuenit, quanto quis illis eſt familiarior, tanto ma- ...latentem in eis theſaurum, pluresq; percipere indici- ...arum fructus. *Hom. 13. in Gen.*

...ſecularibus, quæ ab hominibus conficiuntur de re- ...ſæpe tempore corrumpuntur: tempore aſſignato, ...enim ſyllabam deeſſe, multum momenti fuerit: ...s id in diuinis Scripturis, à Spiritu Sancto compoſitis ...Non enim eſt apiculus vel ſyllaba, in quo non ſit the- ...intenta mente omnia conſulamus. *homil. 20. in Ge-*

...ſenſibiles theſauros effodere conantur, non in ſuperfi- ...lant; ſed in profundum deſcendunt, penitiores terræ ..., tametſi ſæpe poſt labores & ſudores vix paucas ...afferunt. Non ſic in ſpiritualibus, ſed labor hic mi- ...a vbertas: Ita & nos ad ima ſcripturarum deſcen- ...breuiculis verbis latentem inueſtigemus. *homil. 20. in*

...fodiunt in terris metalla, ne minima quidem fruſta ...verum vbi nacti fuerint aliquam venam auream, mea- ...caute circumſpiciunt: Multo magis hoc facere nos o- ...ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire, ...tur. Etenim quum & metalla ſint terra, & aurum ni- ...quum terra, ipſa quoque naturæ communio ſimilitu- ...aſpectum eorum, quæ quæruntur. Attamen ne ſic ...ſtant illi, ſed omnem adhibent diligentiam, quantum- ...viderint, ſciant, quid vere ſit terra, quid vere ſit au- ...Scripturis autem non eſt eadem ratio. Neque enim ...aurum terræ commixtum, ſed purum eſt aurum. *Elo-* ...Dei pura, argentum igne exploratum, probatum ter. Si- ...pturæ non ſunt metalla quæ indigent operariis, ſed ...præbent paratum iis, qui quærunt opes in ipſis recondi- ...in Eſa.

...*garita* incluſæ cochleis, poſitæ ſunt in profundum ma- ...eria diuina verbis incluſa, poſita ſunt in altitudine ſenſus ...*in c. 7. Matth.*

...mari victum parant, cum in profundum deſcende- ...mas afferunt ſecum his, qui vident: Ita nos pelagum ...rum cognoſcentes, in profundum ſpiritualis ſapientiæ de- ..., afferentes theſaurum bonum, ornantem animas ...capita regum gemmatæ coronæ. *Homilia 41. in Mat-*

...*metalla* fodere aggreditur artis ignarus, auri venas non ...ſed confunditur, & laborem ſubit caſſum: Ita qui di- ...Scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum ..., qui leges non diſquirunt, ſed omnia ad verbo- ...accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquam re- ...in iis theſaurum aſſequuntur. Hoc mihi in mente ve- ...propoſitus eſt nobis locus multi aut plenus, quod ...non omnibus in promptu eſt ſed arcana quadam obſcu- ...rum. Quamobrem effodiendo, & diligenter pugnan- ...ſenſum perueniendum eſt. *Homilia trigeſimanona,*

...*petra* fugiunt, non male ſyleſtres quæpiam apes floribus ...colligunt, neque torem maturantes aluearibus immit- ...Spiritus ſancti gratia conſtruentes profanis & aluearibus ...in ſanctorum animas reponunt. Has apes imitantes ſan- ...voluminum fauos circumuamus, magnam hinc decer- ...capturam. *Homil. 56.*

...*piſcopi.* Notitia Scripturarum, quæ frequenti meditatio- ...ritur, velut turris eburnea, in colli pulchritudine deſigna- ...circo autem turris eburnea, quia, qui verbo Dei aſſiſtunt, ...profectu per nitorem iuſtitiæ in excelſiora proficiunt. ...*Cantic.*

*Hieronymi.* Quomodo in ſtamine, ex quo dependent fimbriæ, ſubtegmen intexitur, & tota veſtimenti virtus in ſtamine eſt: Ita in variis ſenſibus ſcripturarum, in quibus veſtis Eccleſiæ omnis intexitur, miſcentur aliqua de natura, de moribus: & hoc ipſum ſignificat veſtis Aaron auro, purpura, cocco, byſſo, hyacintoq; contexta, quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad texendum dedit ſapientiam. *ad Principium.*

*Auguſtini.* Quando poſſumus de diuinis opibus, quæ leguntur, intellectum alicuius myſteriæ ſignificationis exculpere, quaſi abſtruſis fauorum mellis, mella producimus: vel Chriſti diſcipulos imitantes, ſpicas manibus confricamus, vt ad latentia grana proueniamus, & in eis vitam inueniamus. *De verb. Domini, in Matth. ſerm. 14.*

*Gregorii.* Sicut ex auro vno alii murænas, alii annulos, alii dextralia ad ornamentum faciunt: Ita ex vna ſcripturæ ſententia expoſitores, quique per innumeros intellectus quaſi varia ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœleſtis ſponſæ proficiunt. *in Regiſtro, lib. 2. epiſt. 101.*

*D. Anhelmi.* Sicut alimentis diuerſis, ad perfectam corporis ætatem: Sic præceptis diſſimilibus ad ſpiritualem perducitur vitam. Vt enim educatur prius ſimplici lacte matris, dehinc aliquo alio, deinde farinæ commixto poſtea micis panis: poſtmodum etiam cruſtis, donec quolibet ſolido cibo valeat vti: Sic enim primum iubetur in Deum credere, dehinc eum diligere, deinde timere, poſtea bene operari, poſtmodum etiam aduerſa pati, quouſq; ſibi præceptum quodlibet ſecure poſſit iniungi. *In ſimilibus.*

*Caſsiani.* Efficiamur ſecundum præceptum Domini, probabiles trapezitæ. Quorum ſumma peritia eſt ac diſciplina, probare, quodnam ſit aurum puriſſimum, & (vt vulgo dicitur) obrizum, quodue minus purgatione ignis excoctum; æreo quoque vilique denario, ſi pretioſum numiſma ſub colore ſeu indumento auri fulgentis imitetur: prudentiſſima diſcretione non falli; & non ſolum numiſmata tyrannorum vultum exprimentia, ſapienter agnoſcere, ſed etiam illa, quæ ſunt veri quidem regis imagine, ſed non legitime figurata, peritia ſagaciore diſcernere: deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum ſit, cenſura trutinæ diligenter inquirere. Et nos explorare conuenier, ne auro puriſſimo ſcripturarum praua interpretatio cooptata, metalla pretioſitate nos fallat, in quo Satan Chriſto tentauit imponere, *Collat. 1. c. 20.*

*Ruberti Abbatis Tuitienſis.* Non ſolum teſtimonia, quæ Euangeliſtæ & Apoſtoli ſcribunt, reſpicere debet Lector curioſus, & ea attendere, quæ ſequuntur, quæ præcedunt: velut ſi domum, quæ forte per induſtriam abſque feneſtris ſubobſcura facta eſt. Lucerna intromiſſa videre debeas, qualis ſit intus, qualis ſitus in medio, vel in circuitu. *Matth. lib. 3.*

*Quærite regnum Dei & iuſtitiam eius.*) Quid eſt regnum Dei, niſi verbum eius? Nam per quod facta ſunt omnia, per ipſum verbum reguntur omnia: & in hoc ſermone vtique regnare eſt. Quoties ergo ad audiendum ſiue tractandum verbum Dei conuenimus, quoties lectiones ſanctas legimus, vel libenter audimus, toties quærimus regnum Dei, & iuſtitiam eius. Hic quidem quærere poſſumus, inuenire autem non niſi poſt hanc vitam. Theſaurum eſt hoc Dei regnum, in agro abſconditus, theſaurus in agro literæ legalis, atque propheticæ, ex magna parte parabolicæ vel ænigmaticæ, diligenter clauſus atque ſignatus. Hunc theſaurum inuenire, eſt ſcripturas ſacras intelligere, & præ gaudio theſauri omnia vendere, & agrum emere: hoc eſt, præ delectatione cœleſtium bonorum, vel regni cœlorum, quale in ſcripturis promittitur, omnem ſolicitudinem abiicere, ſecundum hoc Euangelicum conſilium, ſolumque earum amplecti ſtudium ſcripturarum, vt homo ſemper ſit expeditus, ad verbum Dei tractandum & audiendum. O quantos hoc ſtudium non ſolum ad ſufficientiam victus & veſtitus, ſed ad ampliſſimos honores prouexit. Super ſalutem, &c. Venerunt in omnia. *lib. 6. in Matth.*

*Sicut Iacob* virgas populeas, & virides, & amygdalanas, & explanatas, & ex parte decorticauit eas, detractiſque corticibus, in his, quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa vero, quæ integra, viridia permanſerunt, ita effectus eſt color varius: Sic iuxta myſticum exemplum illud, non paſſim vel vbique, ſed in pleriſque locis corticem literæ detrahimus, & candorem allegoriæ tenemus. *In epiſtola ad ſummum Pontificem, in libro de glorificatione Trinitatis.*

*Sicut Iacob* luctatus eſt cum Angelo, in quo Deus erat, qui & victum ſe fatebatur: Ita luctari debet verbi Dei amator cum ſermone vel ſcriptura, in qua Deus eſt, quæ ex Deo eſt, nec dimittere, antequam vincat vinci volentem, ſenſumque comprehendat vtilem in litera iacentem. Lucta enim pulcherrima eſt, tamdiu perſeuerare petendo, donec inueniat pulſando, donec ſibi aperiatur. Hæc lucta placet Deo, hac cupit ipſe vinci, hac fortitudine opus eſt, vt nobis aperiat, & det Spiritum ſanctum. *In Matth. lib. 7.*

*Iacobi Apoſtoli.* Quoniam ſi quis audiat ſermonem, nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt viro conſideranti faciem natiuitatis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſus in ſpeculo, Conſiderat enim ſeipſum, & abiit, & continuo oblitus eſt qualis eſſet. *Iac.*1.

*Vt in humanis rebus*, quando regum diademate coronatus literas mittit, tunc is, qui adfert eas, per ſe nullius momenti eſt, ſed humilis quidam, ſed ad illum non ſpectant, qui literas ſuſcepturi ſunt: ſed propter regis literas, magna reuerentia & ſilentio eas ſuſcipiunt: Sic etiam auditores non ad dicentem reſpiciunt, neq; ad tenuitatem eius, ſed quia, quæ dicit, à Deo affert, ea collecto animo & attento accipiunt. *hom.*42. *in Gen.*

*Sicut grana* arenæ non conueniunt in vnum, neque adhærent ad inuicem, ſed ſemper ſunt ſeparata: Sic verba, quæ audiuntur, & non conuertuntur in vnam iuſtitiæ maſſam per opus ſeparata ſunt & diuerſa. *In* 7. *Matth. hom.*20.

*Sicut* qui in magno vaſe aceti modicam guttam mellis immiſceat, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur: Sic homini in hac malorum multitudo conſtituto, ſi collocutus fueris iuſtitiæ verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiſcentia mundalium rerum. *In Matth.*13. *hom.*31.

*Quemadmodum* ſi pluuia ſuper lapidem cadat, deſuper quidem ſudat, ab intus autem ſiccus eſt, quia non deſcendit humor in eum: Sic & homini mundali quando loqueris verbum Dei, tantummodo ſonus verbi deſuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil deſcendit. *In c.*13. *Matth. hom.*31.

*Sicut ſtomacho* miniſtrante vnumquodque membrum ſuſcipit nutrimentum, & conuertit ipſum in ſe, ſecundum ſuam naturam: vtputa quod ſuſcipit iecur, totum fit ſanguis, quod autem ſuſcipit fel, bilis efficitur totum: quod vero in pulmonem phlegmata fiunt: quod autem in mammillas, totum efficitur laç: Sic Sacerdotibus Eccleſiæ loquentibus verbum omnes ſuſcipiunt, vnuſquiſque autem conuertit illud ſecundum ſuum cor: ita vt vnum idipſum verbum in cordibus quidem rectis procedat ad vitam, in cordibus autem peruerſis ſuſcitet iracundiam, quaſi bilis: in aliis autem odium, quaſi phlegma nociuum, & exponendum. *In Matth.*21. *hom.*38.

*Sicut qui* mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunque cibum, primum molit eum dentibus, & ita dimittit eum in ſtomachum: Sic & quum audimus verbum, neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & videre, quid eſt, quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rem dicit. *In Matthæi* 22. *homilia* 41.

*Quemadmodum*, qualemcunque cibum, niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius: Ita & verbum, quod audimus, niſi maſticauerimus ipſum tractantes in nobis, non poſſumus intelligere virtutem verbi illius. *In capit.*22. *Matth. homilia* 41.

*Apud Iudæos* illa animalia ſunt munda, quæ reuocant cibum, & ruminant. Ergo animal illud eſt mundum, quod maſticat, & tradit vtero, & iterum de vtero reuocat, & ruminat: homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiens verbum tractat & quum intellexerit, memoriæ quaſi vtero tradit, & iterum de memoria quaſi vtero reuocat, & ruminat, & retractat. *In Matth.* 22. *homil.*41.

*Veluti in coronis* non ſatis eſt, flores eſſe puros & ſuaues, niſi pura ſit etiam & caſta manus contexens: Sic non ſatis eſt, vt in ſacrarum literarum lectione verba ſint ſancta & pia, niſi pura etiam & caſtiſſima mente hæc legantur, ac animo concipiantur. *hom.*4. *cum Presbyter eſſet deſignatus.*

*De natura lapidis*, quem magnetem vocant, eam eſſe vim conſtat, vt omnem aliam materiam quietam eſſe, immotamque dimittat, ferrum vero duntaxat ad ſeſe trahat, nonnunquam vero alte à ſe ſublatum quaſi oſtentet, tametſi nullis idipſum reb. ab inferi loco ſuffulciatur, nec ſuperne alioqui nexu viſibili colligitur, ſed eius lapidis incubante virtute, occulta nobis ratione ſuſpenſum fit. Tale vero quippiam & in diuinis ſcripturis, & in verbis, quæ de Deo fiunt, ſolet contingere, vt facile is cognoſcet, qui diligenter aduertet. Plurimi enim, imo (vt ita dicam) cuncti fere mortales autem illis accommodant, ſoli vero capiuntur, qui alumni ſunt fidei, cum tamen ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis ſolatio teneantur, neq; quicquam appareat, vnde à ſuperiori loco vincti dependeant, ſed ad occultas duntaxat rerum ſpes, mentem animumq; accommodent. *De curatione infidelium Græcorum, ſerm.*5.

*Auguſtini.* Cultus agens fructum non reddens, & ingratus agricolæ, pro frugibus ſpinas afferens, non horreum, ſed ignem quærit Dominus Deus noſter, ſicut videtis eum bonam hanc terram viſitare imbribus ſolennibus: Ita cor noſtrum verbo ſuo, tanquam agrum viſitare dignatur, & de corde noſtro quærit fructus, quia nouit, quid ibi ſeminet, & quantum pluat. *In Pſalm.*18.

*Dicitur aſpis* hinc alteram aurem, quam preſſius poteſt, terræ infigere, inde vero alteram caudæ immiſſione nihilominus obturare, ne audiat. Quid ad hæc incantantis vox, quid ſermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptizabor pro mortuo, vberrimo quodam profluuio lachrymarum, apud quem viderim nihil humanæ incantationis quamlibet ſapientiam, nihil quantamcunque admonitionis induſtriam præualere [...] men vir ſapiens, non cœlo ſeſe, ſed ſolo inf[...] ſapientia, quæ deſurſum eſt, non modo pudi[...] Hæc autem magis (vt ita dicam) aſpidica, [...] poteſt. Sed nec ideo obſurdeſceret, niſi cauda [...] ret auditum. Cauda eſt finis intentionis: [...] ta, dum hic quidem velut terræ infixus, [...] hæret voluntati: inde velut reflectens caudam [...] meditatur, & infigit animo, quod deſider[...] tam mordax & amarus ſermo inuenitur in ore [...] ti, quod nulla ad eam penetrare queat bene[...] ris. Inde aſpidi virus in linguæ aculeo perſua[...] ſus linguam incantatoris, tanto ſe ſtudio obt[...] in arena: etiam aues volantes flatu tradit venena[...] *mone* 13.

*Quicquid loquimur* in nomine Dei, quoniam [...] loquentis imber Dei eſt: videre vos, qualis terra [...] do pluuia venit ſuper terram, ſi bona terra eſt, [...] rit: ſi mala terra, ſpinas parit: pluuia tamen [...] per fructus, & ſuper ſpinas. Qui iſtis verbis [...] fuerit, & ſpinas de pluuia generauerit, ignem [...] non accuſet. Qui autem melior factus fuerit, [...] terra generauerit, horreum ſperet, & pluuiam [...] ſunt nubes, aut quid eſt pluuia, niſi Dei miſer[...] entis circa omnes, quos diligit, & quibus donat [...] *in Pſalm.*98.

*Verbi Dei* auditor ſimilis eſſe debet animalib[...] quod ruminant, munda eſſe dicuntur: & non [...] quæ in aluo cordis accipit, & cum audit, ſit [...] audita in memoriam reuocat, ſit ſimilis ruminan[...] *centia, c.*193.

*Ambroſii.* Matutinos quoque ſolis ortus [...] derat, emundat oculos ſuos, ne quid pulueris, [...] torum oculis eis inſideat, quo intuentis hebet[...] aliqua caligo nebuloſa, corporeos viſus ſpectan[...] Chriſtus incipit, oritur in lectione ſcripturarum, [...] mentis, animique interiores obtutus, ne qua [...] ciem tui præſtringat ingenii & puri cordis [...] munda autem, vt vaſe ſyncero Scripturæ diuinæ [...] cipias, ne qua ingrediatur contagio. Caue [...] re magnitudinem, ne nimius fulgor eius, viſus [...] cet: & qui è regione in radium eius intendit, [...] omnem ſubito admittat aſpectum: ac niſi in cæteris [...] ſuum oculoſque conuertat, eſtimet ſe nihil videre, [...] nere eſſe fraudatum: ſi vero deflectat obtutum, [...] ſeruat officium. *Auguſtin. lib.*4. *c.*1 *Hexamer.*

*Vos auditores* mei eſtis fœneratores vſuræ, non [...] verbi vſuræ: vos agricolæ, redtus, ædificatores, [...] pides pretioſos ſuperædificantes. Eloquia enim Do[...] examinatum. Vos facite diuitem fœneratorem, agri[...] ſum, architectum peritum. *Libro* 5, *de fide ad Gr.*2. [...]

*Hilarii.* Vt non omnium eſt, herbarum [...] que noſſe: & ſi quis imperitus aut neſcius in agrum [...] herbis diuitem venerit, omnia inutilia, & [...] exiſtimans præteribit: at vero ſi peritus & doctus [...] ſum in his germinibus agrum fuerit ingreſſus: [...] aliis præterita erunt, demete, & ea, quæ ab ignaris [...] cta, mirabitur: ſciens, quando vtile metendorum [...] ſit, & in quæ genera ſanitatum his vtendum ſit, & [...] quantum ex his, & quouſque moderandum ſit. Sic & [...] pturis eſſe intelligendum eſt, ſi ea impia auris & [...] diat, tanquam otioſas & non neceſſarias negligit, [...] ad cognitionem Dei auditor: lector abſtinet, & [...] ctio, & ſpiritualis gratiæ donum ſcientiam diiudicandi [...] ligendiq; præſtiterit, mirabitur omnia, atq; his [...] eorum virtutes & efficientias tertur, non ignarus, quid [...] ſumendum ſit, & in quam orationem eligendum, [...] corpori ſanatio, quando animæ medela tribuenda ſit, [...] porum, ne quid importunum et tardum: ſed collatis, [...] & temporibus, & rebus, non imperite his, quæ ſibi [...] rint, vtatur. *in Pſalm.*134.

*Thrimeri.* Multi ſunt, qui nequeunt ſolidum cibum [...] tamen eius corroborantur ſuo, ac delectantur odore [...] poſſunt ſacroſanctum Euangelium capere, veruntamen [...] quod oblectat eius lectione. *in apoph.*

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſol debilem oculorum [...] ſtringit, non natura ſua: Ita inuenit in his, qui diuino [...] dunt ſermoni? Ita & Pharaonis cor induruiſſe dicitur: [...] qui verbum Dei oppugnant. *Homil.*67. *in Ioan.*

*Neque ſi quis* vulnus accepit, & medicinam impo[...] diligenter alligabit, ſed decide permittet, neque aqua[...] rem, & alia vulneri contraria non cauebit, & ne gra[...]

...medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa. Hoc nobis ac... cum diuinis ſermonibus parum, ſecularibus ſemper at... ſemen omne ſuffocatur, fructus nullus prouenit. *Ho-*

... Quemadmodum parui pueri doctrinam deſpici... flagellaq; quæ magiſtri & pædagogi adhibere ſo... dictata ſuſcipiunt, & ipſe ſermo ante plagas non audi... dolore q; velut ſtatim apertis auribus & auditu ex... & memoria cuſtoditur: Sic qui diuina audiunt præ... ſeruanda ſe negligenter habent poſtquam à Deo diſci... eſt, ad ipſius mandata ſeruanda, ac ei obtemperandum ... excitati videntur. *In Pro.*

---

# Verecundia.

## DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

...dia, Græce αἰδὼς, ὁος ἡ, & αἰδέομαι, verecundor dicitur. ... *Boſchah, Boſcheth, Baſchnah, Maboſch*, à verbo *Boſch*, Eru... eſt, confuſus eſt pudore. Cognationem habet cum ... & *Iabæſch*, exaruit, & *Bos*, conculcauit. Nam pudo... quodammodo fœtere, illorumq; virtus exareſcere & con... Eſt autem verecundia timor neglectionis vel dede... *Ariſt. lib. 4. Ethic.*

...dia eſt dolor quidam atq; perturbatio ex malis aut præ... futuris, quæ infamiam inſe unt, prouenienſ, *ſecund. e-* ... *Rhet.*

...dia eſt timor turpitudinis exprobabilis, & principali... vituperium, ſed reſpicit culpiam conſequenter, & oc... ſcilicet ceſſando & celando. *Ex B. Thom. 2, 2. quæſt. 116.*

...dia à vereor, quod eſt timeo, dicitur.

...dia eſt, per quam, vt tempus, locus, perſonæq; poſtulant, ... verentiac rationem habere iudicant. Cuius extrema pro... petulantia; vel animi confuſio: vel (ſecundum Cicero... dolor quidam ac perturbatio ex malis, aut præſentibus, aut infamiam inferentibus proueniens, Græcis vocata αἰδώς. ... partitione oratoria appellat. Verecundiam cuſtodem o... virtutum, dedecus fugientem, laudemq; maxime conſe... eſtq; medietas inter impudentiam, & ſtuporem in actio... loquunsq; conſtitutam: agit, & loquitur, vbi quando, & quæ ... *Ariſt. in Mag. moral.*

## ❡ BIBLICI LOCI.

...dia in mulieribus exigitur. 1. *Tim.* 2. 9.

## ❡ PATRVM SENTENTIAE.

...a virtus eſt Verecundia, & ſuauis gratia, quæ non ſolum ... ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus, ne modum progre... quendi, ne quid indecorum ſermo reſonet tuus. Specu... mentis plerunq; in verbis refulget: ipſum vocis ſonum ... modeſtia, ne cuiuſquam offendat aurem, vox fortior deniq; in ... endi genere, prima diſciplina verecundia, imo in omni vſu ... *Amb. de offic. lib.* 1. c, 19.

...bat in periculis Suſanna, & grauius verecundiæ quam vitæ ... putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam ſalu... Deo loquebatur, cui poterat caſta verecundia eloqui, refu... ra intueri virorum. *ibid.*

...m Verecundia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ... eſt. Nonne hæc prætulit publicanum, & commen... qui oculos ſuos audebat ad cœlum leuare? Paulus ... deferri præcepit cum verecundia & ſobrietate. *ibi-*

...cundia, cum ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus, ... apta, tamen adoleſcentes iuuenileſq; annos maxime decet: ... in materia commodiore melius operari ſolet: ſic verecun... ſoquoq; corporis decore plus eminet. Ita tamen, vt etiam ... ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, ne... magis quam expetitus. *ibid.*

...nem vereris præſentem, Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſan... vereris præſentiam. *in Pſalm.* 118.

... in virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor: hic in... debet eſſe virginitatis, ſine quo non poteſt eſſe virginitas: ... officiis pudor, audacia emicat, riſus obrepit, modeſtia ſolui... vrbanitas affectatur. *de virgin.*

...ſcere debemus, & condemnare peccatum, non defendere, ... pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur. *de Abel &*

...a liberaliter educata facilius verecundia, quam metus ... & quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor. *Hie-* ... *Pammach.*

Sit ſermo virginis pudoroſus, modeſtus & rarus, nec tam elo-quentia pretioſus, quam pudore. Eſt [illegible] ipſo motu, habitu, in-ceſſu verecundia. *ibid.*

Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. *ibid.*

Frontem cordis imprudentia atterit culpa frequens: atque quo crebrius admittitur, eo de illa committentis animus minus vere-cundatur. *ibid.*

Sicut verecundia laudabilis eſt in bono. Erubeſcere enim malum ſapientiæ eſt, bonum vero erubeſcere fatuitatis. Qui erubeſcit ma-la pœnitendo, quæ facit, ad vitæ libertatem peruenit: qui vero eru-beſcit bona facere, à ſtatu rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit: Sicut per Redemptorem dicitur: Qui me erubeſcit, & meos ſermones, &c. *In hom.* 10. *ſuper Ezech.*

Quid amabilius verecundo adoleſcente? quam pulchra, & quam ſplendida gemma morum eſt verecundia, in vita & vultu adole-ſcentis, quam vera & minime dubia bonæ ſpei nuntia, bonæ indo-lis index. Virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitæ de-cus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſti. *Bern. ſuper Cant. ſerm.* 86.

Verecundia ſoror eſt continentiæ: nullum æque manifeſtum indicium columbinæ ſimplicitatis, & ideo etiam teſtis eſt inno-centiæ, lampas pudicitiæ [illegible] iugiter lucens, vt nil in ea tur-pe vel indecorum reſidere attentet, quod non illa illico perdat. *i-bidem.*

Hæc dicentibus erubeſcenda eſſent, ſi à facientibus præſumpta non fuiſſent: nunc autem ſuſtineat in audiendo verecundiam, qui noluit in faciendo habere diſciplinam. *Hug. de inſtit. no-uit.*

## ❡ POETARVM DICTA.

Hom. in Iliad.

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

*Verecundantium virorum plures ſalui, quam interfici-untur.*

Idem in ω. Iliad.

Οὐδέ οἱ αἰδὼς

Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

*Neque ipſi verecundia*

*Eſt quæ viros valde lædit, atq; iuuat.*

Idem in ρ. Odyſſ.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

*Verecundia non bona indigentem virum comitatur.*

Pythagoras.

Πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,

Μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

*Facies autem turpe vnquam nihil, neq; cum alio,*

*Neque ſolus. Omnium autem maxime verecundare te-ipſum.*

## ❡ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Pudoris etiam diſciplinam inter defuncta corpora natura diſ-cernit. At ſi quando cadauera necatorum fluctibus euehun-tur, virorum ſupina fluctuant, prona fœminarum. *Solin. lib. de mirab.*

Cuſtos virtutum omnium dedecus fugiens, & laudem maximam conſequens, verecundia eſt. *Cic. de Orat.*

Verecundia parens eſt omnis honeſti conſilii, tutela ſolen-nium officiorum, magiſtra innocentiæ, chara proximis, acce-pta alienis, omni loco omni tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum.

Non modo magiſtratum, ſed etiam illos quos non metuunt, ma-gis reuerentur homines verecundi quam inuerecundi, & mulieres quas eſſe verecundas animaduertunt homines intuentes viciſſim re-uereri volunt. *Xenoph. de Inſtit. Cyri, lib.* 8.

Bonum in adoleſcente ſignum eſt, cum illi ex alto rubor ſuffun-ditur: magis iuuenibus apparet, quibus & plus caloris eſt, & tenera frons veteranos & nihilominus & ſenes tingit. Quidam autem non magis, quam cum erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem ve-recundiam effuderint. *Sen.* 11. *epiſt.*

Artifices ſcenici hoc indicio imitantur verecundiam: deiiciunt vultum, verba ſubmittunt, figunt in terram oculos, & deprimunt, ruborem ſibi exprimere non poſſunt, nec prohibetur hic, nec adiici-tur: nil aduerſus hunc ſapientia proficit, ſui iuris eſt, iniuſſus venit, iniuſſus diſcedit. *ibid.*

Nutriendus eſt pudor, qui, quandiu in animo durauerit, aliquis e-rit bonæ ſpei locus. *Epiſt.* 25.

Recta ingenia debilitat verecundia, praua confirmat audacia. *In Prouerb.*

Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba diſcutitur. *i-bidem.*

Verborum turpium licentia impudentiæ nutrix. *ibid.*

Sine verecundia nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. *Cicero* 1. *Offic.*

Maximum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Maximum a micitiæ ornamentum tollit, qui ex ea tollit vere cundiam. Itaque in ... perniciosus eſt error, qui exiſtimant, libidinum, peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *In Lælio.*

Sæpe videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur. 2. *Tuſculan.*

Pudor in bello eſt maxime periculoſus. Plancus Ciceroni. *Famil.* 10.

Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet: ne id, quod petit, exigere magis, quam rogare, & in mercedis potius, quam beneficii loco numerare videatur. *Cic. Curio Fam.* 2.

Sit verecundia, dolor quidam atq; perturbatio ex malis aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. In verecundia vero contemptus quidam eorum, atq; impaſſibilitas. *Ariſt. li. 2. Rhet. ad Theodect. c.*

Verecundia non eſt illa quidem virtus, attamen qui pudore afficitur, vere laudari ſolet. Nam in his rebus alius medium apponit, alius cum tranſit. *Lib. 2. Ethic. c. 7.*

Verecundia eſt impudentiæ & ſtuporis medietas, quæ quidem circa actiones & ſermones eſt. Nam impudens is eſt, qui in omnia ad omnes ea loquitur & agit, quæ vtcunq; acciderunt. Stupidus vero huic contrarius, qui cuncta ... erga cunctos agere veretur. *Lib. 1. Mag Mor. c. 29.*

Qui omni ex re pudore afficitur, pauidus dicitur. Territus, qui à modo deficit, nullaq; ex re omnino pudore afficitur, impudens: qui autem modum adhibet, is pudens & verecundus dicitur. *Lib. 2. Ethic. c. 7.*

Verecundia perturbationi eſt, quam habitui ſimilior: itaque definitur eſſe metus quidam dedecoris & infamiæ: eodemque modo naſcitur, quo metus is, qui in rebus aſperis formidoloſisque cernitur. Nam ... erubeſcunt, qui pudore afficiuntur: & qui mortis metu exhorreſcunt, terrore exalbeſcunt. *Lib. 4. Ethicorum, capite 9.*

Pueros verecundos, pudenteſque putamus eſſe oportere, ac adoleſcentes laudamus verecundos: ſenem autem, quod pudore afficeretur, nemo laudauit vnquam. Neq; bono viro digna verecundia eſt: ſiquidem ex rebus malis omnis naſcitur. *ibid.*

Abſurdum ſit eo eſſe animo, vt ſi quid turpe agas, afficiare pudore: & propterea te virum bonum iudices. Pudor enim voluntate ac iudicio omnis ſuſcipitur. *ibid.*

Si impudentia in malis eſt, & nullo pudore affici ex turpibus factis malum: nihilo magis eum, qui hæc faciat, pudore affici bonum eſt. *ibid.*

Patientes, aut paſſi, aut paſſuri quæcunq; in ignominiam atq; in opprobria ducunt, verecundantur: quæ ſunt, quæ ad miniſteria pertinent vel corporis, vel operum turpium, quæ vituperationem pariunt: & quæ quidem ad libidinem pertinent, & volentes, & inuiti. *Lib. 2. Rhet. ad Theodect. c. 6.*

Neceſſe eſt in iis malis erubeſcere, quæ vel ipſis, vel iis, quæ ſibi curæ ſunt, dedecori eſſe videntur: qualia ſunt, quæ à vitio proficiſcuntur. *ibid.*

Poteſt aliqua cauſa verecundiam bonam reddere, vt ſi quis turpe aliquid geſſerit, ex eoq; pudore afficiatur. Atqui hoc nuſquam reperitur in virtutib. Quod ſi impudentia in malis eſt, & nullo pudore affici ex turpib. factis, malum: nihilo magis eum, qui hæc faciat, pudore affici bonum eſt. *Lib. 4, Ethicor. cap. 9.*

Adulationibus ad probandas iniuſtas preces. Brutus nunquam ſe adduci patiebatur: & importunitati impudenter potentium ſuccumbere, (id quod nonnulli verecundia vinci appellant) turpiſſimum magno viro iudicans eſſe, dicere ſolebat. Videri ſibi male illos tempus ſuum collocaſſe, qui nihil negare didicerint. *Plut. in Bruto.*

Verecundia iuſtiſſimis viris præcepit, vt priuatas facultates negligerent, publicas quam ampliſſimas eſſe cuperent. Digna cui perinde atq; cœleſti Numini extruantur templa atque aræ conſecrentur: quia parens eſt omnis honeſti conſilii, tutela ſolennium officiorum: magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore, fauorabilem præ ſe ferens vultum. *Val. Maxim. lib. 4. c. 5.*

Verecundia dum militem prohibet fugere facit eſſe victorem. Quid enim prodeſt, ſi exerceatur ignauus? ſi plurib. ſtipendiis mereatur in caſtris. *Veget. lib. 1. c. 7.*

Profecto verecundia eſt generoſos homines ſeipſis inferiores ac infra ſuam virtutem agere videri. *Procop. de bel. Vandal. libro* 2

*Socrates* hortabatur iuuenes, vt hæc tria haberent in animo: Prudentiam, in lingua Silentium, in vultu Verecundiam. *Maxim. ſerm.* 41.

*Muſonius*, Verecundia, inquit, apud omnes dignus habeberis, ſi primum teipſum vereri inceperis. *Stob. ſerm.* 31.

*Democritus*, Malum, inquit, etiamſi ſolus fueris, ne feceris, neque dixeris. Diſce autem teipſum magis, quam alios reuereri. *Laert.*

*Theophraſtus*, Reuerere, dicebat, teipſum, & non erubeſces coram aliis. *Stob.*

*Pythias Ariſtotelis F.* interrogata, quis color eſſet ... imus? reſpondit, qui per verecundiam ingenuis ob... *baus.*

*Syneſius*, Verecundiam dicebat eſſe ſecundum bo... nam nunquam peccare palam, inquit, eſt diuinæ ... tiæ & naturæ. Verecundia autem, quæ ob non re... ſcitur, temperantiæ indicat colorem. *Stob. Anton. ſerm. ... honeſto.*

### ¶ Biblica Exempla.

Verecundiæ *exempla*: Sem & Iapheth, *Geneſ.* 9. v. 2... Mulier ſanguinis fluxu laborans, *Matth.* 19. v. 20. *Ma*... beth, *Luc.* 1. 24.

### ¶ Profana Exempla.

*Diogenes* adoleſcentulum videns inhoneſto diſpo... confide, inquit, fili, hicce color virtutis eſt. *Laert. in* ...

*L. Sylla.* Dictator pudore actus inuidiam erga Ca... uenem triumphantem celauit. *Plut.*

*Alexander* Caſſandri F. inuitato ad cœnam De... catus poſtridie ad illum, quod fidem, quæ ipſi habi... ere deterreretur pudore, ad illum profectus eſt, atq; ... catus. *Plut. de immod. Verecundia.*

### ¶ Hierglyphica.

Apud Philologos hieroglyphicum *verecundiæ* ... vnde de impudentibus dici ſolet: Os eos non habe... Maior Lentulo, qui ſputum in eius faciem eiacula... ſa tantum facie, dixit: *Affirmabo omnibus Lentule, ...* gant Os habere, argute vulgatam hominis impude... do, quamuis de ſputi copia dicere videretur. *Pier.* ... 314. *F.*

*Vide, Pudicicia, Pudor.*

---

# Veritas.

### ¶ Definitio: et Etymol...

VEritas, Græce ἀλήθεια, ας, ἡ, & ἀληθὴς, ... tem veritas, per quam immutata ea, quæ ſunt ... futura ſunt. *ſecundum Cicer. lib. Rhet.* Veritas Hebr. ... *Emun, Emunah*, fides, veritas, fiducia, à verbo *Aman*, ... fuit, tutatus eſt fideliter. Vide Etymologicon ... pag. 883. vbi nonnulla de veritate periucunda le... occurrunt.

Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum. *ſecund. ... Met.* Veritas dicitur à verum, quod eſt, ſolidum ... ſum. Venit enim verum à ver veris, quoniam ... arietem ingreſſo, omnia vere naſcuntur, per... perueniunt, cum aliis temporibus nata ſæpe def... co, veriſimile, & veridicus deducuntur.

Veritas, vt nunc accipimus, vis eſt animæ ... ferens, vnde indefinitæ animi vires propagantur, ... nere homini conceſſæ.

Vel hoc modo: Veritas eſt rerum, quæ ... dunt, qualitas eſſentialis.

Veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt, ... aut futura ſunt, dicuntur. *Cic. in Rhetor.* Vel: Verit... rei ad intellectum. *Ariſtot. lib. 2. Metaph.* Græcis ... contrarium linguæ vanitas. Extrema quodam... mulatio & Iactantia. Huic contrarium diſſimula... minora ſua eſſe ſimulans, quæq; nouit, diſſitetur, ... cognoſcit.

### ¶ Biblici Loci.

Veritas I. pro vera perceptione rerum ad ſalu... rum, *Ioan.* 17. II. Veritas, *Ioan.* 4. 23. non oppon... alias ſæpe, ſed externis Legis ceremoniis, quæ ... bant id, quod re ipſa præſtat Chriſtus. Veritas, pro ... te, *Ioan.* 3. 21. III pro bene & voluntati diuinæ ... uendi regula, *Rom.* 2. 8. 1. *Petr.* 1. 22. IV. Veritas ... 2. *verſ.* 5. 14. pro vera ac ſyncera Euangelii doctrina ... genere pro iuſtitia, Hebræorum more, 1 *Corinth.* ... tegritate animi, quæ omni diſſimulationi aduerſatur ... *Ioan. v.* 3. VII. non pro prædicatione verbi Dei, ...

...tate diuina conueniente. *Roman.*2.8. VIII. κατ'
...gione: *Ioan.*17.17. *Galat.*3.1. *Coloſſ.*1.5. *Tit.*1.1. IX.
...ctrina eius, hoc eſt, Euangelio, 2. *Ioan.* v.1. Veri-
...atia ipſius, *Rom.*3.7. Veritas commendatur, *Za-*
...*Matth.*5.37. *Epheſ.*4.25. & 6.14. *Iacob.* 4.12. Veritas
...*Ioan.*8.32. Veritas per Chriſtum, 1.17. & in Chriſto,
...conſenſus fundamentum, *verſic.*15.
...ſarii quomodo tractandi. 2. *Timoth.*2.25. veritatis
...1. *Tim.*2.4. veritatis contemptus, quam noxius, 2.
...doctrina à Deo petenda, *Zachar.* 10.1. fructus ſa-
...*Theſſ.*2.10. vis quanta, *Prouerb.* 28.23. *Zachariæ* 13.3.
...4.14. & 9.22. & 26.28.
...geli reſiſtentes. 2. *Timoth.*2. *verſicul.*18. & 3. *ver-*

...Paulus, *Roman.*1.18. quicquid lucis ad Dei noti-
...ctum eſt? non vt hac duce in Dei gratiam rede-
...Chriſti opus eſt (ſed vt ſuo ipſorum iudicio ſceleris
Veritatem omnem dicere, eſt rem totam, ita vt ge-
...*Marc.*5.33. contra veritatem ne propinquiſſimis
...endum, *Mich.*7.5. Veritatem facere, pro ſynce-
...21. *Ioan.*1.6. pro veritatem ſectari, *Epheſ.*4.15. In
...dum, 1. *Reg.*2.4. 1. *Ioan.* 2.27. In veritate ſeruiendum

...& veri adoratores, qui, *Ioan.*4. 21. Veri parentes
...48 *Marc.*3.33. *Luc.* 8.19. veri Apoſtoli deſcriptio, 1.
...toris exemplar, 1. *Tim.*1.1. &c. Verus modus interpre-
...1. *Cor.*14.12.

## Sententiæ Biblicæ.

*Veritas firmiter conſeruanda.*

...quirit Dominus. *Pſalm.*30.
...em dilexiſti. 50.
...as de ore meo verbum veritatis vſquequaque,

...tas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.

...m eſt ei contra iuge ſacrificium, propter peccata, &
...veritas in terra *Dan.*8.
...tatem & pacem diligite. *Zach.*8.
...dax erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt
...*Ioan.*8.
...facientes in charitate creſcamus in illo per omnia. *E-*

...s eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate. 5.
...ampta eſt veritas, qui exiſtimant quæſtum eſſe pieta-

*Reuerenter honoranda.*

...a vincit veritas. 3. *Eſd.*3.
...puli clamauerunt, & dixerunt. Magna eſt veritas, &

...ſtis ſermonibus veritatis? *Iob.*6.
...undabit te veritas eius. *Pſalm.*90.
...omini manet in æternum, 116.
...ritatis firmum erit in perpetuum. *Prou.*12.
...adicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio in-
...æ confundere. *Eccl.*4.
...ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

...eritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *Ioan.*1.
...tores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate 4.
...eritis in ſermone meo, veri diſcipuli mei eritis, & co-
...tatem, & veritas liberabit vos. 8.
...a, veritas, & vita, 14.
...us veritas eſt. 17.
...c natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoni-
...m veritati. 18.
...non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem verita-

...ſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. 2. *Co-*

... Galatæ! qui vos faſcinauit non obedire veritati? *Ga-*

## ¶ Patrum Sententiae.

...dulcis eſt, & amara: quando dulcis eſt, parcit, & quando a-
...*Aug. ad Chriſtian.*
...pius eſt: mentes reficit, nec deficit, mutat veſcentem, nec
...tem mutatur *ſuper Ioan.*
...& ſapientiæ pulchritudo, nec multitudine audientium
...cludit venientes, nec peragitur tempore, nec mitigatur
...te interrumpitur, nec vmbra intercluditur, nec ſenſibus
...acet. *Libro de libero arbitrio.*

Si de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quam veritas relinquatur. *ibid.*

Nullus reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus, ſi inimicus inſultat, ferendus eſt: amicus autem ſi errat, docendus eſt: ſi audiendus, *lib.*8. *de Trin.*

Incomparabiliter pulchrior eſt veritas Chriſtianorum, quam Helena Græcorum. *Epiſt. ad Hieron.*

Errat, quiſquis ſe veritatem cognoſcere putat, qui adhuc nequiter viuit. *Lib. de Agone Chriſti.*

Qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium, vterque reus eſt; ille, quia prodeſſe non vult, iſte, quia nocere deſiderat. *ibidem.*

Libere enim & ſine adulatione veritatem prædicantes, & geſta prauæ vitæ arguentes, gratiam non habent apud homines. *Amb. gl. in* 1. *ad Cor.*9.

Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur: ſicut per adulationem pernitioſæ amicitiæ comparantur. Libenter enim, quod delectat, audimus, & offendit omne quod nolumus.

Mentiri atque iurare lingua tua prorſus ignoret, tantusque in te ſit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. *ad Col.*

Non meretur audire veritatem, qui fraudulenter interrogat. *In Ezech.*

Nihil eſt ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. *In hom.*

Ille veritatis defenſor eſſe debet, qui, cum recte ſentit, loqui non metuit, nec erubeſcit. *ibid.*

Qui neceſſitate cogente vera Dei dona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quanto & veritati ſociatur. *ibid.*

Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo æternitatis præmia certius ſperat. *lib.*10. *moral.*

Inquirimus veritatem in nobis, in proximis, in ſui natura. In nobis, noſmetipſos diiudicando: in proximis, eorum malis compatiendo, in ſua natura, mundo corde contemplando *Ber. de gra. humil.*

Cum ſint tres gradus ſeu ſtatus veritatis, ad primum aſcendimus per laborem humilitatis, ad ſecundum per affectum compaſſionis, ad tertium per exceſſum contemplationis. In primo veritas reperitur ſeuera, in ſecundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio ducit, qua nos diſcutimus: ad ſecundum affectus producit, quo aliis miſeremur: ad tertium puritas rapit, qua ad indiuiſibilia ſubleuamur *ibid.*

Veritas ſola liberat, ſola ſaluat, ſola lauat. *In ſerm.*

Non amat veritas angulos, non ei diuerſoria placent. In medio ſtat, communi vitæ diſciplina, communibus ſtudiis delectatur. *ibidem.*

Talis eſt conditio falſitatis vel erroris, vt etiam nullo ſibi aſſiſtente conſeneſcat ac defluat: talis autem è diuerſo veritatis ſtatus, vt etiam multis impugnantibus ſuſcitetur, & creſcat.

Non ſolum proditor eſt veritatis, qui mendacium pro veritate loquitur, ſed qui non libere pronunciat veritatem, quam pronunciare oportet: aut non libere defendit veritatem, quam defendere oportet. *ſuper Matth.*

Si propter timorem mortis tacere veritatem, impietas eſt, quomodo non eſt maior impietas propter miſerum ventrem, & honoris vani ſpem tacere veritatem? Videtur meliorem facere gratiam panis & honoris, quam gloriam veritatis. *ibid.*

Veritas rerum, atque vtilitas ſemper à paucis ſapientibus melius inuenitur, quam per multitudinem clamoſam diſcutiatur: multitudo enim oneroſa nil habet honeſti. *Caſſiod. in quadam.*

Magno & excellenti ingenio viri, cum ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & publicis, & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis ſtudium contulerunt: exiſtimantes, multo eſſe præclarius, humanarum, diuinarumque rerum inueſtigare ac ſcire rationem, quam aut ſtruendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus quoniam fragiles, terrenæque ſunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, nemo melior, nemo iuſtior effici poteſt. Erant quidem illi veritatis cognitione digniſſimi, quam ſcire tantopere cupiuerunt, atque ita, vt eam rebus omnibus anteponerent. Nam & abieciſſe quoſdam res familiares ſuas, & renunciaſſe vniuerſis voluptatibus conſtat: vt ſolam nudamque virtutem nudi, expeditique ſequerentur: tantumque apud eos virtutis nomen, atque authoritas valuit, vt ipſam ſummi boni præmium iudicarent. Sed neque adepti ſunt id, quod volebant, & operam ſimul atque induſtriam perdiderunt: quia veritas, id eſt, arcanam ſummi Dei qui fecit omnia, ingenio, ac propriis non poteſt ſenſibus comprehendi: alioqui nihil inter Deum hominemque diſtaret, ſi conſilia, & diſpoſitionem illius maieſtatis æternæ cogitatio adſequeretur humana.

Veritas, licet poſſit ſine eloquentia defendi, vt à multis ſæpe defenſa, tamen claritate, ac ſermonis nitore illuſtranda, & quodammodo differenda eſt, vt potentius influat in animos, &

vi ſua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vi ſua inſtructa, & luce orationis ornata. *Lactantius in præfat. Inſtit.*

Veritas à vulgò ſolet variis ſermonibus eſſe diſputata.

Quid igitur profuit te viciſſe veritatem, quam nec defenſurus es, nec ſecuturus?

Verum autem ſcire diuinæ ſapientiæ eſt. *Idem lib. 20.*

Qui veritati ſtudet, abiiciat inimicas ac anxias voluptates, quæ animum ſibi vinciunt: præferat vera falſis, æterna breuibus, vtilia iucundis. Nihil aſpectu gratum ſit, niſi quod iuſte, quod pie fieri videas: nihil auditu ſuaue, niſi quod animam meliorem teque reddat. *Ibidem lib. 5.*

## ❡ Sententiae Poeticae.

Sen. Troad.

*Veritas nunquam latet.*

Sen. Oed.

*Quid verba quæris? Veritas odit moras.*

Ter. Andr. 11.

*Namq; hoc tempore*
*Obſequium amicos, veritas odium parit.*

Mart. 8.75.

*Vras Gallice, me rogasq; ſemper*
*Durum eſt me tibi, quod petis, negare.*
*Vero verius ergò quid ſit audi.*
*Verum, Gallice, non libenter audis.*

Plaut. Moſt.

*Nolo te aſſentari mihi, &c.*
*Ego verum amo, verum volo dici, mihi, mendacem odi.*

Martialis 8.75.

*Dic verum mihi, Marce: dic amabo:*
*Nil eſt, quod magis audiam libenter.*

Ter. And. 2.6.

*Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.*

Euripides.

Ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφυ.
*Simplex eſt ſermo veritatis.*

Ex Græcis Comicis.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
*At veritatem tempus in lucem extrahit.*

Ερχέται

Τἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.
*Aliquando non quæſita prodit veritas.*
Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.
*Ineſſe linguæ veritas lapſæ ſolet.*
Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς, τἀληθῆ λέγειν.
*Quæ vera ſunt, loqui virum ingenuum decet.*
Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν.
Ἐν παντὶ καιρῷ, τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ.
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος,
*Eſt tempore omni vera proloqui optimum:*
*Hoc facere adhortor, quippe quòd ſit roboris*
*Securè ad æuum tranſigendum maximi.*
Οὐκ ἔστι ζωγράφος μὰ τοὺς θεοὺς,
Οὔτ' ἀνδριάντοποιὸς, ὅστις ἂν πλάσαι
Κάλλος τοιοῦτο, οἷον ἡ ἀλήθει' ἔχει.
*Haud arte tantam pictor vllus aſſequi,*
*Statuariusve pulchritudinem queat*
*Tantum decorem, veritati, quantus eſt.*

## ❡ Philosoph. et Histor. Sent.

Veriſſimum, id eſt, quod cauſa eſt, cur poſteriora & ſequentia vera ſint omnia. Itaque eorum, quæ ſemper ſunt, & æterna, principia veriſſima ſemper ſint neceſſe eſt. *Ariſtot. lib. α. 1. Breu. Met. cap. 1. T. 4.*

Quod vt eſt verum, & quod non eſt, vt falſum ex coniunctione & disiunctione rerum exiſtit: totum vero in contradicentium partibus cernitur. Verum enim in iis rebus, quæ coniunctæ ſunt & copulatæ, affirmationem habet: negationem vero in earum ſeparatione & deiunctione: falſum autem harum partium habet contraria, quæ contradicentia vocantur. *Lib. 1.5. Metaph. c. 3 Tex. 8.*

Neq; in rebus verum & falſum ineſt quaſi bonum, verum, & malum falſum ſit, ſed in animo. *ibid.*

Eſſe, & eſt verum eſſe ſignificat, non eſſe autem, non verum eſſe, æque in affirmatione atq; in negatione. Vt ſi Socrates muſicus ſit, in hac enunciatione, Socrates eſt muſicus, eſt id verum eſſe declarat: aut ſi Socrates non ſit albus: in hac enunciatione: Socrates albus non eſt, idem verbum hoc verum eſſe ſignificat. In illa autem diametros non eſt, vt ita dicam, incommenſurabilis, hoc ſignificat eſſe falſum. *Lib. δ. Metaph. c. 7. T. 41.*

Vera quidem ſunt & perſpicua ea, quæ non ab aliis, ſed à ſeipſis fidem habent. *Top l. 1. c. 1.*

Neque ex veris falſum probari vllo modo poteſt, ex falſis autem verum concludi illud quidem poteſt, ſeu falſa ſint ambo pronuntiata, ſeu alterum: nec tamen vtrumuis: ſed ſecundum, ſi pronunciatum in totum falſum ſumamus, vel vtr[...] tim *Lib. 2. de prim. Reſol. c. 2.*

Appello pronunciatum in totum falſum, [...] vero: vt ſi in toto eſſe ſumptum ſit, quod in [...] quod in toto ineſt, in nullo ineſſe. *ibid.*

Ex veris nil vnquam niſi verum efficitur. *Lib.* [...]

Ipſum verum, eandem vim ac ſitum habet, [...] pſius pronunciati, verum eſſe aſſeuerare hoc alb[...] gatio contraria, verum eſt aſſeuerare, hoc non al[...] li contraria eſt aſſeuerare album. *Lib. 1. de prim.* [...] *pit. 42.*

Verum & falſum coniunctione & disiunctione [...] exiſtit. *Lib. 1. de interpret. c. 1.*

Verum & falſum in notitiarum coniunctione [...] *anim. c. 8. T. 39.*

Quamuis ex falſis verum efficiatur: id tamen [...] mel, vnaque concluſione euenire poteſt. *Lib. 1. de* [...] *T. 43.*

Contraria inter ſe ſentiunt ii, qui falſum & [...] ciant. *Metaph. lib. γ. 3. c. 5. T. 9.*

Vera & iuſta meliora ſecundum naturam [...] *Lib. 1. Rhet. ad Theodect. c. 1.*

Quod ſemper ſic ſe habere videtur, verum vi[...] *Theodect. c. 9.*

Eiuſdem virtutis eſt veri & veriſimilis conſ[...] nes ſatis ad veritatem nati ſunt, & vt plurim[...] quuntur. Quamobrem qui probabilia faci[...] quitur: is & ad veritatem ſimiliter ſe habet. *Lib.* [...] *cap. 1.*

Tantam ſemper potentiam veritas habuit, [...] cuiuſquam hominis ingenio aut arte ſubuer[...] cauſis nullum patronum aut defenſorem ob[...] defenditur. *Ex Orat. in Vatin. Cic.*

O magna vis veritatis! quæ contra homin[...] tem, ſolertiam, contraq; ficta omnium inſidias [...] defendat. *Pro M. Cælio.*

Multorum improbitate depreſſa veritas e[...] defenſio intercluſa reſpirat. *Pro Cluent.*

Eſt interdum ita perſpicua veritas, vt eam inf[...] ſit, tamen eſt adhibenda interdum vis veritat[...] *Quintio.*

Homini eſt propria veri inquiſitio atq; inueſt[...]

Quod verum, ſimplex, ſyncerumq; ſit, id natur[...] modatiſſimum eſt. *ibid.*

Veritas odium parit. *Cicer. In Lælio.*

Veritas ſane tum diis, tum hominibus [...] Hac quilibet, qui felix beatusq; futurus eſt, [...] ſit oportet, vt quam plurimum temporis ve[...] enim fide dignus erit, indignus autem qui m[...] git: demens, qui inuitus: ex quibus neutrum op[...] nim deſtituitur, quiſquis fide indignus ac imp[...]

Veritate autem duce proculdubio nunquam [...] chorum conſequi. *Plato l. de legib.*

Veritas prudentiæ ſapientiæ initium in [...] *Dionyſ Haſ lib 1.*

Veritas viſu & mora, falſa feſtinatione & [...] *cit. Ann. lib. 2.*

Veritatis ſermo eſt ſimplex. *Am. Marcel lib.* [...]

Veritatis oratio ſoluta eſſe debet & libera [...]

Veritas hiſtoriæ anima recte dici poteſt, & [...] mendacium præfert, plane ſacrilegus eſt. *G. Pa*[...]

Perinde ac ſi quis oculos animanti effoderi[...] corporis fit inutile: ita dempta ex hiſtoria ver[...] inutilis eſt. Quamobrem neq; à reprehenſion[...] ab inimicorum laudibus, cum res ita feret, abſ[...] turpe putandum, ſi eoſdem aliquando reprehend[...] demur. Siquidem eos qui in rebus gerendis [...] per recte facere, neq; continuo errare, veriſimil[...] abſtinentes perſonis, de geſtis illarum compete[...] ſentiamus ac pronunciamus. *Polyb. lib. 1.*

Antiquis ſcriptoribus rarus obtrectator, n[...] Punicas Romanaſve acies lætius extuleris: a[...] ſtro ſeculo pœnam vel infamiam ſubiere, p[...] familiæ ipſæ iam exſtinctæ ſint, reperies qui [...] rum, aliena malefacta ſibi obiectari putent: e[...] infenſos habet, vt animus ex propinquo diuer[...] *nal lib. 4.*

Veritas pluribus modis infringitur, primum [...] alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio [...] tes. Ita neutris cura poſteritatis, inter infenſ[...] *cit. hiſt. lib. 1.*

Ita comparatum eſt, vt qui figmentorum p[...] bent, & ipſi mox aliquid affingunt: quo fit vt [...] colluuie veritas vitiata prorſus ſuam authoritat[...] *ſal. 8.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

veritatis inueſtigatio. Sed ad ea quæ forte & potius feruntur homines. *Thucyd.lib.1.*

ambigua ſunt, dum alii quoquo modo audita ... alii vera in contrarium vertunt, & gliſcit v... *Tacitus Annal. lib.3.*

vires additæ ſunt: quoniam & ſi ab omnibus nonnunquam & omnis generis ſuadelæ vna cum eam armentur, neſcio quomodo ipſa per ſe ani... illabatur, & nonnunquam confeſtim vires ſuas ... verò, vbi multum temporis in obſcuro deſtituit, ... emergat, & mendacium manifeſtet. *Polyb.hiſt.*

inter ſe tam amicæ & concordes ſunt, quam ... nempe, Germanæ, à Deo genitæ, & humanis men... ſimæ, ita etiam integris iucundiſſimæ. *Viu.li.2.de*

... conuenit menti. *Viues de contemplat. libro*

... in contemplatione veritas eſt, in agendis autem ... hac ex collatione verorum & bonorum; carent ... ad primum oblatum bonum rapiuntur, noſtrum por... cunctatur atq; ambigit, & ſiſtit, & reuocat ſeſe. *Idem l.*

... quis? in quo nihil effœminatum, nihil efferatum, ni... quod non virtutis vim præ ſe ferat, & intra ſe fe... *Fuccinus libro primo Epiſtol.ad Bartholomæum Fon-*

... reddit dignitate dignum. *idem.l.5.Epiſt.ad Fran...*

... mentiens imprudentia rerum merita non poteſt ... mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror, vel occuluiſ... vel conceſſiſſe mendacium. *Boet.l.1.proſ.4.de philoſ.*

... ſuſpicionibus moti, ipſum eiecistis: Scimus, o Pyran... non ridendum. Sed adeo valida res eſt veritas, vt ... cogitationes ſuperet. *Æſchines contra Timar-*

... omnia habeant, vnum illis deeſt, ſcilicet qui verum ... in clientelam felicis hominis potentumque per... veritas aut amicitia perdenda eſt. *Seneca in quadam*

... vis veritatis, quæ contra omnium ingenia, callidita... contra fictas hominum inſidias facile ſe per ſeipſam ... *Epiſt.*

... altercando veritas amittitur. *in Prou.*

¶ APOPHTHEGMATA.

... dicebat, hæc duo diuinitus hominibus data eſſe lon... Veritatem amplecti, Beneficiis operam dare, & ad... cum deorum immortaliũ operibus comparari poſſe. *... de var.hiſt.*

... interrogatus, quid Deo ſimile facerent homines? Cum veri... reſpondit. *Stob ſerm.11.*

... quodam percontatus, quantum à mendacio diſtaret ... Quantum, inquit, oculi ab auribus. Senſit vir ſapientiſſi... pro certis haberi, quæ hominum cernuntur oculis, ... ſæpenumero hominem fallat. *Eraſ.li. 8.apoph. Max.*

... Pietatem palam declarandam, & veritatem conſtan... dam eſſe dicebat. *Ant.ſer.de veritate.*

... Quemadmodum, inquit, debilis & impotens aſpectus ... intueri non poteſt, sic idq; multo magis debilis & infir... rerum cernere non poteſt. *Max.ſer.de veritate & men-*

... ſuauiſſimam narrationem veritatem eſſe dicebat. *Stob.ſer. ... memorabilib.dictis.*

... dicere ſolebat, multo ſuauius eſſe vera dicere, quam au... *ſerm.11.*

... Veritas quidem amara eſt, & ingrata ſtolidis: menda... ſuaue & gratum: nimirum vt illis, quibus dolent oculi, ... lucis aſpectus, tenebræ autem viſum reprimentes charæ ... moleſtæ ſunt. *Ant.ſer.de veritate.*

... Veritatem rem adeo validam eſſe dicebat, vt omnes ... cogitationes facile ſuperet. *Stob ſerm.11.*

...*enes* interrogatus, quid Deo ſimile haberent homines? ... Benignè facere, & veritatem amare, *Max.ſer 8.*

... Veritas, inquit, nullam requirit præmeditationem. *Stob.*

... Nihil, inquiebat, veritate pretioſius haberi debet, ne a... quidem, vtpote obnoxia affectibus, qui, quod iuſtum eſt, ... obrumbant. Item: Immortalis & æterna res eſt veri... donat autem nobis pulchritudinem paulatim tabeſcen... dicendi fiduciam è iuſtitia prodeuntem aufert: ſed quæ ... legitima ſunt, exhibet, diſcernens ab eis iniuſta, & redargu... *ſer.de veritate.*

*Themiſtocles*, Eurybiadæ quiddam aduerſum eum, dixiſſet, ... baculum intentaſſet, verbera inquit, intrepide, mod... quæ dico, audias. Nouerat enim ea, quæ dicturus ... Repub. ſo... Docens: Veritatem in ſummo bonorum ſimul ac vitæ per...ulo profitendam eſſe, & tum maxime, cum multorum ſalus inde emineat. *Ælian.l. 3.de var hiſt.Plut.*

*Origenes* Adamantius dicere ſolitus eſt, Veritatem non idcirco partes ſuas omittere debere, quia eas ſibi præueniens, falſitas vendicaret. Philoſophiam Græcorum notans, quam cum Chriſtianiſmo & doctrina veritatis confert. *Euſeb lib.6. cap.10.Eccleſiaſt.hiſtor.*

*Papas* audiens, multorum clamorib, Dei veritatem lacerari atq; ſuſpectam reddi: Non multa dicentibus, inquit, ſed vera tradentibus auſcultandum. *Euſeb. lib.3.c.59 Eccl.*

A*lphonſus* ſemper hoc in ore habuiſſe fertur, tantum valere ad fidem debere vnicum principis viri verbum, quantum priuatorum iuſiurandum? Veritas enim, licet omnibus conueniat, principum tamen præcipuum debet eſſe ornamentum. *Anton. Panorm. l.de reb. geſt.Alphonſi.*

*Ariſtippus* interrogatus, quam ob cauſam ſic ipſum argueret Dionyſius: ob eandem (inquit) ob quam cæteri. Significans, philoſophi libertatem omnibus eſſe moleſtiam: non igitur mirandum, ſi regi ſimul illud innuens, regis iudicium nihil à vulgari differre quod fortuna non addat ſapientiam. *Laert.lib.2.*

*Cambyſes* Rex, quum frequenter nimio ſe vino ingurgitaret, à Prexaſpe hunc in modum reprehenſus eſt: Noli te nimio perdere vino, o Rex, ne tibi ac ciuibus tuis perniţioſus fias. Verum Rex: vt ſcias, inquit, quam nunquam mihi excidam, approbabo etiam poſt vinum, & oculos & manus in ſuo ac debito eſſe officio. Bibens igitur ſolito largius, iamque vinolentus iubet obiurgatoris filium in conſpectum duci, ac poſtquam ſiniſtram manum capiti impoſuiſſet, ſtans in cor adoleſcentis ſagittam figit. Dixerat autem prius, id ſe petiturum: reſciſſoque pectore, iaculum cordi infixum oſtendit, & ſagittam extraxit, patrique oſtendens, ait, Reprehendis in me ebrietatem: vide igitur, quam certam poſt potationem habeam manum. *Herod. in Thalia. & Senec. libr. 3. de ira.*

*Ageſilaus*, cum audiuiſſet Rhetorem quendam laudari, quod rem ſpecie tenuem multis verbis amplificare poſſet: Ego ſane, inquit, ne ſutorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos inducat calceos. Quo dicto innuit maxime, non ornatum in dicendo, ſed veritatem, cuius ſimplex eſt oratio, ſpectandam eſſe. *Plut.in Lacon.apoph Eraſm.l.1.*

¶ SIMILITVDINES.

*Syracidæ.* Quemadmodum auis diuertit ad aues; Sic veritas ad ſtudioſos ſuos reuertetur. *Cap.23.*

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum hora veſpertina quis ſtellam aliis comparatam lucidam vocat, quam ſole fulgente nullo modo lucidam diceret, eo quod ſplendor ſolis excellens, fulgorem ſtellæ obtegit: Ita hominem bonum veracem dicimus eſſe, quando eum cum aliis hominibus conferimus: ſed quando cum Deo, non eſt verax. *in Pſalm.credidi.*

*Si veſtimenta* empturus, gyras vnum negotiatorem, & alterum, & vbi meliores veſtes inueneris, & pretio viliori, ab illo comparas: Quomodo non oportet populum circuire omnes Doctores, & inquirere, vbi ſyncera veritas Chriſti venundatur, & vbi corruptor, & animorum confeſſiones cognoſcere, & veriorem eligere plus, quam veſtimentum. *in 23.Matt.hom.44.*

*Si propter* aliquam vtilitatem, vel neceſſitatem mundialem, proficiſci volueris ad aliquem locum, cuius viam ignoras, nunquid propter ignorantiam viæ diſcedis à profectione propoſita: Non, ſed experiris nunc iſtam viam, nunc illam: & quos interroges quæris, & cum inueneris, rogas & poſtulas, vt ſemitam dicas. Et ſi velis ſcripturarum ingredi veritatem, non petis orationibus, non quæris in ſcripturis, non pulſas bonis operibus, non interrogas ſacerdotes, nunc iſtos, nunc illos non inueſtigas, qui veri ſunt clauicularii ſcripturarum, non qui falſi. *in Matth. 23.homil.44.*

*Qui margaritam* habet, nouit ſe diuitem eſſe, etiamſi ignotum nonnunquam illud ſit, cum paruo in loco margarita recondatur: Sic & in prædicatione veritatis, qui ei adhærent, totoque animo illam amplectuntur, opulentos eſſe non ignorant, quamuis infideles theſauri vim non cognoſcentes, fidelium opes contemnant. *Hom. 48 in Matth.*

*Nazianzeni.* Si naui tempeſtatibus iactatæ manum porrigeremus, aut ciuitati obſeſſæ, aut domui igne ſuccenſæ, turmatim vaſis & inſtrumentis ſuccurreremus reſtinctoriis, plane nos ſubmerſores vocares, aut ciuitatis vel vrbis aratores, & non potius præfectos, & curatores, ſed ais: Non ita multis egiſſe videris: verum quia mea refert, ſi plures, imo omnes opinione potius, quam veritate ducantur, ſi quidem hoc in controuerſia verſatur, num iuſte egerimus, vel Eccleſiam miſerandam aut beatam reddiderimus: videri vero illud tuum, nihil ad nos, non ſecus ac ſomnia aliena. Non ita, inquis, homo multis videris ſecus ac ſomnia aliena. Non ita, inquis, homo multis videris: nunquid terra vertiginem patientibus ſtare videtur? & ebriis ſobrii

XXXXX

bri.. ſſe putantur, qui ſunt ſobrii? & non potius cum capite ambulare, aut ine... nel autem nunquid amarum eſt? etiamſi ægrotantibus quibuſ..am ac male affectis ita videatur. Non igitur in his res ita ſe habet, quem admodum videtur patientibus. *In orat. de ſeipſo.*

*Iamblichi.* Sicut lumen naturaliter & aſſidue ſolem ſequitur: Sic veritas Deum, eiusq; pediſſequos: præſertim cum perfecti pleniq; ſint, neq; egent, neq; poſſunt ſibi vltra, quam ſint arrogare. *De myſteriis.*

*Rhegini.* Vt ſolare lumen imbecilius & impotens viſus aſpicere nequit: Ita veritatem, idq; multo magis, infirma mens & inualida conſpectare non poteſt. *Apud Stobæum ſermone 2. de imprudentia.*

*Theodoreti.* Lumen hoc ſenſibile, quod oculis uſurpamus, ſiue ſol ſit, ſiue candela, intuentibus plane indicat, quid ſit aurum quid argentum, æs item, quoniam & colorum figuras, nec non plantarum atque animalium differentias idem docet. Sed hæc ſolum vident, qui habent acres oculorum obtutus: cœci nihil vident. His itaque ſimiles ſunt, qui veritatem intueri nolent, amant in tenebris ignorantiæ verſari, veluti aues illæ, quæ noctu tantum volant, vt vlulæ & noctuæ: hæ lucem odiunt, amant tenebras: Sed his quidem nemo ſanæ mentis indignetur atque ſuccenſeat: natura enim ab initio genus hoc vitæ illis addixit. Qui vero vltro ſeſe tenebris addicunt, nolentes cognoſcere veritatem, quomodo, quæſo, veniam conſequuntur? *Sermone 2.*

*Thriueri.* Quemadmodum ſol à nubibus ſæpe intercipitur, ſed nunquam funditus ſuffocatur: Ita veritas aliquando laborare poteſt, extingui vero nunquam. *In apoph.* 48.

*Quemadmodum* is, qui oculos ſibi effodit atque eruit, nunquam viſum recipere poterit: Sic qui veritatem odit, fieri non poteſt, vt aliquando reſipiſcat. Nam ſpiritus veritatis, mentis noſtræ lumen eſt. At ſi oculus noſter nequam fuerit, vniuerſum corpus tenebroſum erit. *in apoph.* 126.

*Menandri.* Vt illis, quibus dolent oculi, moleſtus eſt lucis aſpectus, gratæ autem tenebræ: Sic veritas ingrata eſt ſtolidis, mendacium autem ſuaue & gratum. *In Meliſſ. Ant. part.* 1. *ſer.* 22. & *Max. ſer.* 35.

*Diui Auguſtini.* Si veris falſa permiſceas, iiſdem ſæpe veſtigiis verum falſitas imitatur: Sic hominem ſimulat pictura verum, quæ coloribus exprimit falſas facies veritatis: Sic ſpeculi nitor vultum rapit, vt reuocet oculos intuentis. Sic offert proprios venientib. vultus: vt ipſa ſibimet inuicem faciem venientis occurrat: tantumq; valet immunda fallacia, vt ipſi ſe, quæ præuident oculi, quaſi in altero ſeſe cognoſcant. Ipſa quoq; vmbra cum ſteterit, imagines geminat, magna ex parte, mendacio diuidens vnitatem. Nunquid ideo verum eſt, quia figura mentitur? *Lib. 2. contra literas Petiliani. capite* 26.

*Vt veritate* ſunt vera, quæ vera ſunt: Ita ſimilitudine ſimilia ſunt quæcunq; ſimilia. Vt ego veritas forma verorum eſt, ita ſimilitudo forma ſimilium. *De vera religione.*

*Thriueri.* Ignis, quo pluribus lignis obruitur, eo magis accenditur: Sic & virtus & veritas, quo magis oppugnantur, eo magis emicant, atq; illuſtrantur. *In apoph.* 6.

*Eraſmi Roterodami.* Vt ſpeculum non reddit imaginem, niſi ſubſternas vitro ſtannum, aut æs, aut aurum, aut ſimile quippiam ſolidum, quod Imaginem non ſinet perfluere: Ita non niſi in animis ſolidis, & vera virtute nixis, relucet imago veri. *In Similibus.*

## ¶ Exempla Biblica.

Veritas odium parit *exempla:* Fratres Ioſephi. *Gen.* 37. *v.* 4. 8. Balaam, *Nũ.* 24. *v.* 10. 11. Abimelech, *Iud.* 9. *v.* 2. Saul, 1. *Sam.* 20. *v.* 33. Baaſa, 1. *Reg.* 16. *v.* 7. Achab, 22. *v.* 27. 2. *Paral.* 18. *v.* 26. Aſa. 2. *Par.* 16. *v.* 10. Ioas, 24. *v.* 21. Ozias, 26. *v.* 19. Holofernes, & eius magnates, *Iudith.* 5. *v.* 24. 25. 26. Sedechias, *Ier.* 32. *v.* 3. Ioacim, 36. *v.* 23. Princeps Iuda, 38. *v.* 4. Babylonii, eo quod Daniel probauit, Bel non eſſe Deum verum, indignantur, eumq; in lacum leonum coniiciendum curant. *Dan.* 14. *v.* 27. Herodes, *Mat.* 14. *v.* 4. *Luc.* 3. *v.* 19. Principes Sacerdotum, & Phariſæi, *Mat.* 22. *v.* 45. Phariſæi & Legiſperiti, *Lucæ* 11. *v.* 53. 54. Principes Sacerdotum, & Scribæ, 20. *verſ.* 19. Mundus, *Ioan.* 7. *v.* 7. & 17. *v.* 14. Phariſæi, 9. *ver.* 28. Iudæi, 15. *v.* 24. *Lucæ* 4. *v.* 28. *Actorum* 7. *v.* 54. Principes Sacerdotum, 5. *v.* 33. Hoſtes Pauli, 9. *v.* 23. 29. Galatæ, *Galat.* 4. *v.* 16. Veritas tandem vincit, *Prou.* 28. *verſ.* 23. Veritas Chriſtus. *Ioan.* 14. *v.* 6. Euangelium, 2. *Pet.* 1. *v.* 12. Veritas cinctorium renum, *Eph.* 6. *v.* 14. Veritas Dei in promiſſionibus, *Gen.* 32. *v.* 10. Veritas in iudicibus, *Exod.* 18. *v.* 21.

## ¶ Profana Exempla.

*Perſæ* filios tam ſanctis moribus imbuerunt: vt illorum diſciplinæ nil addi poſſe videretur: & per omnes ætatis gradus illud præcipue ſuis inculcarunt: vt fugientes mendacium, vera ſemper loquerentur. *Herodot. l.* 1. & *Plutarch. libello* περὶ τοῦ μὴ δεῖν νεῖζεσθαι.

*Idor* Abbas veritatis ſtudioſiſſimus fuit. De eo tria commemorat Heraclides in ſua hiſtoria: quod nunquam ſit mentitus: nunquam alicui maledixerit: nunquam citra neceſſitatem locutus ſit. *Hera. Theat. Zwing.*

*Epaminondas* Thebanus tam ſeuerus veritatis cultor fuit: vt ne ioco quidem mentitus ſit. *Alex. ab Alex. l.* 9. *c.* 10.

*T. Pompon.* eques Romanus, & amicus Ci... (... guam Atticus dictus) mendaciũ nec ipſe dicebat ... quapropter omnes ei res ſuas amici curandas c... conſiliumque ab eo de republ. deque rebus magnis ... *Nep.*

## ¶ Hieroglyphica.

AEgyptii *Veritatem ex humano corde gutture ...* φηνῶς indicabant, de quo vide prolixe apud *Pier. V...* 395. C.

*Sol veritatis* eſt hieroglyphicum, qua ratione ... vnus eſt: duplicia enim & multiplicia ſunt veritati ... plex igitur ſit neceſſe eſt, quod verum cenſeri decet ... 44. *pag.* 430. *F.*

Quod ſi etiam AEgyptii. *Pomum Perſicum ad...* *no tantum* pinxiſſent, *Veritatis id ſignum erat* ... cies linguam cordi coniunctam oſtendit, ac pe... pſius penetralia adaperiat, non aliud quippe ſ... tur. *Pier. Valer. l.* 54. *pag.* 527. *F.*

# Veſtis.

## ¶ Definitio: et Etymo...

VEſtis, Græca dictio videtur, ἐσθὴς, ἦτος, ἡ. & ... ſtimentum, & ἰνδύω, veſtio dicitur. Hebr. ... pla, & diffluens, & excurrens. Veſtes amplæ & d... *Pſalm.* 55. 9. à verbo *Baghadh* præuaricatus eſt ... eſt metam, & excurrit ordinem, quemadmodum ... diffluens ab incedentibus variè diſcurrit: vt in ma... heroinarum oblongis & diſcurrentibus veſtib... bus, quas Galli *robes à queue,* appelant, cernere eſt ... *buſch* (vnde λώψ & λῶπος indumentum) item ... *ſcheth:* à verbo *Labaſch,* induit veſtimenta, ... *Salmah,* & *Simlah,* veſtis, veſtimentum, nomen ... mnis quæ induitur, ſeu breuis, ſeu longa ſit. Vide ... gue, *pag.* 890. 891.

Veſtem Iuriſconſulti diffiniunt eſſe, quicquid ... gendi, amiciendi, inſternendi, tegendi, accubandi gr... Sunt, qui velint veſtem & veſtimentum nihil differre ... diſtinguunt, quod veſtis generaliter dicatur, veſtimen... ticulariter. Alii dicunt, veſtimenta eſſe non modo ... bombicina, ſerica, ſed etiam ſcortea, frondea, ... quacunq; materia facta ſunt ad corpus tegendum. ... veſtis, teſte Varrone, a velando, id eſt, tegendo, quod ... eſt, tegat. Vnde & inueſtes imberbes dicimus.

## ¶ Biblici Loci.

Veſtis, quæ illicita, *Deuter.* 22. 1. veſtis viduæ ... pienda, 24. 17. veſtis virilis mulieri illicita, & ... auferenti, tunica danda, *Lucæ* 6. 29. Veſtem non ... nam, qui duas habet, 3. 11. veſtis nuptialis, *Ma...* Chriſti partiuntur milites, *Matth.* 27. 35. Veſtes ... ſerto non attritæ, *Deut.* 29. 5. Veſtes Adami & ... 3. 21. Veſtes varias ob cauſas ſcindunt: Ruben, ... *cob. verſic.* 34. Fratres Ioſephi, 44. 13. Ioſua, & C... Ioſua, *Ioſ.* 7. 5. Iephthe, *Iudic.* 11. 35. Vir de Beniam... 11. 12. Dauid, 2. *Sam.* 1. 11. Iſraelitæ, 3. 31. Thamar, ... ui eius, *verſ.* 31. Chuſai, 51. 32. Achab, 1. *Reg.* 21. *verſ.* ... *Reg.* 5. 7. & 6. 30. Athalia, 11. 14. 2. *Par.* 23. 13. ... 2. *Reg.* 18. 37. Ezechias, 19. 1. *Eſa.* 27. 1. Ioſias, 2. *Reg.* ... Eſdras, 1. *Eſd.* 9. 9. Bagoa & Principes Aſſyriorum ... 14. 17. Mardochæus. *Eſth.* 4. 1. Iob, 1. 20. Amici, ... & eius filii, 1. *Maccab.* 2. 14. Iudas & eius exer... thas, 11. 71. Principes Sacerdotum, *Mat.* 26. 65. ... Barnabas, *Act.* 14. 14. & 19. 22.

Veſtimenti fimbria, *Matth.* 14. 36.

Veſtitus mulierum qualis eſſe debeat, 1. *Tim.* ... Veſtimenta ſacra, politica, domeſtica, facile diſtingu... *V. & N. Teſtamenti.*

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Non induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur ... abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hoc ... *mii* 22.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Nolo, vt de ornamentis auri vel veſtis propter ... prohibendo ſententiam: niſi in eis, qui neque ...

…ri cupientes, cogitare debent, quomodo placeant … *Poſsidon.*

…endum eſt, non in ſolo rerum corporearum nitore … ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe iactanti… …caloſiorem, quod ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. *I-* … *ſerm. Dom.*

…amentia eſt, effigiem mutare naturæ, picturam quære… …a propemodum in adulterio crimina ſunt. Ibi enim … natura adulteratur. *Idem, ibid.*

…orum ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum, … …tis & impudicis fœminis congruunt: & nullarum … …r cultus, quam quarum pudor vilis eſt, &c. *Cyprian. lib.* … *virg.*

…, quæ virgo es, quæ Deo ſeruis: vince aurum, quæ … & ſeculum: nec monilium aut veſtium quære orna… …orum. *Idem, ibid.*

… manus Deo inferunt, quando id, quod ille formauit, … & transfigurare contendunt: neſcientes, quia opus …, quod naſcitur: Diaboli quodcunque mutatur. *I-* …

…turam Dei, mulier: ſi vultum tuum materiali candore … exquiſito rubore perfundas. *Ambroſius in Hexamer.*

… æque deuita, vt candidas: ornatus & ſordes pari mo… …ſunt, quia alterum deliciis, alterum gloriare dolet. *Hier.* … *Nep.*

…m & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & for… …gete nudum, conſciſſum, ſordidum, mendicantem. *I-* …

… mulier ſe ornauerit, & vultus hominum ad ſe prouo… …ullum inde ſequatur damnum: iudicium tamen patie… …m: quia venenum attulit, ſi fuiſſet, qui biberet. *Hiero* …

… pro ſola inani gloria veſtimentorum pretioſius quæri… …ſtatur: quia nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi … poſſit videri. *Greg. in hom.*

… vanitatis notitiam ingerit corpori. Exterior enim … interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta …ciem indicant: non tantum curârent corporis cultus, … neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. *Bern. in A-* …

… & purpura indutæ, Chriſtum ſyncere induere non … auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamen… …s & corporis perdiderunt *Cyprianus libro de habitu vir-* …

¶ Sententiae Philosophicae.

De veſtitu cultuq; corporis. Dial. XX.
*Franciſci Petrarchæ.*
Gavd.

…ge inferior eſt, qui honeſto vincitur.

…ſpecioſior eſt victoria, quam virtute vincere.

…ria ſine aduerſario breuis eſt laus. Bis vincit, qui ſe …victoria: bis interimitur, qui ſuis armis perit. *Se. in Pro-*

De victoria. Dial. CIII.

Gavd.

…ci. R. Caue ne te vincat Ira, Superbia, Crudelitas, Furor, … Hi ſunt enim victoriæ comites, & victorum hoſtes inui- … & horrendi, à quibus ſæpè clariſſimi victores turpiſſime vi- … Nondum te vocat ad calculum fortuna, longa & perplexa rationum ſeries: creditrix violentia & pertinax, cum qua tibi nunc quoque negotii multum reſtat, mutuum reposcere ſolita eſt magno cum fœnore. G. Magno præ… R. Victor prælio ſæpe victus eſt bello. G. Vici autem. R. Quoties vicere Carthaginenſes? Quoties Galli? Genteſque aliæ? Quoties autem victi ſunt Romani? ſed ſpectandus eſt rerum finis, earum maxime quæ voluuntur & ſtare neſciunt. G. Vici certe. R. Etſi certus belli exitus, adhuc euentus eſt dubius, & de lætis triſtia, læta de triſtibus erumpunt. G. Magnam victoriam quæſiui. R. Nil tam magnum, vt non nimio quæri poſſit. Eſt vbi plus vulnerum ac funerum victorioſa pars computat, ſi non credis, Xerxem atq; Thermopylas interroga. G. Magnæ victoriæ ſors fuit. R. Vix poteſt magna victoria paruo pretio conſtare. De bello omnium maximo, omnium maximus Hiſtoricus dum ageret, Adeo, inquit, varia fortuna anceplq; Mars fuit, vt propius periculo fuerint, qui vicerunt. G. Plene vici. R. Non eſt plena victoria vbi armatus hoſtis ſupereſt, quanquam & ſi hunc oppreſſeris alii renaſcerentur, quaſdam nempe victorias ceu ſementem dicas eſſe bellorum. Sic odia ferro trunca repullulant demanturq;, & rediuiui in aciem redeunt bellatores, non vt fortaſſis imaginatio vehemens olim Caſſio à ſe cæſi hoſtis imaginem ſupremo illo ſuo die obuiam dedit, tam tremendo aſpectu vt audaciſſimum virum qui viuentem illum non timuerat, defuncti ſpecies in fugam verteret, ſed ita vt pro vno multi rediuiui veris manibus verum ferrum moueant in illos qui viciſſe videbantur. G. Vici, Iam ſecurus ſine hoſte ſum. R. Stulte! Dum erunt homines non deerunt hoſtes. Tu Romanæ vrbi poſt innumeros triumphos edomitumq, orbem, non defuiſſe hoſtes legis: & tibi defuturum ſperas, quieſcenti forſan hoſtis deerit, at pugnanti nunquam. G. Victor ſum. R. Caue ne ſis fruſtra, vti ſcientibus victoria fructuoſa eſt, vti autem dico non eo modo quo Maharbal Annibali, ſed quo Hanno vir melior ſuæ Republ. conſuluerat. Nam profecto vſus fructuſque victoriæ optimus pax eſt, neque aliud quam ad pacis finem iuſta bella ſuſcipiuntur. G. Victoria mecum eſt. R. Vide ne euolitet: alata eſt.

¶ Apophthegmata.

*Diogenes*, in Olimpiis præconem ita pronuntiantem, Doxippus viros vicit: correxit Diogenes. Hic, inquiens, mancipia, ſed ego viros. Significans, eos qui certarent Olimpia, non eſſe viros, ſed gloriæ mancipia Philoſophus vincit viros. *Laert. l.6.*

*Alphonſus*, non tam quod hoſtes vincere & ſciret & poſſet, gloriabatur, quam quod victis conſulere didiciſſet. Illud quidem fortunæ interdum munus eſſe, hoc autem ſemper ſuum. Refocillare enim victos, vere regium eſt: debellare autem hoſtes, fortunæ eſt. *Pan. l.2. de reb. geſt. Alphonſ.*

*Idem.* Cum in obſidione Stephani, centuriones ac milites, qui maledixerant regi, poſt captam vrbem clementer tractaſſet, caſtigatus à ſuis, qui omnes morte damnandos iudicarent: reſpondit, Se malle ex clementia & humanitate erga hoſtes, quam ex victoria laudem adipiſci. *Panorm. l.3. de reb. geſt Alphonſ.*

*Brennus*, capta vrbe à Gallis Senonibus, diuque obſidione oppreſſo Capitolio, pactum eſt inter Romanos, Brennumq; Gallorum regem, vt obſidio ea lege ſolueretur, vt Romani mille pondo auri penderent. In illa forte auri penſitatione Brennus de altera lance gladium cingulumq; ferreum appoſuit. Interrogante autem Sulpitio, Quid hoc eſſet? Quid aliud, inquit, niſi opprobrium victis? *Plut. in Camil.*

*Sylla.* Quum Mithridates Syllæ proceſſit obuiam: dextramque porrexiſſet: Sylla non reſalutauit, ſed percontatus eſt, num à bello deſiſteret his conditionibus, quas cum Archelao pactus eſſet? Obticente Mithridate: Quibus pace opus eſt, inquit Sylla, eos priores loqui conuenit, victori ſilere ſatis eſt. Rurſus quum Mithridates variis coloribus excuſaret quæ geſta fuerant: Olim, inquit, audiui, nunc experior, te ſingulari eloquentia præditum, qui tam nefariis factis colorem inuenire potueris. *Plutarchus in Sylla.*

*Quintius* Philippo victo, in Iſthmiis præconio iuſſit euulgari, ſe Græcos ſuæ libertati, ſuoque iuri permittere. Quotquot autem Romani temporibus Annibalis capti ſeruiebant apud Græcos, quum horum ſingulos Græci quingentis drachmis emiſſent, gratis Quintio donarunt: qui & ipſi Romæ triumphantem. Quintium ſequuti ſunt pileati, quod facere ſolent è ſeruitute manumiſſi. *Plut. in Rom. apoph.*

*Iulius Cæſ.* Pompeium æqualem ferre nolens: armis rem expediunt ambo. Verum cùm commiſſa pugna Pompeius viciſſet, & victoriam non perſequeretur, ſed ſe potius reciperet ad exercitum, tum Cæſar: Hodie quidem inquit, penes hoſtes erat victoria, at non habentes ducem, qui victoria ſciat vti. *Plutarch. in Rom. apoph.*

*Auguſt. Cæſ.* Quum Alexandrini poſt vrbem vi captam, extrema ſe paſſuros exiſtimarent: Auguſtus ſuggeſtum conſcendit, adiuncto ſibi Ario Alexandrino, dixitque ſe ciuitati parcere, primum propter ipſius magnitudinem ac pulchritudinem, dein propter Alexandrum Magnum eius vrbis conditorem, poſtremo in gratiam Arii amici. Raræ cuiuſdam clementiæ fuit, non di-

ripere

ripere ciuitatem, quæ pertinaciſſime rebellarat, ſed non minus laudis merebatur ea ciuilitate, quod huius beneficii gratiam non ſibi vindicauit, ſed vnam præcipuamque partem ipſi conceſſit vrbi: alteram tribuit Alexandro, cuius memoriam ſciebat apud Alexandrinos eſſe gratioſiſſimam: tertiam transtulit in Arium eius ciuitatis ciuem, amicum tanto titulo ſuis commendans. *Plutar. in apoph.*

*Aurelianus Imper.* Quum Thyanam veniſſet, eamque occluſam reperiſſet, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites erecti fuerunt in ſpem prædæ & Heradamon Thyanenſis, metu ne cum cæteris occideretur, prodidit ciuitatem. Qua capta Aurelius Heradamonem patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæſaris promiſſo direptionem oppidi flagitantibus, reſpondit: Agite, canem negaui relicturum, canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit & militum auaritiam eluſit. Videtur autem hic ſermonis color ſumptus ab Hebræis, in quorum literis reges qui minantur internecionem, negent ſe quenquam relicturos, vſque ad mingentem ad parietem, canem hac periphraſi ſignificantes. *Eraſ. ex Vopiſco.*

*Fridericus Imper.* victis in Hungaria Gunzienſibus: Magnum, inquit, actum eſt opus. Nunc autem maius reſtat, vt ſcilicet vincamus noſmetipſos, atque auaritiæ & vlciſcendi cupiditati frenos imponamus. Diſcant noſtri principes victores, exemplo Friderici imperare animi affectibus, neque inſoleſcere ob res ad nutum voluntatemque cedentes, parcereque victis. *Aeneas Syluius l. 2. comment. de reb. geſt. Alphonſ.*

*Sigiſmundus Imperat.* obiurgatus, cur fugatos hoſtes non inſequeretur, & comprehenſos occideret? Satis inquit, vicit, qui hoſtes fugauit. Vtinam & huius exemplo monarchis noſtræ ætatis perſuaderi poſſit, magno cruore partam victoriam non exiſtimari victoriam. *Æneas Syluius libro quarto de rebus geſtis Alphonſi.*

*Themiſtocles.* Quum aduerſus barbaros deſcriberet Athenis exercitum, & in theatro ex illius gentis more producti eſſent galli gallinacei, atque inter ſeſe commiſſi, mira pertinacia inter ſe depugnarent ad necem vſque, rem ludicram vertit in ſeriam cohortationem. Sic enim ciues ſuos affatus eſt: At iſti inquit, neque pro aris ac focis, neque pro liberis depugnant, ſed tantum, quod vinci turpe ſit. Quo igitur animo vos eſſe par eſt, quibus pro ſalute patriæ, pro chariſſimorum incolumitate, pro libertate certamen eſt? *Eraſmus libro octauo aprphthegmat. ex Plutarcho.*

*Mithridates* victus à Cn. Pomp. non tantum ſeipſum & filios, ſed totum etiam regnum victori ſua ſponte obtulit, præfatus, neminem alium neque Romanum neque vllius gentis virum futurum fuiſſe, cuius ſe ſocietati commiſſurus, foret, quam Cn. Pompeium. Proinde omnem ſibi aduerſam vel ſecundam, cuius author ille eſſet, fortunam tolerabilem futuram. Non enim eſſe turpe ab eo vinci, quem vincere eſſet nefas neque ei inhoneſta aliquem ſubmitti, quem fortuna ſuper omnes extuliſſet, *Velleius Paterculus & Cuſpinian. in Conſulib.*

*Annibal* à Minutio, quem inſidiis obſederat, per Fabii copias depulſus, vbi rediſſet in caſtra, dixiſſe fertur. Eo prælio à ſe victum Minutium, ſe autem à Fabio fuiſſe ſeparatum: videlicet ex eadem pugna victus & victore redditus. Perierat enim Minutius, ni Fabius ſuccurriſſet. *Plut. in Fabio.*

*Traianus* Valentis impiiſſimi Romanorum Imperatoris contra Gothos, dux, cum primum quidem congreſſum eorum ſuſtinens, victus rediiſſet, ignauiam ei & timiditatem in conuiuio Imperator obiecit, ille autem ea dicendi libertate, quæ virum fortem & ſtrenuum decet: Non ego, inquit, o Imperator victus ſum, ſed tu ipſe ſponte tua victoriam à te ipſo reiicis, qui ita cum Deo belligeratis, momentumque quod ab eo prouenit repellens, ad hoſtes potius tranſmittis. Deus enim ſemper vincit: & victoria illis fauere ſolet, qui auſpicium ductumque eius ſequuntur. Is nunc ab aduerſariorum partibus ſtat, quod eum tu bello (inſectabatur enim eos, qui iam Chriſtianam religionem receperant) perſequeris. *Nicephor. Calliſt. libro vndecimo capit. 40. Eccleſ. hiſt.*

*Democritus* dicere ſolebat, virilem ſe non æſtimare eum ſolum, qui armis cæteros præcelleret: ſed & qui cum voluptatibus pugnam capeſſans, ſpecioſam reportaſſet victoriam. *Stob.*

*Lyſander.* Lacedæmonii non præficiebant pædotribas, qui pueros ad luctam exercerent: vt virtutis eſſet certamen, non artis. Vnde & Lyſander interrogatus, quo pacto à Charonte victus eſſet? Reſpondit, Vario artificio. Non exiſtimabat ea gens in quauis re ſpecioſam eſſe victoriam, quæ callidis conſiliis contigiſſet, potius quam animi corporiſque robore. Ars autem omnis vt à naturali ſimplicitate recedit, ita dolo affinis eſt, *Plutarchus.*

*Alcibiades* etiamnum puer, cum ita palæſtra nexu quodam conſtrictus eſſet, vnde ſe non poſſet explicare manum colluctatoris mordicus arripuit. Illo dicente, mordes Alcibiades vt fœminæ ſolent: Immo, inquit, vt leones. Iam tum agnoſcere erat animum cedere neſcium. *Plut. in Græc. apoph.*

*Alexander*, Parmenioni & aliis ſuadentibus vt noct[...] ſidiis Darium ad Arbellas aggrederetur, reſpondit, Latr[...] & furum iſta eſt ſolertia, quam mihi præcipitis: quippe [...] tum vnicum eſt fallere. Meæ vero gloriæ ſemper aut ab[...] rii aut anguſtias locorum, aut furtum noctis obſtare n[...] lam luce aggredi certum eſt. Malo me fortunæ pœnite[...] ctoriæ pudeat. *Quint. Curt. l. 4.*

*Alphonſus*, cum Caietam vrbem pertinaciter obſide[...] forte quos oppidani tanquam bello inutiles expuliſſe[...] meatum diutius in vrbe haberent (erant autem ſene[...] mulieres, puellæ, infantes) ab his abſtinere ſuos milite[...] rum milites cum ægre hoc tuliſſent: malo, inquit re[...] Caietanis nunquam potiri, quam homines imbelles & [...] iuuentutem tam fœde, tamque crudeliter trucida[...] Cum viris enim, non cum mulieribus mihi dimica[...] gem immortalitate digniſſimum? quique vniuerſum g[...] num gubernet & regat. Victoriam, quam luctuoſam [...] exiſtimaret, nullam iudicauit. Igitur omnem ſexum [...] tem imbellem excipi iuſſit, ſed exceptos omnes abunde[...] refocillari voluit. *Anton. Panor. de reb. geſt. Alphonſ.* [...] *Sylu. de eius dictis.*

*Idem*, Cum renunciatum eſſet à Ludouico Podio, [...] Venetorum naualibus eſſe, qui illa vna cum armame[...] in his erat exurere pollicitaretur, ſi ſibi duo millia aure[...] ge promitterentur, conatuſque illius facile ceſſuros a[...] ſpondit: Nequaquam inſidiis, ſed aut virtute vincend[...] nunquam. Ex hac enim re non aliam ſibi laudem ſp[...] ſe: quam eius qui Dianæ Epheſiæ templum incendiſſe[...] men totius Aſiæ decreto è memoria hominum oblite[...] tur. *Panorm. l. 3 de reb geſt. Alphonſ.*

*Idem.* Carolus Francorum rex in bello Britanni[...] à militibus & pecunia iam exhauſtus, cum per lega[...] Alphonſo Aragonum rege (cuius prouincias ab antece[...] dem acceperat, ſed non ſaluo iure) ne contra ſe bello i[...] ſuſcitaret aliquod bellum, infortunio occaſionem da[...] dit Alphonſus, non eſt quod ſibi hoc tempore timeat. [...] go enim, quod maiores mei in Caroli ſumma felici[...] tierunt, in eius calamitate petere nolo. Potuiſſet aut[...] ſus potentiſſimus, Carolum toto exuere regno, pauc[...] militibus, ſi aſtu & inſidiis, non aperta virtute victo [...] ris parandam eſſe iudicaſſet. *Anton. Panorm. de reb. g[...]* *AEneas Sylu. de eius dictis.*

*Idem.* Quum quidam ſe offerrent, qui Renati, And[...] ducis, & hoſtis ſui atrociſſimi, mortem promitterent, [...] randam: non tantum hoc fieri noluit, ſed vt in patrici[...] dam animaduerſurum dixit, ſi hoc tentarent: dicens, [...] inſidiis cum hoſte de regno, ſed manu tantum & virtu[...] dum, *Ibid.*

*Idem Alphonſus*, his qui ſe in mortem Franciſci Sf[...] eſſe ſignificaſſent, reſpondit. Nunquam ſibi victori[...] cuius poſtea pigendum pudendumue eſſet. Igitur n[...] di conſiliis abſtineant, talia ſe exempla in illos editur[...] di conſilia ſibi admodum moleſta eſſe omnes intellig[...] *Syl. vt ſupra.*

*Idem.* Rogerius Pallantiæ comes, ampliſſimo atq[...] mo genere natus, impiger vir, & manu promptus, cum [...] adiens diceret in animo ſibi eſſe Ioannem Caſtellæ [...] hoſtem, contempto omni periculo confodere, forte [...] modo annuat) factu perfacile: Non per ſcelus, ſed vi[...] quærendam eſſe, reſpondit Alphonſus. Se enim n[...] Caſtellæ atque Hiſpaniæ dominatu, ſed ne pro totius [...] imperio adipiſcendo tam crudele atq; deteſtabile faci[...] rum. *Pan. l. 2. de reb geſt. Alphonſi.*

*Idem.* Simili quodam modo reſpondiſſe dicitur [...] tino, Coſmum Medicen occiſurum pollicitenti, ſi [...] plius manu militum à rege iuuaretur: longe quidem [...] que ampliores hoſtes ſeſe & habuiſſe & habere, quam [...] ſet, quorum morte vel regna conſequi ſe quidem po[...] nuiſſe à ſcelere. *Idem Panorm.*

*Pittacus* probabat victorias citra ſanguinem partas [...] ciuium cruore emptas, hoc eſt, Cadmeas, vt vocant, non [...] eſſe victorias. *Laert. l. 1. c. 5.*

*Pyrrhus* bis commiſſo cum Romanis prælio vicera[...] ratis compluribus amicis & ducibus hic Pyrrhus: Si vno [...] huc prælio Romanos vicerimus, actum eſt de nobis. [...] ſolent dicere, hoc dicebat victor: declarans, victoriam [...] ptam non eſſe victoriam, ſed calamitatem. *Plut.*

*Alphonſus.* Cum graui atque diutino bello confe[...] umpharet, victos tamen & captos hoſtes triumphantium [...] rum præire non paſſus eſt: Ob hoſtes ſeruatos rectius [...] triumphandum eſſe dicens. Vnde apparet, quanti [...] tiſſimi victorias nullo ſanguine partas faceret. *Panorm.* [...] *phonſ. reb geſt.*

Florentinis ac Venetis petentibus, pacem dediſſet: plerique gloriæ ſtudio flagrantes permoleſte hoc tu- in eo bello magnificum ac glorioſum aliquod faci- ſſent, à quo iam pace comparata ſe fruſtratos plane id quod erat ſuſpicatus aliquando occaſionem iam ferrur: Bono animo eſtote commilitones: nam & & mihi credite, Neque locus enim, neque honos dec- quam ſpecioſum fuit, petentibus pacem dare. Ita enim ſueuimus, vt ſine cruore, ſi id modo fieri poteſt, vi- amur. Et quid aliud pacem tam ſubmiſſe peten- quam ſe victos, non autem victores eſſe? *Panorm. l.* 1. *Regu.*

dicere ſolebat, longe maiorem ſeruati quam cæſi eſſe: innuit autem, eam demum victoriam reuera cla- paucorum, aut omnino nullorum ſanguine parta *ment. de reb. geſt.*

frequenter in ore habuiſſe fertur, tanto triumphum rem eſſe, quanto plures relicti ſunt, de quibus trium

melius eſſe dicebat pugnare cum bonis paucis ad- malos: quam cum multis malis aduerſus paucos bo- non tam multitudo militum, quam pugnantium ctoriam. *Laert.* 6. *c.* 1.

auderat, ſocios moleſte ferre tam crebras expeditio- quam ipſi permulti Lacedæmonios numero paucos Itaque volens oſtendere, quanta eſſet Lacedæmo- tudo, iuſſit vniuerſos ſocios ſimul conſidere, permix- Lacedæmonios item ſeparatim ſolos. Mox per præco- primi omnium ſurgerent figuli. Hi quum ſurrexiſ- loco per præconem iuſſit ſurgere fabros ærarios, dein- ac domorum opifices, ſimiliter & aliarum artium factum eſt vt propemodum ſocii ſurgerent omnes. rum vero nullus: eo quod Lacedæmoniis, qui militiæ interdictum ſit, opificium aut artem ſedentariam vel ex- ercere. Hoc facto, riſit Ageſilaus. Videtis, inquit, o plures nos educimus, quam vos? Hoc ſtratagemate dux monſtrauit, non perinde referre quam numeroſum mi- in prælium, quam fortem & exercitatum. *Plut. in La-*

audito Darium triginta myriades in aciem produce- coquus non metuit multas oues. *Ant. in Meliſſ. part.* 1.

contra Romanos magna militum copia pugnaturus, exercitum vidiſſet, paucorum exercitum irridens dixit- Si vt milites aduenissent per paucos quidem eſſe: Si vero multos. Verum mox ipſo facto intellexit, victoriam titudine pugnantium, ſed militum robore atque virtu- : à Lucullo enim adeo victus eſt, vt tiaram vittaſque la- abiiciens aufugerit: ne iis ornamentis in turpi fuga à Romanos captiuus abduceretur. *Plut. in Lucull.*

Giſconi nuntianti, ſibi admirabilem videri Roma- ctorum ad pugnam numerum: Imo aliud, inquit, mi- fugit. Quid autem hoc eſſet interroganti? Quod ex tam inquit, hominum multitudine nullus appellatur Gi- bat miles tantum militum Romanorum numerum: nibal, qui toties Romanorum vires pugnando fregerat, non in numero, ſed fortitudine militum conſiſtere vi- *Plut.*

Rex Aragonum, cum agrum Surentinum populari cogeretur, ſæpenumero ingemuiſſe fertur. Verum anos pertinaciores quam illis conueniret, animaduerte- inquit, qui vrbem inhabitatis inimicam mihi ne veſtra id efficiat, quod poſtea in ea lenitate & clementia corri- Subindicans, non ſemper eſſe ſitum in ducis pote- victoria militum prohibere rapacitatem, *Panorm. l.* 1. *de Alphonſ.*

*rates* ad Syracuſanos dicere ſolebat: Non minoris virtutis victoria bene vti, quam vincere. *Bruſ l.* 7. *c.* 8.

cum poſt felicem apud Corinthum victoriam ingen- rum Corinthiorum & Athenienſium à ſuis trucidato- ret, adeo non gauiſus eſt, nec elatus ea victoria, vt grau- etiam vices deploraret, Heu, inquiens, Græciam! quæ inteſtino bello perdidit, quot vniuerſis barbaris debellan- poterant. Viro magnanimo optabilis quidem erat vi- multo gratior ſi pauciorum ſanguine parta fuiſſet. *Plut. apoph.*

præcipere ſolebat, vt poſtquam in bello hoſtem vertiſ- gam, ac ſuperaſſent, tam diu fugientes inſequerentur, do- eſſet victoria, moxque retrocederent. Neque enim Græ- conuenire moribus eos trucidare qui ceſſiſſent: idque non ſtius, verum etiam vtilius eſſe dicebat. Siquidem ho- res eſt, vbi cognorint Lacedæmonios parcere ce- occidere vero qui loco non cedunt, ſibi conducibilius fugere quam, perſiſtere. Frequenter enim deſperatio robur addit animo non minus quam ſpes victoriæ De- Græcos legibus ac diſciplinis imbutos, etiam in bellis meminiſſe clementiæ. Barbaricæ feritatis eſt, ſæuire in proſtratos. Sed rurſus ita temperanda eſt clementia, ne nobis ſit ex otio. Fit enim non raro, vt hoſtis fugam ſimulet, vt redintegratis viribus acrior inſurgat in victorem. *Eraſm. ex Plut. in Laconicis.*

*Epaminondas*, quum alias ſolitus eſſet vncto corpore hilarique vultu prodire in publicum, poſtridie eius diei quo feliciter pugnatum eſt in Leuctris, proceſſit ſqualidus ac ſummiſſus. Amicis autem ſciſcitantibus ecquid illi moleſti accidiſſet? nihil, inquit ſed heri ſenſi me plus æquo mihi placuiſſe, eius gaudii intemperantiam hodie caſtigo Adeo metuit arrogantiam vir Bœotus ac militaris, & nos non idem faciemus, quoties ſecunda fortunæ aura res nobis ſuccedunt? *Plut. in apoph.*

*Demetrius*, cum cepiſſet Athenienſium qui defecerant vrbem, eaque grauiter rei frumentariæ penuria laboraret, protinus conuocata concione, dilargitus eſt illis frumentum gratis. *Plut. in vita Demetrii.*

*Barcha.* Quum Annibal apud Cannas feliciſſime pugnaſſet, amicis ſuadentibus vt fugientem hoſtem inſequens in vrbem irrumperet, non obtemperauit, Quam rem Barcha Carthaginenſis adeo indigne tulit, vt exclamarit: Vincere ſcis Annibal: Victoria vti neſcis. *Hoc dictum T. Liuius tribuit Maharib Plut.*

*Scipio* dicere ſolebat, hoſti non ſolum eſſe dandam viam fugiendi, verum etiam muniendam, docens, moderandam eſſe victoriam, nec ſæuiendum in eos, qui contra ferre arma deſtitiſſent. *Plutarchus.*

*Fabius* quum à Romanis miſſus eſſet legatus ad Carthaginenſes, vt exploraret cur Saguntes contra fœdus à Pœnis oppugnata eſſet: ſinu ex toga facto. En (inquit) vobis bellum & pacem apportamus: vtrum igitur placet ſumite. Cum Pœni ferocius clamarent, daret vtrum vellet: Fabius effuſo ſinu. Bellum (inquit) damus. *Eraſ. lib.* 6. *apoph*

*Anonymus.* Quum nauis, qua Gnanius prætorius quæſtor vehebatur, in Scipionis Metelli poteſtatem veniſſet: Scipioque cæteris direptis, quæſtori ſalutem polliceretur, quæſtor reſpondit: Cæſaris milites ſalutem dare, non accipere ſolent, *Eraſm. l.* 9. *apoph.*

*Cato.* Rebus deploratis cum amici hortarentur Catonem, vt ad Cæſaris clementiam confugeret, reſpondit: Victorum eſſe, & eorum qui deliquiſſent ſupplicare: Catonem nec victum nec captum eſſe, qui ſe per omnem vitam inuictum præſtitiſſet. *Plut. in vita Caton.*

*Pompeius* audiens quoſdam eſſe, qui inuiderent conceſſum ſibi triumphum. Se citius omiſſurum triumphum, ait, quam militibus blanditurum, ſimulq; laureatos faſces abiecit, vt illi ne inciperent direptionem. *Plut. in apoph.*

*Iulius Cæſar* poſt attritos Tigurinos, ad vrbem quandam Sociorum proficiſcens, quum audiuiſſet Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitum ſe recepit: ibique copiis congregatis & equo, cui inſidere ſolebat, adducto: Hoc, inquit, poſt victoriam vtar in perſequendis hoſtibus & pedes aggreſſus eſt Heluetios. *Eraſ. lib.* 4. *apoph.*

### ¶ Sententiae Historicae.

Victoria præclara res omnes atq; optimas adipiſcitur & tuetur. *Xenoph. de inſt Cyri, l.* 2,

Illud ſciamus oportet victoria nihil eſſe fructuoſius. Qui enim vincit is omnia ſecum abripit, viros, mulieres, opes, regionem vniuerſam. Præter hæc videndum in primis, vt victoria etiam conſeruetur, quippe qua etiam raptor ipſe continetur. *Idem, de Inſtitut. Cyri, lib.* 4.

De hominibus ita naturæ neceſſitate comparatum eſt, vt haud dubie quiſq; ſemper ei dominetur quem ſuperauerit. *Thucydides libro quinto.*

Plerunq; fit, vt maior pars meliorem vincat. *Liuius Decad.* 3. *l.* 1.

Ambitione imperatorum clades acceptæ ſunt, ſeueritate imperii victoriæ partæ. *Idem, Decad.* 5. *l.* 5.

Res humanæ ita ſeſe habent: in victoria vel ignauis gloriari licet: aduerſæ res etiam bonos detrectant. *Salluſt. de bel. Iugurth.*

Ita fert natura vt omnis victor inexorabili rerum ſecundarum deſiderio efferatur, neque finem vllum] cupiditati ſtatuat. *Dion. lib.* 35.

Victoria non numero hominum, ſed diuino beneficio conceditur. *Appian. l. de bel. Hiſp.*

Spernanda eſt acies auro & argento fulgens, in qua plus prædæ quàm periculi eſt: cùm victoria non armorum decore, ſed ferri virtute quæratur. *Iuſtin. hiſt. lib.* 11.

Inſperata interdum, ſperata victoria certior eſt. *Idem, l.* 20.

Modica, ſed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerant. *Tacit. hiſt. li.* 4.

Vera hæc eſt victoria, quæ ſalua fide & integra dignitate paratur. *L. Flor. lib.* 1. *c.* 12.

Si vis vincere, clementer te age & de ciuium nece ne cogita. *Fl. Vopiſc. in Aureliano.*

Difficile vincitur, qui verè poteſt de ſuis & de aduerſarii copiis iudicare. *Veget. li.* 3. *c.* 26.

Amplius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Amplius iuuat virtus quam multitudo. Amplius prodeſt locus ſæpe, quàm virtus. *ibid.*

Nunquam ad certamen publicum produxeris militem, niſi cùm eum videris ſperare victoriam *ibid.*

Qui diſperſis ſuis in conſulte ſequitur, quam ipſe acceperat aduerſario vult dare victoriam. *ibid.*

Magna diſpoſitio eſt hoſtem fame magis vrgere, quam ferro, *Ibidem.*

Non ille hoſtis vincitur ſolus qui cadit in acie, pondere armorum oppreſſus & virium: ſed multo tutius, etiam turba tacente ſub iugo mittitur voluntarius, qui ſentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in ſupplices animos deeſſe, *Amm. Marcell. hiſt. l.14.*

Scriptorum veterum mos eſt, ex ea parte quæ vicerit, occiſorum non commemorare numerum, ne victoriæ gloriam maculant damna victoris: niſi fortè cum adeo pauci cadunt, vt admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum. *P. Oroſius, hiſt. li. 4. cap. 1.*

Æquitati ſemper ſolet iungi victoria, *Am. Marcel. l.23.*

Longa mihi opus eſſet oratione (*dictum Beliſarii ad milites*) ad enarrandum quantam vim habeat ad victoriam iuſtitiæ obſeruatio. Huius diſciplinæ ſummam tum pugnæ finem atq; fortunam imperiti tantum in dextris conſiſtere exiſtimant. Vos autem qui ſæpe inimicos vicistis neq; corporibus neq; viribus vobis inferiores, ſæpe etiam victi fuiſtis: non ignorare puto quod homines quidem vtrinq; ex acie inter ſe demicant, finem verò tantum quem Deus voluerit conſequuntur. *Procop. de bel. Vandal. l.1.*

Victoria omnes opes in eam partem in quam inclinauerit, deferre eſt apta. *Idem, eod. l.*

Magnam vim habet ad victoriam obſeruatio iuſtitiæ. *Idem ibidem.*

Victoria omnia damna tegit, præteritorumq; oblita malorum ſemper noua meditatur. *eod. lib.*

Non in numero aut multitudine bellatorum: ſed in ordine atq; fortitudine belli exitus ac robur conſiſtit. *Idem, l.2.*

Multa victoriam fortibus viris pollicentur: iuſtitia in primis (*inquit Beliſarius*) pro qua contra iniuſtos & iniquos venimus, noſtra quoq; recuperaturi: præterea Vandalorum contra ſuum tyrannum odium atq; maleuolentia. Deus nanq; auxilium iuſta petentib. ſemper adeſſe ſolet. Miles quoq; imperanti minimè beneuolus agere fortiter ignorat. Præter hoc nos cum Scythis & Perſis omne æuum res geſſimus. Vandali autem ex quo Africam ſunt adepti, neminem inimicum præter nudos Numidas habuerant. Quis autem ignorat, quòd omnis diſciplinæ ratio exercitatione augetur, ocio verò debilitatur? Nam vallum videtis nobis eſſe, vnde aciem progredi oportet, munitiſſimum. Adſunt & arma, & alia quæcunq; ferre non valemus, hic præſtò parata, & demum huc reuertentibus nihil nobis neceſſariarum deeſt. *Idem, eodem, lib.*

Vnam eſſe victoriam puram ac ſinceram homines arbitrantur, nihil ab inimicis graue pati. *Idem de bel. Perſ. l.1.*

Nil maiori eſſe voluptati mortalibus poteſt, quàm hoſtem armis peruincere. *Idem de bel. Goth. lib.1.*

Qui in ancipiti poſiti ſunt, nec in hoſtem vnum intenti, par erit omnino vt ab aduerſariis ſuperentur. *Idem, eod. l.*

Non armis adeo ac pietate paratur victoria. Nec enim reor bonitatis illius ſummæ præſidio frui prauos & nefarios viros. *Agath. hiſt. lib. 5.*

Dei arbitrio expenditur victoria, neq; ad inſolentiſſimos quoſq; illa accedit, ſed ad eos duntaxat, ad quos conditor ille rerum & moderator accedere voluerit. *Idem, hiſt. lib.3.*

Non reor corporis virib. potius quàm recto iudicio & prouida cogitatione poſſe hoſtes peruinci. *Idem lib.5.*

Sapienter, quiſquis ille eſt, qui ait, aut vince, aut vincenti pare: fortis namq; animi eſt, ſi poſſis, vincere: ſi verò non poſſis, potentiori obtemperare, & fortunæ tempeſtatiq; concedere. *B. Facius, hiſt. lib. 4.*

Ne tantum tuæ (*dictum Alphonſi regis ad Ferdinandum filium*) aut tuorum militum fortitudini fidas, vt arbitreris abſque diuina ope hoſtes à te ſuperandos. Victoria etenim non ex hominum conſiliis, ſed ex ſummi Dei voluntate ac poteſtate proficiſcitur. Tum denique tibi militares artes profuturas ſcito, cum Deum tibi pietate ac iuſtis factis reddideris propitium. Eum igitur, ſi vincere expetis, pura mente colito: ſpemque omnem victoriæ in eo reponito. Et ſi quando (quod ſolet in bello contingere) tibi quicquam aduerſi contigerit, quo exiſtimare poſſis ipſum Deum tibi ſubiratum eſſe: vide ne ab eo per impatientiam atq; animi perturbationem diſcedas, ſed potius ſatisfaciendo ei reconciliari ſtude. Solet enim Deus quos diligit interdum malis afficere: & quos conſtantes in aduerſis videt, rurſus in meliorem fortunam reſtituere. Exiſtimationis tuæ tibi diligentiſſima ratio habenda erit, putandumque nihil ea re in humanis rebus pluris eſſe aut fieri debere. Quippe cum victoria nonnunquam magis exiſtimatione & fama, quàm militum robore ac virtute comparetur. Et victoria quidem ſæpe cladibus mutatur: at fama ſi cum probitate ac fide coniuncta fuerit, & permanet & cum omni æuo perdurat. *Idem, hiſtor. l.10.*

Victoria ferox virago eſt. Illius modò dexteram ... corporis partem prehenſamus. Nondum totum po... *AEmyl. l.2.*

Anteuertendo ac diuertendo, victoria ex bellis ... *Guicciardin. hiſt. l.1.*

Facilius eſt eos qui iam declinare inceperunt, ... exiſtimationis culmen tuentur opprimere, *Idem l.4.*

Nulla victoria vtilior, præclarior, magisve glorioſ... quæ abſq; militum ſuorum detrimento & ſanguine ... *dem l.15.*

Omnis victoriæ fructus in eo conſiſtit, ſi ea bene ... prætermittere, tanto maius quam non viciſſe ... maiore noſtra culpa in iis rebus quæ in poteſtate ... mus; quam in iis quæ ex fortunæ pendent ar... *bro 16.*

Potior eſt moderata, ſine vulnere victoria, ... certes & vincas, ſummè optima cruentaq;. *P. Io...*

Ea plena veraque victoria exiſtimanda eſt, quæ ... atque artibus magis quàm quæ aperta virtute atque ... tum comparatur. Sic Romani quondam omn... ctores, ferocia atque immania corpora, ſolis conf... lacertis, ſæpe prælio ſuperarunt, quum illi diſcipl... imperatorios ante capere locum caſtris, circum... non ordine, non acie iniuſſu ducis excedere, ex... dimicare, nihil ex prouocatione commoueri, ... cos circumuenire, dolum, timorem, ignauiam, pro... re conſueuiſſent. *Idem, l.13.*

Prudentiſſimi imperatores non in multa cæde ho... lute atque incolumitate ſuorum militum victoria... runt. *Idem l.14.*

Solet Deus his qui iuſta ac neceſſaria arma induer... ſa præſtiterunt certam vincendi occaſionem propon... *bro 17.*

Perpulchrum quidem videtur eſſe muros ſupera... les ab hoſtibus: ſed ego longè pulchrius iudico, ... comparare, vt & pecuniis, & voluptatibus, & men... lis. *Xenophon Orator. de Ageſilai laudibus.*

Benignitate atque clementia hoſtem vincere, ... ſtat. Hic enim neceſſitate, vt pareant homines, ... voluntate: & hic quidem cum graui ſæpe iactura ... tur, illic ſine aliquo detrimento emendantur delinq... terea quod maius, hic magnam laudis partem co... vendicant, illic omnis victoria tribuitur duci. *Polyb. l.5.*

Alexander ſeipſum vincere quam hoſtes mag... ſtimabat. *Plutar. in Alexandro.*

Veteres philoſophos, atque ſummos illis temp... eam gloriam, quæ ex ſui ipſius gloria comparatur, ... æternam, immortalemque eſſe affirmarunt, ... regna, trophæa, atque triumphos extulerunt, ... feſtum certiſſimumque eſt. hæc Scipioni maiori ... maiorem ſplendorem quàm Africa deuicta & Ca... dedit. Nonne hæc eadem res magnum illum ... mortalitate donauit? quum Darius maximo prælio ... deos immortales vt regnum ſuum ſtabilirent roga... ſtatuiſſent, ſe non alium ſucceſſorem quàm ... ſtem, tam manſuetum victorem ab illis petere. Cæſ... cedendo, remittendo, condonando, qui in numer... retur dignus eſt iudicatus. Denique Senatus popu... plures populos atq; prouincias clementia: manſuetudi... te quàm bello armiſque imperio ſuo ſubiecit. *Fr. ... libr. 8.*

Seipſum quàm hoſtem ſuperare multò operoſius ... propterea feſtinatione fugere, nec ſecunda effuſo ga... dere. *Val. Max. l.4. c.1*

Si egregium eſt hoſtem abiicere, non minus tam... felicis ſcire miſereri. *Idem l.5. c.1.*

Cn. Pompeius Tigranem regem bello ſuperatum ... peratis in priſtinum fortunæ habitum reſtituit: ... iudicans, & vincere reges & facere. *Idem ibid.*

Hi maxime hominum vincunt, qui fas colendo ... vincuntur. *Procop. l.1. de bell. Perſ.*

Recte victoria vti præclarius eſt quàm ipſum vince... tis dictum. *Plut. in Nicia.*

Plus eſt prouinciam retinere, quàm facere. *L. Flo... pit. 17.*

Viribus parantur, iure retinentur. *Idem, l.4. c.12.*

Illis timidis & ignauis licet eſſe, qui receptum ... ſuus ager, ſua terra per tuta ac pacata itinera fugien... militibus ab hoſte circumſeptis neceſſe eſt fortibus ... omnibus inter victoriam mortemve certa deſp... ptis, aut vincere, aut (ſi fortuna dubitabit) ... quàm in fuga mortem oppetere. Si hoc beneficium ... ſtinatumque in animo eſt, dicam, viciſtis. nullum ... ad vincendum homini à diis immortalibus acrius ... *Decad. 3. l.1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lex inter omnes homines, capta eorum vrbe qui bel-
ctunt, tam corpora illorum qui in vrbe ſunt, quam for-
beri, qui vrbem capiunt. *Xenoph. de inſtitut. Cyri, libr. 7.*
ctoriam præſtanti quadam opus eſt moderatione ac tem
quis proſpero curſu fortunæ fiat inſolentior, & ea dein-
guntur, quæ ad præcipitium deducunt, id quod non pau-
ſimis viris accidiſſe conſtat. *P. Comin. lib. 2.*
non dubiam rei bene gerendæ pollicentur, cauſa in primis
ma, fidus ac veteranus miles, tormenta plurima locus æ-
, & nullius demum rei, præterquam communis ſalutis &
ctus. *P. Iouius hiſt. l. 2.*
ad certamen aduerſus Perſas incitans Xenophon, inter a-
Qui ſuos videre cupit, virum ſe ſtrenuum præbeat: ne-
aliter quiſquam ſperare poſſit ſe voti compotem fore. Qui
ditate tenetur is viuere contendat: eſt enim victori ho-
, victo mors propoſita. Qui pecuniam concupiſcit, in
dium incumbat: quod ſi vicerit, & ſua tueri, & quæ in
poteſtate ſibi vendicare facile poteſt. *Xen. de expedit.*

oria eſt eorum bonorum, quæ in hoſtium poteſtate antea
ndicatio. *Idem, l. 5.*
magni ſit momenti res amplas perficere, & victoriam
pugnando referre: multò tamen maior peritia & cautio
, victe accómo e applicentur, quæ præclarè geſta ſunt.

eſt ab eo vinci quem vincere eſt nefas, neque ei inho-
ſummi quem fortuna ſuper omnes extulit. *Vell. Pa.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*eram.* Quemadmodum victoria ſpem belli omnem ea-
profligationis affectus in communem miſericordiam ex
deuenit. Et ſcire licet, quod clementia eos præparat
am qui ex profligatione reliqui ſunt. Quippe mini-
parit, atq; mortales in deſperationem ſæpius adducit,
ſericordia eoſdem ex odio rem ad beneuolentiam trahit.
*Marcum Brut. fol. 52.*
*rend.* Iniecto in oculos ſago, leo ſine vllo negocio capi
inexpugnabilis: ita facillimum eſt potentiſſimum etiam
modo cognitum ſit illius ingenium. *In Simil.*
ntius æuit in virum quam in fœminã, pueros non ni-
ime coactus attingit, ſupplicibus ac proſtratis parcit: Ita
infirmiorib. debent ignoſcere, vireſq; in alios experiri quos
rum ſit. *In Simil.*
Quemadmodum fatuum habet palatum, qui vinum
q; potius pro temeraria hominum opinione, quam pro
ius indole: Sic ignaui ſunt, qui plus laborant alieno ar-
proprio ſtudio. Non enim quales habeamus, ſed quales
lum eſt. *In apoph. 119.*

## ¶ ADAGIA.

ferre.
*ferre & palmam tribuere & palmam præripere, prouer-
e dicta ſunt pro victoriam obtinere.*
ens vicit, μόνος θέων ἐκράτει.
*vincunt, nemine contra certante.*
occupet ſcabies.
*certantes clamare ſolebant. Occupet extremum ſca-*
*tes hac voce ſingulos ad curſum, ac male precantes ei,
mum poſtremus Horat.*
*pet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt.*
ilis vt Cæneus ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς.
*ledi non poſſunt.*
Hoc ipſo depone loco.
*quoties ſtatim & abſq; mora iubemus aliquid exhibere,
onem eius, quod dixerit aliquis, vel promiſſum vel ſpe-
qua glorietur ſeſe pollere. Vſurpatur & apud Latone.*
*os.*
*um agnoſcere. Marc. Tull. Ad extremum det manus,
atur.*
hoſtis, ἀπόλεμος πολέμιος.
*m hoſtis dicitur, qui nulla laceſſitus iniuria, tamen
m facit aut pacis obtextu facit hoſtilia.*
ad reſiſtendum.
*care volet ſe nequaquam detrectare certamen, ſed ab-
re quo partes tueatur ſuas. Vſurpabit illud ex Iliad. v.*
δουρατά ἐστι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι.
ρυδες καὶ θώρηκες λαμπρόν.
*ſunt haſta teretes, clypeiq; rotundi,
galea, tum thoraces procul igne micantes.*
contemptu vitæ inuadunt.
*gladiatorio (ſicut ait Terentius) animo quempiam im-
perdant, aut pereant, conueniet illud ex Iliad. μ.*
σιν ἐοικότες,
*agreſtibus apris.*

*Tradunt enim venatores, hos prouocatos reſ—mpendere prouocan-
tem, nec lancea vitiata.*

Herbam dare.

*Et victorem agnoſcere, & ſe victum fateri. Feſtus Pompe.*

Arena cedere.

*Pro deſiſtere à certamine, & contentionem relinquere. Sic Horat.*
*Tam Scythæ laſſo meditantur arcu*
*Cedere campis.*

Mea eſt pila.

*Id eſt Vici, & voti ſum compos, aut res mihi in manu eſt: Conſimili
figura dixit Plaut. in Caſin: Sed ſi hera nunc vult facere officium
ſuum, noſtra omnis lis eſt. Id eſt. vicimus.*

Quid niſi victis dolor?

*Vſurpandum vbi palam ſit in contumeliam quiſpiam.*

Victi non audent hiſcere. νικώμενοι ἄνδρες ἡσυχίαν ἔχουσιν.

*Qui vincuntur, ſilentio victi ſunt, conuenit cum ſuperiore.*

Tolle digitum. αἶρε δάκτυλον.

*Victum te facere. Nam hoc ſigno, qui in conflictu ſuccubuiſſet, τὴν
ἧτταν agnoſcebat. Perſius:*
*Nihil tibi conceſſit ratio? digitum exere peccas.*

*Hieronymus En tolle manum, cedo, viciſti.*

Flet Victor: Victus interiit. κλαίει ὁ νικήσας, ὁ δὲ νικηθεὶς ἀπόλωλε.

*Quoties vtraq; pars malo ſuo magno diſcedit, ita vt plerunq; ſo-
ler in bellis accidere. Item in litibus forenſibus & in contentionibus.*
Haud multum ab hoc diſſidet germanicum illud, felt der Krug
auff den Stein/ſo zerbricht er: felt aber der Stein auff den Krug
ſo zerbricht er auch.

Teſta colliſa teſtæ.

*Quum duo conflictantur vtriuſq; malo Ariſtoph.*

Καὶ πίθος πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀντιλακτίζει πίθῳ. *Id eſt: Acrecalci-
trans per iram teſtam vulnerat.*

Victo ia non incruenta.

*Conueniet illud Homeri ex Iliad. ρ.*
Οἱ δ' οὐ γὰρ ἀναιμωτί γ' ἐμάχοντο.
*Nec hi ſine ſanguine pugnam.*
*Miſcebant.*

## ¶ PROFANA EXEMPLA.

*Hoſtilius Manius* conſul, cum triginta millia militum ſub ſignis
haberet, a quatuor Numantinorum millibus victus, fœdus cum il-
lis icere coactus eſt, ſibi & Reipublicæ ignominioſum. *Theat.
Zvving.*

*M. Seruilius* vir conſ. vicies & ter amplius pugnauit ex prouo-
catione, ac ſemper victor in caſtra reuerſus eſt hoſtilibus ſpoliis onu-
ſtus. *Sab. l. 4. c. 6. ex Plut. in Paul.*

*Ioan. Petrus* Surra Bergomenſis decies ſepties ex prouocatione
victor euaſit. *Iou. l. 12. hiſtor.*

*Demetrius Antigoni F.* CLXXX. nauibus Ptolemæi ducentas naues
ad Cyprum vicit. Ptolemæus citato curſu, cum ſolis octo nauibus
profugit: neq; enim plures ex omnibus euaſere. Cæteræ partim in
prælio depreſſæ. LXX. cum propugnatoribus & ſociis naualibus ca-
ptæ. *Plut. in Demet.*

*Xerxis* Perſarum regis exercitus Leonidam Spartanorum regem
cum CCC. ſociis ad internecionem cæcidit. *Herodotus.* Græcorum
XI. myriades, hoc eſt, centum decem millia, cum XXX. myriadibus
Perſarum (præter auxiliarios Græcos, quorum non enumerat nu-
merum) ad Platæas contra Mardonium Xerxis ducem feliciter pu-
gnarunt. *Herod. l. 9.*

*Epaminondas.* Thebanorum dux, quatuor hominum millibus ex
quibus CCCC. tantum equites erant, Lacedæmoniorum exercitum vi-
ginti quatuor millium peditum, equitum vero mille ſexcentorum
vicit. *Front. l. 4. c. 2.*

*Syracuſii* nouem triremibus inuadentes centum & viginti trire-
mes Carthaginenſium, longe ſuperiores extiterunt. *Ælian. l. 4.*

*Leonidas* Spartanorum rex cum CCC. ſociis ad Thermopylas, Xer-
xis Perſarum regis exercitum ſuſtinuit: vt quamuis omnes cæſi fue-
rint: victores tamen eo ipſo cenſeri debeant, quod Xerxem paulo
maioribus copiis vinci potuiſſe oſtenderunt. *Sab. lib. 6. c. 7. & Volat.
l. 16. Anthrop.*

*Conon* dux Athenienſium, nauali prælio victus à Lyſandro Lace-
dæmoniorum duce, eundem poſt terreſtri prælio vicit, & Athenien-
ſibus libertatem reſtituit. *Plut.*

*Nicephorus lib. c. 47.* dicit Conſtantinum Magnum bello contra
Byzantios, cum iam bis victus eſſet, iterum vidiſſe ſignum crucis in
cœlo ſtellis effigiatum, hac inſcriptione. *In hoc ſigno hoſtes omnes
vinces.* idq; poſtridie ſic accidiſſe. *Idem lib. 7. c. 49.* auctor eſt, cum in
bello contra Scythas tertio crucem illam vidiſſe.

## ¶ HIEROGLYPHICA.

*Mactatus bos*, quales vbiq; locorum conſpiciuntur, *victoriæ* plu-
rimum partiq; triumphi ſignum erat, præſertim apud Romanos.
*Pier. Val. lib. 1. p. 32. D.*

*Athenienſibus* vero *Noctua* indicium *Victoriæ* fuit, cuius etiam
volatus in adagium ceſſit: γλαῦξ ἵπταται. *Noctua volat* cum profli-
gatos hoſtes, & ſubſecutam victoriam innuerent. *Pier. Val. l. 20. pag.
188. F.*

Propter ✱s do✱, quas *Accipitri* natura ſuprà volatilium aliorum conditionem elargita eſt, factum : vt in vniuerſum *Accipiter* eſſet excellentiæ hieroglyphicum, præcipueq; *victoriam ſignificaret.* Nam reliquas omnino volucres volatu antecellit. *Idem lib.* 21.*pag.*198.*F.*

¶ Emblema.

In victoriam dolo partam.
Emblema XLVIII. Andr. Alciat.

*Aiacis tumulum lacrymis ego perluo Virtus,*
*Heu miſera albentes dilacerata comas!*
*Scilicet hoc reſtabat adhuc, vt iudice Græco*
*Vincerer, & cauſa ſtet potiore dolus.*

*Vide, Bellum, Pax.*

# Victus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VIctus, omne illud ſine quo viuere non poſſumus. Gr. *τὰ σιτία, ὁ βίος*, Hebr. *Michiah*, à verbo *Chaiah*, vixit, reuixit, viguit, naturalem habuit vitæ vigorem: & metaphorice conualuit, ſanus fuit: qui enim ex graui morbo conualeſcunt, vitæ reſtituti videntur. Vlpianus verborum ſignificationibus, Victus verbo (inquit) continentur quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad viuendum homini ſunt neceſſaria. Conuictus, vna viuendi ſocietas, quam plures ſimul viuunt. *συμβίωσις.*

¶ LOCI BIBLICI.

Victus, in ſudore vultus parandus. *Geneſ.*3.19. Victum Deus largitur homini & beſtiæ, in genere, 1.*v.*29.30. *Pſal.*145.*v.*15.16. & 147.*v.*9.10. ſed viduæ, pupillo & peregrino peculiariter, *Deut.*10.18. de victu non debemus eſſe ſoliciti, *Matt.*6.25. *Luc* 12.22.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De tenui victu. DIAL. X.
*Franciſci Petrarchæ.*
DOL.

Tenuis victus eſt mihi. R. Et tenuis voluptas, & munda ſobrietas. An tu gulæ ſtudio contrarium malles? D. Aſper eſt victus. R. AEquanimius fer, gulæ illecebris caruiſſe cum ad manum ſint aliæ dulciores, & quæri faciliores, & ſeruari. Habet & ſuas virtus illecebras. Ciceronis vtor verbo, has guſtare & ruminare cum cœperis illas magnopere non requires. D. Durus eſt victus. R. Durities amica virtutibus, mollicies voluptati. Quorautem magni viri vltro ſe voluptatibus abdicantes, hunc quem tu refugis victum elegere? quorum aliqui, cum poſſent laute veſci, panem & aquam in deliciis habuere. An vero voluptati quemquam ſic obnoxium opinemur, vt non illam valde oderit, ſi adiunctum illi dedecus intueri oculis poſſit? Sed funeſta ſuauitas virtutum hoſtis acerrima & titillatio beſtialis, quam qui ſequitur, homo quidem videri poteſt, vere autem animal brutum eſt, ad hæc & familiaritas contracta conuitiis, & conſuetudo rerum peſſima mortalem præſtringit intuitum, vt diſcerni nequeat, quam decorum ſit, quod torqueat, fœdumq; quod mulceat. D. Nimis anguſtus eſt victus. R. Immo nimis ampla, nimiumque capax gula eſt. Vnum viſu anguſtum, re autem vnum omnibus in animam irruentibus vitiis patens iter. Hac flamma libidinum, hac torpor ingenii, hac irarum & iurgiorum feruor ingreditur, hac imperioſa cupiditas omnia pati iubens, atq; facere dum neceſſaria creditis, quæ damnoſa ſunt, & munimen vitæ dicitis, quod ruina eſt. Hac inuidiæ faces, & æmulatio implacata, indignantibus animis, tam gulæ alium obſequentem, quam vos eſſe gloriamini. Inde laudem ſpectantes, vnde pudor metuendus erat. Hac poſtremo ſuperbia, dum inflatus nec ſe capiens venter, animo ſuum affricat tumorem, & perſuadet illi eſſe ſe homine aliquid maius, quod Ambroſia, & nectare paſtus ſit. Vides vt vitium vnum eſt omnibus aditus, neq; hunc, ſi aliter nequit, inopiæ vectibus clauſum cupis? O paupertas amabilis, quæ continentiæ tibi ſumis officium! Vtile eſt cogi ad id, quod facere tua ſponte debueris. D. Tenuis me victus extenuat. R. Malles ne igitur tume fieri, hæc tenuitas podagram tuis pellet è finibus, dolorem capitis auferet, crebriq; vertiginem, vomitumq; & ructum, & nauſeam, & ſudorem tædiumq; & faſtidium tui ipſius, pallorem alternum, & ruborem, odorem quoque & oris, & corporis, tibi, atque aliis importunum ſiſtet. Præterea pedes inſtabiles, manus tremulas, nutans caput (quodque eſt optimum) animum ipſum moderabitur, frænabitque. Et qui igitur tam multa corporis, atq; animi bona paruo cibi deſiderio, ac momentaneo guſtus incommodo tibi parta conquereris dignus his præditis, guſtui deſeruire? D. Tenuis victus me fatigat. R. Contrarius fatigaret niſi forte onus requiem vocas. Non legiſti lautioris vitæ tædia magna eſſe, ita vt quinq; diebus continuis non poſſit ſine faſtidio tolerari ab hominibus temperatis, & altiora ſpectantibus, quam Palatum, & ventrem? D. Supra modum victus eſt tenuis. R. Fuit ætas

quando hic fuiſſet, & eſt adhuc gens aliqua, vbi eſſet vi
mus. Verum mundo in deterius lapſo vos deterrimi
ſe nitimini publicæ ſemper principes ruinæ, vt qui op
fuiſtis, verſis vſquequaque veſtigiis ſatis omnium peſſi
porum vitiis, ac locorum, præcipuum teneatis gradum.
tenuis mihi non placet. R. Victum tenuem, & vi
ptatis amatores, ac patroni laudant. Tu quam hæ
xus neſcio. Plato Syracuſias menſas damnat, nec
placere ait, bis in die ſaturum fieri. Epicurus in ol
ptatem ac delicias ponit, & hunc quem tu fugis vi
verbis probat. Deniq; vt ait Cicero: Nemo de tenui
Tu duarum notiſſimos ſi viarum duces ſpernis, qu
niſi vt impetu tui erroris, & virtutis hoſtem, nec ami
onoroſam ſequaris ingluuiem? Fœdum finem, ne
quam iumenti (quodq; indignanter ac dolenter di
multum quidem ſed pro captu ſuo ventri ingerunt
tium domini menſuram veſtram & neſcitis & frang
hilo eſt quod multi mirantur, quia patrum, & auor
neæ multo pauciores eſſent? homines autem ton
Vina tamen viliora erant. Sic in dies creuit
lauto victu ad tenuem ſum redactus. R. Bene habe
neglexit, implet inopia. Optimum eſt ſponte agere q
ximum vel coacte.

De lauto victu. DIAL. XVIII.
*Franciſci Petrarchæ.*
GAVD.

In lautiſſima educor familia. R. Multum tibi
rum eſt, eritque mox nihil. An ideo magis tibi
colæ vermes parcent, an cibo molliore veſcentur
iocor tecum, nec te terreo. Scis & ſi forte diſſim
uio paratam eſcam, & forte iam cœnæ tempus
tem longius abeſſe iam non poſſe. Nam & breu
cique conuiuæ, & quæ menſam inſtruit mors
tunc lauticiæ iſtæ profuturæ ſint videris. G. L
fantia educatus ſum. R. Opeſſima pueritiæ
ctis bonis artibus exquiſitis cibis, & peregri
factus à puero præclariſſimam in ſpem adoleuiſti.
odores noſſe, mirarique doctus eximie opipar
aurea venerari, neque ſero vt virorum fortium
ſitimque communibus lenire, ſed ambitioſa ſem
damnoſis ſtomachi ſarcinis mane illis occurrere,
remo ſancti viri eſurierint, tot in caſtris glorioſi
brie, atque aſpere vixerint: an ſi tibi gemmis
hinc Curtius, Fabritius, Coruncanus lecta ſuis ma
nantes fictilibus, atque arantes ad veſperam
ac Serranus, aut poſt hos Cato Cenſorius conſul in
uigans, vnde triumphator rediit, non alio quam
no vſus, omnes notiſſimi hoſtes voluptatis occ
Paulus atque Antonius fontis ad ripam miſſum
panem, non verecundia, ac dolore faucibus hæret
attoniti guſtus titillatio illa lenteſceret? Cogna
ctu tam tenui tamque, humili labore gaudentibus
triam ſubactoſque nobiliſſimos reges ac populos (
difficillima eſt) carnem propriam, ac mundum &
ſtes animæ debellatos: te inter amplas dapes,
quem vili perdomitum voluptate? G. Lau
R. Sentio: omne in eo eſt, vt ad fundum miſe
da perueniat, nihil eſt actum cibi ac potus
dat & copia, immo vero redundantia, atq
ſuccurrit vt Auguſtus Cæſar, qui fortaſſis pau
potuerat cibi (ſic enim de illo traditur) mi
ris fere. Sileo quibus veſci ſolitus, ne quaſi
has contemptui tibi ſit, interque faſianos & f
tuos illius principis ſecundarius panis, & caſeus
ti piſciculi rideantur. At quanto melius faſian
ſarum decus eximium, & gulæ ſumma felicita
ſemper Phaſidem latuiſſent, quam huc ad
bem noſtrum, & irritandas illecebras aduolaſſe
honeſtior ætas illa de qua Naſo ait: *Piſcis adhuc*
*fraude natabat. Oſtreaque in conchis tuta fuer*
*tium norat quam præbet Ionia diues. Nec q*
*gaudet auis.* G. Vino fruor electiſſimo. R. Ma
fruor, hic eſt finis veſter, ad hoc nati eſtis. Quan
tim veſtram vinum debile, vel lymphis debilitat
iam riuus extingueret? Certe princeps ille, de
bar, vini quoque parciſſimus (nam & id ſcribitur)
plius ſuper cœnam bibens dum in caſtris eſſet.
te cœnam bibitis, & in cœna centies, nec num
dit, & caſtra ipſis vinoſiora ſunt vrbibus. Nul
expeditio, vel certamen. Non bibebat ille inter
noctibus non ceſſatis: Ille ſitiens pro potione
gida panem, vel lactuculæ thyrſum, vel ſucco
truſtum cucumeris capiebat, at vos ſitim om
pantes illam vinis ardentibus & bibendo ali
extinguitis (dicam verius) accenditis. Nec
bere vos ſanguinem terræ, ac venenum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...Perſarum rex, vt ei nuntiatum eſt, Sardes captas incenſaſ- ...Athenienſibus atq; Ionibus, & huius comparandæ claſſis ...thorem Ariſtagoram Mileſium: fertur, cum primum hæc ...diuiſſe: Iones nihil feciſſe: probe ſciens, non fuiſſe illos præ ...ſui rebellaturos: deinde interrogaſſe, quinam eſſent A ...illd cum audiſſet tum arcum propoſciſſe, eoq; ſumpto ſa- ...quam impoſuerat, in cælum excuſſiſſe, & dixiſſe: o Iupiter! ...mihi, vt Athenienſes vlciſcar. Atque hæc locutus, cui ...torum præcepit: vt ſibi ſemper appoſita cœna diceret: *He-* ...*Athenienſium. Herod. l.* 5.

...moris fuiſſe Athenis, vt cognati eorum, qui violenta ...miſſent, in efferendo funere haſtam adhiberent, aut in tu- ...figerent: eaq; ratione interfectoribus vltionem denuntia- ...*Voce* ἐπισήκειν.

...amis, Aſſyriorum regina, cum ei circa cultum capitis oc- ...matum eſſet, Babylonem defeciſſe, altera parte crinium ...ta, protinus ad eam expugnandam accurrit: nec prius de- ...illorum in ordinem, quam tantam vrbem in poteſtatem ...degit. Quocirca ſtatua eius Babylone poſita eſt illo ha- ...ad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetenderat.

...*Cæſar* audiens in Gallia aliquot militum agmina conciſa ..., ſe non ante capillos raſurum, quam ab interfectoribus ...petiuiſſet. Hæc res magnam ei beneuolentiam omnium ...*Polyænus l.* 8.

¶ HIEROGLYPHICVM.

...*onem telo confoſſum vlciſcendi ſtudium* pleriq; pingere in- ...Vulneratus enim leo mira quadam obſeruatione percuſ- ...it: & in quantalibet multitudine vnum appetit: & ſi de- ...dendiſſime lacerat & diſcerpit. *Pier. Val. lib.* 1. *pag.* 9. *a.*

¶ EMBLEMA.

Iuſta vindicta.

Emblema CLXXI. Andr. Alciat.

*Dum reſidet Cyclops ſinuoſi in faucibus antri,*
*Hæc ſecum teneras concinit inter oues.*
*Paſcite vos herbas, ſociis ego paſcar Achiuis,*
*Poſtremumq; vt in viſcera noſtra ferent.*
*Audiit hæc Ithacus, Cyclopaq; lumine caſſum*
*Reddidit, en pœnas vt ſuus auctor habet!*

*Vide, Vltio.*

# Vinum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

VInum, Græce οἶνος, ου, ὁ, & οἰνοφόρος, ου, ὁ, ἡ, vinifer dicitur. Heb. *Iaiin.* Cognationem habet cum *Iaben*, id eſt, amurca, fex, vt ſunt feces vini. Porro quod vinum lætificet cor hominis, hinc Gr. γαίνω lætifico; item γοῖνος & γάνος, vinum, lætitia. nam *Iod* conſonans. Hebr. effertur inſtar literæ γ gamma apud Græ. γανάω, γανέω, γανόω lætifico: γάνυμι & γαίνυμαι, lætor γάνυρος lætus. Vinum aliqui volunt dictum à vi, quod vim inferat menti, alii vero volunt Græcum eſſe ab οἴομαι, quod eſt puto, quoniam qui copioſe bibunt, multa, quæ non ſunt, imaginantur. A vinum fit vinolentus, quod eſt, ebrioſus, vino ſe ingurgitans, & vinoſus eiuſdem fere ſignificationis. Vitis à ferendo vino, vindemia, de qua ſupra, & vindemio, vinarium quod ad vinum ſpectat. Vinacea ſubſtantiuum plurale, quod ſignificat grana vuæ iam paſſæ, & vinaceus adiectiuum. Vnde acinus vinaceus.

¶ LOCI BIBLICI.

Vinea, *Gen.* 9.20. *Deut.* 23.24. *Cantic.* 8.11. *Eſa.* 5.1. *Mat.* 20.1. & 21. 33. Vinea à Noe plantatur, *Gen.* 9.20. diuerſis generib. non ſerenda, *Deut.* 22.9. vinea proximi non lædenda, *Exod.* 22.5. *Deut.* 23.24. licet ex eius vuis decerpere & comedere, *ibid.* vinea Dei Iudæi. *Matth.* 21. 33. *Marc.* 12.11.

Vinum hominis cor recreat ac reficit, *Iudic.* 6.13. *Pſalm.* 104.15. vinum quibus & quando prohibitum, nempe Leuitis intrantibus Tabernaculum, & Iſraelitis facientibus votum, *Leuit.* 10.9. *Num.* 6.3.

*Exempla*: Vxor Manue, *Iudic.* 13. *v.* 13.14. Ioannes Baptiſta, *Luc.* 1. *v.* 15. vinum in deſerto: Iſraelitæ non biberunt annis 40. *Deut.* 29. *v.* 6. vinum dat Deus obedientibus, 11.14. & 28.39 vinum eſmyrnatum, id eſt, myrrha conditum, Chriſto crucifixo exhibetur, *Marc.* 15.23. vinum nouum in vtres nouos infundendum, *Mat.* 9.17. *Luc.* 5.36 &c. vini abuſus quam noxius. *Prou.* 20.1. & 23.30. *v.* 4.5. *Eſa* 5.11. *Epheſ* 5. 18. *Tit* 1.7. & 2.3. pauculo & modico vino vtendum, 1. *Tim.* 5.23. vini potatorem eſſe Chriſtum criminantur Iudæi, *Matth.* 11.19.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Homer. in ζ. Illiad.

*Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.*
*Viro autem defatigato magnum robur vinum auget.*

Idem in β. Odyſſ.

Οἶνον καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.

Et primo Epigram.

Οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωὴ,
Ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.
*Vinum & balnea & circa Venerem amor,*
*Per velociorem mittit viam in infernum.*

Niceratus.

Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ,
Ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.
*Vinum ſane gratioſo magnus eſt equus poetæ,*
*Aquam autem bibens, bonum non faceres verſum.*
*Vinum vim habet in igni parem in igne homo*
*Scite ſpectat dura metalla terræ.*
*Secreta hominum diuerſiloquentium recondita prodit,*
*Ac vinum exæſtuans nudat mentem.*

Hor. 2. epiſt. 5

*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,*
*Spes iubet eſſe ratas in prælia trudit inermem.*
*Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.*
*Fœcundi calices quem non fecere diſertum?*
*Contracta quem non in paupertate ſolutum?*

Ouid. 2. Remed.

*Vina parant animos. Veneri.*

Idem. 1. amor.

*Nox & amor vinumq; nihil moderabile ſuadent.*
*Illa pudore vacat, Liber, amorq; metu.*

Idem. 1. Art.

*Ebrietas vt vera nocet, ſic ficta iuuabit.*

Idem. 2. Remed.

*Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, vt tibi curas*
*Eripiat: ſi qua eſt inter vtrumq; nocet.*

Idem. 1. Art.

*Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos.*

*Cura fugit, multo diluiturq́ꝫ mero.*
*Tunc veniuat riſus, tunc pauper cornua ſumit,*
*Tunc dolor & curæ, rugaq́ꝫ frontis abit.*
*Tunc aperit mentes [illegible] rariſſima noſtro*
*Simplicitas, artes excutiente Deo.*

Tibul. 1.7.

*Bacchus & agricolæ magno confecta labore,*
*Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.*
*Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert.*
*Crura licet dura compede pulſa ſonent.*

Plaut. Aul.

*Nimis vinum vile, atque amor.*
*Si ebrio atqꝫ amanti impune facere quod lubeat licet.*

Idem Pſeud.

*Magnum hoc vitium vini eſt, pedes captat primum:*
*Luctator doloſus eſt.*

Idem Truc.

*Mihiq́ꝫ ignoſcas,*
*Quod animi impos, vini vitio fecerim.*

Ibidem.

*Nam vinum ſi*
*Fabulari poſſit, ſe defenderet, non vinum moderari,*
*Sed vino ſolent, qui quidem probi ſunt.*

Propert. 2.33.

*Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.*

### ¶ Apophthegmata.

*Anacharſis.* Quidam in conuiuio videns vxorem Anacharſidis, Vxorem, inquit, deformem duxiſti, Anacharſi, Hic Anacharſis, Prorſus ita mihi videtur, inquit: ſed heus puer! infunde mihi meracius, vt eam reddam formoſam, Indicans, vinum adimere homini rectum iudicium. *Athen. l.9.*

*Idem* dicebat vitem ferre tres botros: primum voluptatis, alterũ ebrietatis, tertium moleſtiæ. Sentiens, parcum vini vſum eſſe iucundum, quia ſedat ſitim: largiorem gignere temulentiam: largiſſimum parere rixas, cædes, ac morbos Simile huic quod alibi dictum eſt: Primum craterem pertinere ad ſitim, alterum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad inſaniam. Dictum erit iucundius, ſi cogites, in Scythia non eſſe vites. *Laert. lib.1.c.9.*

*Cicero* apud Damaſippum cœnans, quum conuiuator mediocre vinum appoſuiſſet, idque conuiuis à vetuſtate cupiens commendare, diceret: Bibite, Phalernum hoc quadraginta annorum eſt: bene, inquit, fert ætatem. Hoc modo de homine loqui ſolemus, cuius formæ viribusq́ue non multum detrahit ætas. At ridiculum erat, vinum ab immodica vetuſtate commendare. *Plut. in Cic.*

### ¶ Similitvdo.

*Eraſmi Roterodami.* Multi calcitratus vino crebro inhibetur: Mulieris petulantia vino prouocatuur. *In Similib.*

### ¶ Emblemata.

Vino prudentiam augeri.
Emblema XXII. Andr. Alciat.

*Hæc Bacchus Pater, & Pallas communiter ambo*
*Templa tenent ſoboles vtraque vera Iouis*
*Hæc caput, ille femur ſoluit: hunc vſus oliui*
*Debitus, inuenit primus at ille merum.*
*Iunguntur merito: quod ſi qui abſtemius odit*
*Vina, Deæ nullum ſentiet auxilium.*

Prudentes vino abſtinent.
Emblema XXIV.

*Quid me vexatis rami? ſum Palladis arbor,*
*Auferte hinc botros, Virgo fugat Bromium.*

*Vide Ebrietas.*

---

# Violentia.

### ¶ Definitio et Etymolog.

Violentia, vis maior, impetus. Græce βία. Hebr. *Chamas*, violentia, iniuſtitia, rapina, fraus, calumnia, à verbo *Chamas*, violauit, violenter egit, vim & iniuriam intulit, *Tachmas*, auis rapax & violenta. Dicitur etiam *Hoſchek* à verbo *haſchak* fraude aliquid abſtulit, vi fraudulenta aliquem oppreſſit.

### ¶ Loci Biblici.

Violentia damnatur, *Ezech.*46. v.18. violentiæ merces, *Prou.*11. *v.*24. violenti rapiunt regnum Dei, *Matth.*11. *v.*12. *Luc.*17.19.

### ¶ Sententiæ Patrvm.

Nemo inuitus bene agit, etiamſi bonum eſt quod facit. *Auguſt. lib. confeſſ.*

Multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati: quia ipſi ſibi inueniuntur eſſe ini[...] *trid. cap.*72.

In Eccleſia non coactum, ſed acquieſcentem opo[...] conuerti. Non eſt enim, qui curare poſſit inuitum. C[...] *log lib.*2.

### ¶ Sententiae Philosophicae.

Violentia eſt, cum agendi cauſa, à quo cogimur [...] *Ariſt. in mag. mor. c.*13.

Violentia duplex eſt, alia præter naturam, alia [...] qua ignis & aer feruntur in gyrum. *Simplic. in* 1. *de cæl.* [...]

Violentia non ineſt, niſi in reſpectu naturæ, & ſi n[...] ſet motum naturalem, non intelligeretur habere m[...] tum. *in* 1. *de cælo, tex.*70.

Violentia eſt, vt aliquod corpus moueat aliquod [...] trinſeco, ita quod non ſit in natura motoris illius [...] ueat illud, quod ex eo mouetur ſemper, ſed in aliqua [...] *de cæl. tex.*10.

Violentia quæ mouentur, non habent principium [...] ipſis, ſed principium motus eſt ab extrinſeco. *D. Tho*[...] *cap.*1.

Violentia eſt, cum aliquod mouetur ab aliquo [...] ad aliud, quod ex propria natura aptitudinem non ha[...] 5. *met. l.*6. *t.*6.

Violentia quod euellit, aliquid ſecum ſeu partem [...] euulſionis ipſius, & eius, ex quo eradicatur, trahere [...] *abſt. animal.*

Plus valet, quod violentia cogit, quam quod ſu[...] verecundia. *Val. Max. l.*3.

Nulla res tam facilis, quin difficilis ſit, ſi inuitus fa[...] *Epiſt.*

Da operam, ne quid vnquam inuitus facias. Non [...] ſus aliquid facit, miſer eſt: ſed qui inuitus. Itaque ſic [...] ponamus: vt quicquid res exigit, id velimus: & imp[...] ſtri ſine triſtitia cogitemus. *Idem epiſt.*62.

### ¶ Exempla Profana.

*Lyſander.* Cum Argiui de ditionis finibus ambig[...] cedæmoniis, aſſeuerarentque, ſe iuſtiorem habere [...] der ſtricto enſe, qui hoc, inquit, ſuperior eſt: is op[...] diſputat. Ab æquo & bono vir inſolens ad vim prou[...] *Lacon.*

*Themiſtocles,* Quum apud Andrum argentum pe[...] quit, ad vos adduco Deos, vim ac ſuaſionem: ſignific[...] impetraret ſuadendo, ſe vi erepturum. At illi reſpond[...] quoque duas magnas eſſe Deas, inopiam & impoſſ[...] quas non liceret dare, quæ petebat. *Plut.*

Quidam ex his, quos Cæſar de proroganda prou[...] miſerat, ſtans in ſenatu, ſimulatque cognouit, Cæſari [...] dare prorogationem, manu capulum percutiens: at h[...] bit: vim Reip. minitans. *Eraſ. l.*4. *apoph.*

*Vide Potentia, Vis.*

---

# Vir.

### ¶ Definitio et Etymolo[...]

Vir, nomen ſæpe dignitatis eſt, refertur enim ad [...] que animi & corporis. *l.*1. *C. de dignit. l.*13.

Vir bonus in iure ciuili iudex eſt. Item, Vir [...] qui facit alteri, quod ſibi vult fieri. *libr.* 1. *circa med*[...] *Iac. Spiegel in Diction.* Orator vir bonus dicitur, dicend[...]

Vir, a vi dicitur, quod viribus & robore præſtet. Gr[...] *Iſch,* præſtans virtute & potentia, à verbo *Iſch,* fortem[...] riliter egit. Conuenit aliquantum cum *Enoſch,* id eſt [...] ro. Ab *Iſch,* verbum Græc. ἰσχύω, id eſt, viribus valeo [...] lidus 2. *Gueber,* ſuperans alios virtute, autoritate, do[...] *rim,* viri, ἄνδρες, fortes: à verbo *Gabar,* ſuperauit [...] tentia, ſuperior fuit. *Gibbor,* fortis, prævalidus, [...] nat alios. Inde Gr. κυβερνάω, guberno, κυβερνήτης, guber[...]

### ¶ Loci Biblici.

Vir, pro indefinita particula, quidam, *Actor.*8.27. [...] mine, *Gen.*49.6. Vir à muliere ſeductus, 3. v.6.12. 1. *Tim.* [...] lieris caput eſt, 1. *Cor.*13.3. *Epheſ.*5.23. & dominus, *Gen.* [...] 1. *Petr.*3. v.1.6. vir imago & gloria Dei eſt, 1. *Cor.* 11.7. [...] gloriæ Dei, in qua nimirum elucet Dei maieſtas & im[...] enim vir in ſupremo gradu collocatus in hoc mundo [...] mulier, 1. *Cor.*11.7. Non vir ex muliere, ſed mulier ex vi[...] propter mulierem, ſed mulier propter virum condita e[...] *verſ.*8. 9. Viri vxores ſuas diligere debent, *Epheſ.*5. *v*[...] *Coloſſ.*3. *v.*19. Viri quomodo orare debeant, 1. *Corinth.*[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...S. virorum erga vxores officium, 1. *Petri* 3.7. *Epheſ.*5.25.

...id eſt, magnus bellator, vel bellicoſiſſimus, *Exod.*15.3.1.
*Eſaia* 42.13. *Ierem.* 36.4. & 49.*v.*26.30. & 25.*v.*7.*Ezech.*
*Oſe.*2.7.*Ioel.*3.9. Viri belli, pro viri ad bellum apti & ido-
...2.14. viri Belial, pro hominibus nequam. 1.*Reg.*21.10. vir
eſt reus mortis, 2.26. viri nominis, id eſt, celeberrimi, *Gen.*
16.2.1.*Paral.*5.24. viri roboris, id eſt, ſtrenui, 2.*Sam.*24 9.
vir ſanguinarius, 2.*Sam.*16.7. *Pſalm.* 26.9. & 55.24. Vir Dei
...*Sam.*9.6. vir ne vtatur veſte muliebri, *Deut.*22.5. vxorem
*Corinth.*7.*v.*2. Virorum raritas in excidio Ieruſalem, *Eſa.*

*Geneſ.*2.23. viriliter agendum, *Deuter.*21.6.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

...ectæ vitæ homines memorantur. *Iob.*37.
...eſt mulieris. 1. *Cor.*11.
...factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli, 2. *Corinth.*

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

...dicitur à virtute, eo quod libidines vincere debet *Aug.*
...13.
...qui perfectis greſſibus per viam Dei non fluxe, & ener-
...ſed viriliter, *Greg. Mor. l.* 26. *ſup. illud Iob.* 23. *De ciui-*
*...ruunt gemere.*
...ſacra viros vocare conſueuit, qui vias Domini fortibus,
...aris greſſibus ſequuntur, *Idem.*38 *ſuper illud Iob, accin-*
*...lumbos tuos.*
...fœminis, ſed viris loquor: quia hi, qui fluxa mente ſunt,
...percipere nequaquam poſſunt. Carnalis enim voluptas,
...mollicies, aut fluxa leuitas, & deſidioſa otioſitas effœmi-
...*Moral.*28. *ſuper illud Prouerb. O viri ad vos cla.*
...non audet quicquam cogitare aut facere, quod non au-
...are. Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam
*Lact. Firm. l. diuin. inſt.*

¶ POETARVM DICTA.

Horat. lib. 1. Epiſt. 17.

*Vir bonus eſt quis?*
*Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat.*

Idem epiſt. 17. lib. 1 ad Quintium.

*Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu*
*Rector Thebarum, quid me perferre, patiq;*
*Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem,*
*Lectos, argentum: tollas licet, in manicis, &*
*Compedibus, ſæuo te ſub cuſtode tenebo.*
*Ipſe Deus ſimulatq; volam, me ſoluet, opinor.*
*Hoc ſentit, moriar.*

Vir bonus, ex Virgilio,

*Vir bonus & prudens, qualem vix repperit vnum*
*Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo,*
*Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem.*
*Qui proceres, quid leno procax, quid opinio vulgi,*
*Securus, mundi inſtar habens, teres atq; rotundus,*
*Externæ ne quid labis per leuia ſidat,*
*Ille dies quam longus erit ſub ſydere cancri,*
*Quantaq; nox tropico ſe porrigit in capricorno,*
*Cogitat, & iuſto trutinæ ſe examine penſat,*
*Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis*
*Partibus vt vocat, nil vt deliret amuſſis,*
*Sit ſolidum, quodcunq; ſubeſt, nec inania ſubtus*
*Iudicet admotus digitis pellentibus ictus.*
*Non prius in dulcem declinet lumina ſomnum,*
*Omnia quam longi reputauerit acta diei.*
*Quæ prætergreſſus, quid geſtum in tempore, quid non;*
*Quur iſti facto Deus affuit? aut ratio illi?*
*Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit?*
*Quam melius mutare fuit? Miſeratus egentem*
*Cur aliquem fracta præſenſi mente dolorem?*
*Quid volui, quo nolle bonum foret? Vtile honeſto*
*Cur malus ante tuli? num dicto, aut deniq; vultu*
*Perſtrictus quiſquam? Cur me natura magis quam*
*Diſciplina trahit? ſic dicta & facta per omnia*
*Ingrediens, ortuq; & veſpere cuncta reuoluens*
*Offenſus prauis dat palmam, & præmia rectis.*

Rari boni viri. Iuuen. Sat. 13.

*Quæ tam feſta dies, vt ceſſet prodere furem?*
*Perfidiam, fraudes atq; omni ex crimine lucrum*
*Quæſitum, & partos gladio vel pixide nummos?*
*Rari quippe boni, numero vix ſunt totidem, quot*
*Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili.*

Horat. lib. 4. Od. 9. ad Marcum Lollium Conſulem.

*Non poſſidentem multa vocaueris*
*Rectè beatum, rectius occupat*
*Nomen beati, qui deorum*
*Muneribus ſapienter vti,*
*Duramq; callet pauperiem pati.*
*Peiuſq; letho flagitium timet.*
*Non ille pro charis amicis,*
*Aut patria timidus perire.*

Hor art.

*Beatus eſt vir, qui aduerſa æquanimiter fert.*
*Conuerſis ſtudiis ætas, animuſq; virilis*
*Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori,*
*Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*

Sen. Hip. act. 2.

*Deteſtor omneis, horreo, fugio, execror,*
*Sit ratio, ſit natura, ſit durus furor,*
*Odiſſe placuit, ignibus iungens aquas.*
*Et amica ratibus ante promittet vada*
*Incerta Syrtis: ante ab extremo ſinu*
*Heſperiæ Tethys lucidum attollet diem,*
*Et ora damis blanda præbebunt lupi,*
*Quam victus animum fœmina mitem geram.*

Ouid. epiſt. 18.

*Vrimur igne pari, ſed ſum tibi viribus impar:*
*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.*
*Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis,*
*Deficiam, parui temporis adde moram.*

Ouid. 15 Met.

*Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ,*
*Maturus, mitiſq; inter iuuenemq; ſenemq;*
*Temperie medius, ſparſis quoq; tempora canis.*

Ouid. de medic. faciei.

*Nec tamen indignum ſit vobis cura placendi,*
*Dum comptos habeant ſecula noſtra viros.*
*Fœminea veſtri potiuntur lege mariti.*
*Et vix ad cultus nupta quod addat, habet.*

Ex Comicis Græcis.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ
*Non odit vnquam vir probus virum probum.*
Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.
*Proba illius ſunt facta, cui mens eſt proba.*
Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι Θεός.
*Bono viro etenim dat Deus quæ ſunt bona.*
Ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα.
*Probi viri eſto temperantiſq; æmulus.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Prope eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumq; noſtrorum obſeruator, & cuſtos: hic, prout à nobis tractatus eſt, ita ipſe nos tractat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt: an poteſt aliquis ſuper fortunam, niſi ab illo adiutus, exurgere? ille dat conſilia magnifica & recta, in vnoquoque virorum bonorum, quis Deus incertum, habitat tamen Deus, *Ad Lucil. Senec. l.5 epiſt.*44.

Non eſt vir bonus habendus is, qui honeſtis actionibus non lætetur. *Lib.*1. *Ethic. c.*8.

Viro quidem bono, id bonum, quod vero bonum eſt: improbo autem, quod occurrit, videtur. *l.*3. *Ethic. cap.*4. & *l.*2. *Mag. Moral. cap.*8.

Vere de omnibus vir bonus iudicat: & facile, quid in re quaque veri ſit, perſpicit. *ibid.*

Propria eſt ſua cuiuſque habitus, & honeſtas & voluptas, excellitque vir bonus plurimum in perſpiciendo, quid in quaque verum ſit, quaſi omnium rerum menſura & norma. *lib.*3. *Ethic. capite* 4.

Eſt boni viri, quod bonum ſit gerere, atque ſuam ob cauſam. Atque etiam manere vult in vita, & ſaluus eſſe: eamque maxime partem vult incolumem, quæ maxime valet prudentia. *lib.* 9 *Eth. cap.*4.

Vir bonus is eſt, quem nullius omnino rei poſſit pœnitere. *Ibid.*

Quia multa boni viri in ſeipſum pietatis officia ſunt: in amicum non alio animo eſt, quam in ſeipſum. *Ibid.*

Quod aiunt multa, virum bonum & amicorum cauſa, & Reipublicæ gerere ſolitum: &, ſi opus erit, mortem etiam oppetere, id verum eſt. *ibid.*

Vir bonus breui tempore ſummam malit, quam longo leuem, percipere voluptatem. *ibid.*

Quod per ſe ſuaq; vi bonum eſt, id bono viro ſua ſponte bono eſt ac voluptati. *lib.*9. *Ethic. c.*9.

Viri boni à quoq; vulgi differunt: quemadmodum aiunt intereſſe inter pulchros ac deformes: & interea, quæ arte depicta ſunt, & ea quæ vera. *Ibid.*

Vir ſapiens, & bonus, & in paupertate, & in morbo, cæteriſq; rebus aduerſis, decorum conſeruabit. *lib.*7. *de Repub. c.*13.

Ergo in homine quoque nihil pertinet, ad rem pertinet quantum aret, quantum fœneretur, à quam multis ſalutetur, quam pretioſo incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat, ſed quam bonus ſit. Bonus autem eſt: ſi ratio explicita & recta eſt,

&ad

ſit ad naturæ ſuæ voluntatem accommodata. Hæc vocatur virtus, hoc eſt, honeſtum, & vnicum hominis bonum. Nam cum ſola ratio perficiat hominem, ſola ratio perfecte beatum facit, hoc autem vnum hominis bonum eſt, quo vnus beatus efficitur. *Senec. epiſt.77.*

Vir bonus non poteſt non facere quod facit, non eſt enim bonus, niſi fecerit. *Idem l. de benefic.*

Eſt igitur vlla res tanti, aut commodum tam expetendum, vt viri boni nomen & ſplendorem amittas? *Cic. lib. de offic.*

Iam vero qui poteſt vir bonus non ad id, quod laudabile ſit, omnia referre, quæ agit, quæq; ſentit? Refert autem omnia ad beate viuendum. Beata ergo vita laudabilis: nec quicquam ſine virtute laudabile. Beate igitur vita virtute conficitur. *Idem lib. vlt. Tuſc. quæſt.*

Nihil eſt enim Deo ſimilius & gratius, quam vir animo perfecto bonus, qui tam hominib. cæteris antecellit, quam ipſe à diis immortalibus diſtat. *Luc. Apul. de Deo Soc.*

Vir bonus eſt, qui prodeſt, quibus poteſt, nocet autem nemini. *Cic. 3. Offic.*

Vir bonus non modo facere, ſed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. *3. Offic.*

Vir bonus nihil cuiquam, quod in ſe transferat, detrahet. Itaq; in virum bonum non cadit mentiri, emolumenti ſui cauſa, criminari, præripere, fallere. *De Vniuerſ.*

Non eſt res vlla tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni ſplendorem & nomen amittas. *3. Offic.*

Vt quiſq; eſt optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur. *Cic. ad Quint. frat.*

Sancti viri, & religionem colentes ſunt, qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & meritis & memori mente perſoluunt. *Pro Plancio.*

Omnes viri boni æquitatem & ius ipſum amant. Nec eſt viri boni errare, & diligere, quod per ſe non diligendum & colendum. *1. de leg.*

Pro viro eum non habuerim, qui nec hoſtibus eſt infenſus, nec ſuæ ſalutis autores beneuolentia proſequitur. *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2.*

Equidem exiſtimo indignum viro, cui virtus quantulæcunque curæ eſt, ſi ſine vllo diſcrimine inimicos & amicos occidat, & grauem atque implacabilem iram gerat in eos à quibus aliqua iniuria fuerit affectus, præſertim vero ſi ſæpius pœnas de illis, eaſq; acerbas ſumpſerit. *l. 8.*

Nullus vnquam è mortali & caduco ſemine vir abſolute bonus naſcetur. *lib. eod.*

Vir viro præſtat. *Dion. l. 3. 5.*

Si quis theſaurum reperiat, ditior quidem fuerit, non autem rei familiaris adminiſtrandæ peritior: &, ſi morbo affectis hoſtibus, victoria potiatur, fortunatior quidem ſit, at diſciplina rei militaris nihilo inſtructior. At qui tolerantia laborum antecellit, vbi laborandi ſit tempus, & roboris, vbi fortitudinis ſit certamen propoſitum, & mente, vbi res conſilium poſcit: hic profecto mihi videtur iure optimo vir bonus omnino putandus. *Xen. Orat. de Ageſilai laudibus.*

Tam viri boni officium eſſe iudico, ſeipſum patriæ vſibus conſeruare, cauereq; ne temere pereat, quam officio ſuo neq; dicendo deeſſe, neq; agendo, neq; mortem etiam pro ſalute eius detrectare. *Dion. l. 45.*

Turpe eſt, quicquam mali perpetrare: bene autem agere nullo periculo propoſito, multorum: id vero proprium boni viri eſt, etiam cum periculo ſuo honeſtatem in agendo ſequi. *Plutarch. in Mario.*

Non tantum in bacchanalib. verum etiam in contentionibus & ita bonum honeſteq; inſtitutum ingenium ſibi conſtat, decorumq; tuetur. *Plutarch. in Tiber. Graccho.*

Viri boni exiſtimatio res eſt quæ innumerabilib. laudib. continetur. *Val. Max. lib. 7. c. 2.*

Vnum boni viri verbum, vnus nutus, ſexcentis argumentis ac verborum continuationibus parem fidem meretur. *Plutarch. in Phocione.*

Mihi videntur boni viri atq; præſtantes nihil pluris facere debere, quam vt necubi officium prætermittatur. *Polyb. l. 4.*

Sub tyranno egregiis viris gloriæ & pericula gliſcunt. *Tacit. Ann. lib. 15.*

Ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, conſtans adu. metus. *Tacit. hiſt. l. 4.*

Abſurdum eſt putare eum qui ab aliquibus ex bono malus fuerit factus, eundem ab illis iterum ex malo bonum fieri poſſe. *Dionyſ. Hal. 11.*

Minutius à Fabio Maximo, quem antea ob cunctationem in bello ſpreuerat, ex manibus Annibalis feliciter ereptus, cum in caſtra reditum eſſet, conuocatis militibus: Sæpe ego, inquit, audiui (milites) eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in rem ſit: ſecundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe. Nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus: & cum imperare neſcimus, parere prudenti in animum ... *Liu. Decad. 3. l. 2.*

Is demum vir erit, cuius animum nec proſpera fortuna efferet, nec aduerſa infringet. *Liu. Decad. 5. l. 5.*

Sapienti viro non decorum fuerit, vnde amico infamia, inde gloriam ſibi recipere. *Tacit. Ann. l. 14.*

Principes atq; optimi mortalium, vitæ decore poti... tis nominibus atq; compoſitis cœlum adeunt, ſeu fa... Dei celebrantur modo. *Aurel. Victor.*

Magni homines virtute non fortuna à prudenti... *AEmyl. Probus in Eumene.*

Omnes iuſtos bonoſq; viros maior poſt mortem ... inuidia non multum poſt temporis ſuperueniente, ... iam ante eorum exitum, moriente. *Plut. in Numa.*

Sciant quibus moris eſt illicita mirari, poſſe etiam ſ... cipibus magnos viros eſſe: obſequiumque ac mode... ſtria ac vigor adſunt, eo laudis excedere, quo pleri... ſed in nullum rei poſt vſum, ambitioſa morte inclaru... *vita Agric.*

¶ Similitvdines.

*Gregorii Niſſeni.* Vt fragrantia aromata ſuo od... ſum complent aerem: Sic boni viri præſentia proxim... *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſerm. 31.*

*Antonii Monachi.* Quemadmodum odoratiſſim... eximia, etiamſi in vaſe condita ſint, fragantia ſua ... dorandi ſenſum, non ſolum eorum, qui prope adſta... rum, qui longius ſemoti ſunt: Ita ſanctus animus, & ... dus, & honeſte factorum, & ad pietatem pertinen... habens, vel nihil tale cogitans, omnibus modis ... clariſſimus. *In Meliſſ. part. 2. ſerm. 31.*

---

# Vires.

¶ Loci Biblici.

VIribus noſtris non vult Deus nos quicquam tribuere... *Iud. 7. 2. & c.* Vires tribuit Deus, *Deut. 7. 18.* de viribus ... deon *Iud. 6. 15.* Vide violentiæ etymon.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Vires retento ſpiritu augentur. *Ariſt. de gener. anim.* ...

Vires ſenſitiuæ, vt ſunt actus organorum corporali... dens ſupponunt actioni cœleſtium corporum. *D. Th... herm.*

Vires omnibus ſufficientes tribuit ipſum bonum. *Dio... de diuin. num.*

Vires omnes cum ſenſu, ex corpore agentes, nunc p... lant ad effectum, cum animus ipſo intelligibili non p... lis terræ iam deprauatæ, quæ cum triticum ſæpe ſuſcep... lium. *Porph. de abſtin. anim.*

De viribus corporis. DIAL. V.
*Franciſci Petrarchæ.*
GAVD.

Virium ſatis, immo multum contigit. R. Qu... valetudine dicta ſunt, relege. Similium ſimilis ... Multum eſt virium. R. Vide, ne quid aggrediare ... quo imbecillis appareas. G. Abunde eſt virium. R. ... ria. G. Plurimum eſt virium. R. Pluſculum Elephan... nimis eſt. R. Facile crediderim id quidem. Super... in vitium vergit, ſeu ipſum eſt vitium. G. Nimis ... Nimietas hæc, ſi ad mediocritatem redeat, bene ... defectum tranſeat? Quid ſi hoc robur fragilitas ... at? Crede mihi, nullæ tantæ vſque corporum ... bore immodico, vel morbo acri, vel cuncta vinc... fragantur, infatigabilis & inuicta & vis animi eſt. G. ... bur eſt corporis. R. Nemo Milone robuſtior, C... G. Vaſtum & præualidum corpus eſt. R. Præſtantiſſi... tus mole corporea non eget in animis habitans. G. ... bus difficile. R. Immo in poſſibilia permulta, atq... mis, vt qui in corpore ſpem poſuit in altum ſcande... pra hominem vires ſunt. R. Hac in re qui ſuperior ... nibus euaſerit, multis tamen animantibus inferior ... his viribus metuendum. R. Imo nunc maxime. ... nim virium fiduciam magnis viribus accingitur ... dum extra æquo congredi indignans; vt oſtendat qu... mal eſt homo (dum ſibi etiam robuſtiſſimus vide... viros leui prœlio confecit, Herculem ab omnibus ... latentis mali vicit. Milonem ipſum cunctis celebr... gnitum palæſtris arbor vua detinuit, lacerandumq... lit. Sic robur illud eximium ſine exemplo fiſſæ ... impar inuentum eſt. Tu viribus tuis fidis? G. Vires ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Omne immenſum laborat mole ſui. G. Vires in au-
… R. Natura ferme rerum omnium hæc eſt, vt cum ad
… peruenerint, deſcendant, idque non æquo greſſu. A-
… lentior, deſcenſus præceps, hæ quoque vires cum cre-
… non conſiſtent, & primo quidem clanculum, poſt a-
… ruent. Omnes res mortalium præter animum ſo-
… fugiunt, ſed non æque omnium fugæ veſtigia apparent,
… minus erunt animalia, quæ vel tenebris, vel tacito re-
… vel quoniam id quoq; traditur, itineris indicium caudis
… G. Corporis mei viribus glorior. R. Quid faceres tuis?
… quantarum ipſe ſis virium, iſtæ enim non tuæ ſunt, ſed
… carceris vires tui. Vanum eſt autem, cum ipſe ſis fra-
… habitaculo (dicam melius) forti aduerſario gloriari. G. Vi-
… R. Quid hic dicam niſi poeticum illud? *Non lon-
… inque lætitia locum venient querelæ.* Meminiſti, vt …
… validus, quem bis modo memoraui, de ſuis viribus in ſene-
… queritur.

§ SIMILITVDO.

… Quo vas aliquod anguſtius & breuius, eo citius exſupe-
… quiſq; viribus impotentior, eo vel in paruis rebus glorio-
… 11.

… *Potentia, Robur.*

# Viridarium.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

… Gr. παράδεισος, à *Perſico, Pardes.* Hebr. *Chan.* … ver-
… *verdier*, locus amœnus, virentibus arboribus,
… & ſtirpibus viuis conſitus.

§ SENTENTIAE PHILOSOPH.

De viridariis. DIAL. LVIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAVD.

… mihi ſunt viridaria. R. Habent hæc interdum fateor,
… aliquid voluptatis, nonnunquam etiam inhoneſtæ, æque i-
… otioſos ac voluptuoſos videas vmbroſis receſſibus delectari.
… ingenium locus excitat, & ad pœnitentiam quoſdam, alios
… continentiam, & laſciuiam exhortatur. Nec de nihilo eis, quod
… orator, dum infeſto reo adulterium obiiceret, amœna, in
… commiſſum eſſet, loca deſcripſit, quaſi ad flagitium ſtimu-
… locis ergo, ſed animo gaudendum eſt, ſi talis obtigit, qui be-
… omnibus vti norit. G. Secretis viretis affluo. R. Secretum
… viretum, & receſſum capræ quis ignorat? Pudet pigetque
… quæ itidem omnibus nota ſunt, ille ſenex Hircinus loca illa
… quibus probris infecerit. Quanto autem glorioſius arido
… Scipio Africanus vixerat; quam ſuis in voluptatibus
… Romanas? Repeto igitur. Non in locis, neque vilis
… rebus, habitat omnis veſtra felicitas. Vnde & qui
… vitam receſſuſque abditos laudarunt, ſic intelligi volue-
… animus vti ſciret, & non aliter, proinde quem tu de v re-
… colliges, expectandum erit: ac tum demum quid
… v deo. Nam ſi locis tantum gloriaris, quæ tua nu-
… non erant, & tua forſitan cras non erunt, ac ſi rite con-
… tua etiam nunc non ſunt: alieno proculdubio gloriaris?
… gloriæ tuæ locus? Quid ad te, ſi gelidæ per æſtatem Al-
… Olympus nubibus altior? Si ramoſus ac frondif x Apenni-
… Quid ſi lucidus Dicimus? Si amœnus Atheſis? Si ſonorus
… hæ ſi laudes ſunt, certe non ſunt hominum ſed locorum,
… expedit, quo lauderis. G. D coris ſpacior viretis. R.
… quænam curæ interim tuo in pectore ſpacientur. Nam
… arcula in eburnea vnguenta olida condidiſſe? quid pul-
… locis turpem animum? Quot in rupibus horridis ſanctiſſi-
… runt viri? Quod in pratis virentibus turpes adulteri mar-
… adde, quod non animis ſolum ſed corporibus vitæque
… interdum loca huiuſmodi nocuiſſe compertum eſt, non
… hauſtu aeris immodico, ſed ferro etiam occultoque impe-
… Quis non legit apud Curtium amœniſſimos nemorum re-
… & vireta illa Medorum manu conſita regum, ac Satrapa-
… m, & præcipuam (vt perhibent) voluptatem. Atqui
… iuſſu ebrii ac veſani regis adoleſcentis interfectus eſt Par-
… clarus ſenex, & (ni fallor) Macedonum primus du-
… Quis non nouit Caietani littoris flexum illum; quo nul-
… pulchrior, nullus amœnior, illic iuſſu temulenti &
… Antonii occiſus eſt Cicero. Et poterat vtcunque tanto vi-
… conuenire, vt poſtquam ſcilicet Romæ mori fato veritum
… in rure moreretur florentiſſimus oratorum, virque o-
… Sed & modus & author mortis prorſus indignus fuit.
… illis forte tunc in locis Cicero vrbanas fugiens procel-
… ad philoſophiam, vitæq; cultum ſuo more noui aliquid
cogitabat, vel Remp. miſeratus de ſtatu patriæ conceptum dolorem animi oculorum oblectatione leniebat, quando ab illo omnis hoſte virtutis immiſſi carnifices talem virum abſtulerant mundo, qualem (vt auguror) ſecula nulla reſtituent. Sic eſt igitur, loca delectabilia ſæpe inſidiis opportuna ſunt, dum licentius ibi laxiuſq; degitur, aduerſiſq; magis ſenſibus à circumſpectione periculi. Nam & laqueo denſis ſyluis feræ, & viſco volucres, facilius in armis viridibus capiuntur. G. Lætus in viridariis & curarum vacuus dego. R. Lætitia curarumq; vacuitas cautioni ſemper aduerſa eſt, dum ſua nempe quiſq; pericula, dum communem humani generis ſtatum omnes acriter cogitant, vix aut lætus valde, aut curarum vacuus quiſquam viuet, neq; locorum ſpecies, neq; opum ſpes obliuionem attulerit impendentium malorum. G. Libenter in viridariis meis verſor. R. Non hercule libentius quam apri & vrſi. Non refert autem vbi ſis, ſed quid ibi agas. Nunquam te locus nobilitauerit, ſed tu locum, neque id aliter quam præclarum ibi, & inſigne aliquid moliendo.

# Virginitas.

§ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Virginitas. Græce παρθενία, ας, ἡ & παρθένος, ὁ, virgo, παρθένιος, ὁ, virginalis dicitur. Hebr. plur. numero effertur nempe *Bethulim*, id eſt, virginitates, ſigna virginitatis *Bethulah.* virgo nubilis & incorrupta. Cognationem, habet cum *Baſchal*, id eſt, maturuit. Eſt autem virginitas per puram continentiam ab omni concubitu immunis, & in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, *ſecundum Auguſtinum.* Dicitur autem à viror, qui importat immunitatem à concupiſcentiæ aduſtione circa delectationes Venereas. *ex B. Thom ſecund Secundæ. q.* 152.

Virgo à viridiori ætate, hoc eſt, validiore, appellata eſt. Virgilius de Paſiphae matre trium filiorum dixit: *Ab virgo infelix quæ te dementia cepit.* Addita virgo aliquando ſecundum Ouid. intactam, & rei Venereæ expertè ſignificat. Ouid. *A iuuene & cupido credatur reddita virgo?* Virgo nunc nomen communis generis eſt, tam marem quam fœminam ſignificat rei Venereæ expertem. A virgo fiunt virginitas, virgineus, quod eſt aut fuit virginis: Virginalis: virginalis, dignus virgine, virguncalam veteres paruam virginem dixere.

§ BIBLICI LOCI.

Virgo deſponſata in agro vi compreſſa, & eius lex, *Deut.* 22. v. 25. 26. 27. *Exod.* 22. 16. Virgo deſponſata in ciuitate compreſſa. *Deut.* 22. v. 23. 24. Virgo nemini deſponſata compreſſa, v. 28. 29. Virgo mater Meſſia, *Matth.* 1. v. 18. 23.

Virgines in Silo rapiuntur, & quare, *Iudicum* 21. 3. Virgines in bello raptæ, ſeruandæ. *Numer.* 31. 18. in choreis raptæ, *Iudicum.* 21. 23.

Virginum officium, 1. *Cor.* 7. 34. Virginum exeuntium obuiam ſponſo, parabola. *Matth.* 25. 1 *&c.*

Virginitas commendatur, *Matth.* 19. 12. 1 *Corinth.* 7. 25 *&c.* *Apocal.* 14. 4. præfertur coniugio, 1 *Corinth.* 7. *verſ.* 3[illegible] 4. Virginitatis finis quis, 7. 15. Virginitatis merita confutans locus, 7. 28. Virginitatem filiæ quomodo teſtati parentes apud Iudæos, *Deut.* 22. 15.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Virginitas enim theſaurus impretiabilis. *Gen.* 24.

De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. 1. *Cor.* 7.

Nemo poterat dicere canticum, niſi illa quadraginta quatuor millia. Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, quocunq; ierit *Apocal.* 14.

§ SENTENTIÆ PATRVM.

Quid prodeſt integra caro, mente corrupta? Melius eſt humile coniugium, quam ſuperba virginitas. *Aug in Pſal.* 29.

Quæ eſt virginitas mentis? integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. *in Pſal.* 17.

Dominica virgo debet agnoſcere, quibus præceptis conueniat inſiſtere: vel à quantis vitiis debeat abſtinere: ſi vult in ſeculo poſita cũ Deo eſſe, & cum eodem poſt huius vitæ reſolutionem in claritate cœleſtis regnare. *lib. ad ſacr. virg.*

Dominica virgo primitus publicos debet vitare conſpectu & plateaɾum frequentiam deuitare: atq; in domo poſita operi lanifico inſiſtere, vel lectioni diuinæ. *Ibid.*

Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis aut lætis, ſed crinibus ad terram cum vultu demiſſo procedat, ne in ſe viles inducat amores, non pereat, nec aliis cauſa perditionis exiſtat. *Ibid.*

Dominica virgo ab omni inuerecundo ſermone vel riſu debet ſe penitus

Se penitus abſtinere, & cum ſilentio & diſciplina omnem vitam ſuam ornare. *ibid.*

Dominica virgo, vt docet Apoſtolus, de viduis caſta iudicare non poteſt, ſermone garrula, aut loquacitate verboſa, vel curioſitate ſuperflua, imo promptior ad luxuriam magis accenſa. *Ibid.*

Dominica virgo nec ſermonis iactantia, nec diuitiis, nec generis nobilitate ſe debet extollere, ſed in humilitate & paupertate ſpiritus Chriſto accepta, debet, quandiu vixerit, permanere. *Ibidem.*

Bona pudicitia coniugalis, ſed melior continentia virginalis vel vidualis. *de ſancta viduit.*

Dicat mihi Iudæis incredulus, quemadmodum arida virga fronduit, floruit, & nuces protulit: & ego dicam illi quomodo virgo concepit & peperit. Sed profecto Iudæus nec virgæ poterit explicare conceptum: nec ego virginis partum. *Idem de incarn. Dom. contra Iudæos.*

Quanta eſt virginitatis gratia, quæ meruit à Chriſto eligi, vt eſſet corporale Dei templum, in qua corporaliter habitauit plenitudo diuinitatis: virgo genuit mundi ſalutem, virgo peperit vitam vniuerſorum. *Amb. lib. de Offic.*

Claude vas tuum, ne vnguentum effluat, claude virginitatem verecundia loquendi, & abſtinentia gloriandi. *Amb. de virg.*

Virginitas in eo facilior eſt, quia carnis incentiua non nouit, & viduitas in eo ſolicitior, quod præteritas in eo recolit voluptates. *Hier. in epiſt.*

Flos eſt, virginitas, flos martyrium, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo. *Gr. in Ezech.*

Virginitas altus mons eſt, ad quem angelus hortatur: ſed qui videt ſe non poſſe aſcendere, maneat in Segor id eſt in legitimo matrimonio, quia melius eſt mediocri bono vti, quam per abrupta libidinum præcipitari. *Gr. in 9. Gen.*

Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repromiſſione. *Iſid. de ſum bon lib 2.*

Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior eſt gloria, maior eſt cura. Flos enim eſt ille eccleſiaſtici generis decus, atq; ornamentum gratiæ ſpiritualis illuſtrior portio gregis Chriſti. *Cypr. in l. de virg.*

Virginitas eſt ſoror angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, poſſeſſio omnium bonorum. *Ibid.*

Agnum ſequi quocunq; ierit, eſt ipſius virginitatem mentis & corporis imitari.

Gaudia virginum non ſunt eadem cum non virginibus, quamuis Chriſti, nam ſunt aliis alia, ſed nullis talia. *Auguſtin. de bono virginali, ſuper illud, Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit.*

Beatius eſt in carne vitam imitari angelorum, quam ex carne augeri numerum mortalium. Hæc eſt vberior fœcundiorq; felicitas, non ventre graueſcere, ſed mente grandeſcere, non lacteſcere pectore, non viſceribus terram, ſed orationibus cœlum parturire. *Idem epiſt. 128.*

Quæ eſt virginitas mentis? integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. *Idem ſuper Pſalm.*

Sit ſermo virginis prudens, modeſtus, & rarus non tam eloquentia pretioſus, quam pudore. Mirentur omnes te tacente tuam verecundiam, te loquente prudentiam.

Nunquam detractio ex virginis ore procedat. *Hier. ad Demet. epiſt. 67.*

Bene Angelus ad virginem mittitur, quia ſemper eſt Angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cœleſtis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere, maioris eſt meriti quam habere. Eſſe enim Angelum felicitatis eſt, eſſe vero virginem virtutis, dum hoc obtinere nititur cum gratia, quod habet Angelus ex na[illegible] vtrunque tamen & eſſe virginem, & Angelum, diuini mi[illegible]ium, non humanum. *Idem in ſerm. de aſſumpt.*

Vbiq; in virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor. Hic indiuiduus eſſe debet virginitati, ſine quo non poteſt eſſe virginitas, teritur officii pudor, audacia emicat, riſus obrepit, modeſtia ſoluitur, dum vrbanitas affectatur. *Amb. de virg.*

Trepidare virginum eſt, ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri. Diſce virgo verborum vitare laſciuiam, Maria etiam tacet in ſalutatione Angeli. *Idem ſuper Lucam c. 1.*

Virgo, quæ Chriſtum requirit, non debet eſſe vulgaris, non in foro, non in plateis, non eſſe voce querula, greſſu lubrica, auditu facilis, vilis aſpectu.

Supergreditur virginitas conditionem naturæ humanæ, per quā homines Angelis aſſimulantur; maior tamen eſt victoria virginum, quam Angelorum. Angeli enim ſine carne viuunt, virgines vero in carne triumphant. *Amb. de viduit.*

## ❡ Poeticae Sententiae.

Paul. Silentiar.

*Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ*
*Τὸν βίον ὤλεσεν ἄν, πᾶσι φυλαττομένη.*
*Τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε καί τινα κόσμῳ*
*Δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.*

*Pulchri virginitatis theſauri ſed virginitas*
*Vitam perderet, ſi ab omnibus ſeruata*
*Idcirco legitime vxorem cape & aliquem m[undo]*
*Da mortalem pro te fuge autem adulter[ium]*

Plaut. in Epidico.

*Non nimis poteſt*
*Pudicitiam quiſquam ſuæ ſeruare filiæ.*

Ouid. Metam. lib. 5. fab. 3.

*Omnia terrent*
*Virgineas mentes.*

Idem lib. 13. fab. 6. in Iphigen.

*Tunc quoq; cura fuit partes velare tegend[as],*
*Cum cadere, caſtiq; decus ſeruare pudoris.*

Idem lib. 14. fab. 8.

*Salue virginei flos intemerate pudoris.*

Ouid. epiſt. Oenones ad Parid.

*Nulla reparabilis arte*
*Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.*

Idem epiſt. Paridis ad Helen.

*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.*

Catullus in Epithalamio.

*Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,*
*Ignotus pecori nullo contuſus aratro,*
*Quem mulcent auræ firmat ſol, educat im[ber]*
*Multi illum pueri multæ optauere puellæ,*
*Idem cum tenui carptus defloruit vngui,*
*Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ,*
*Sic virgo dum intacta manet tum chara ſ[uis]*
*Cum caſtum amiſit polluto corpore florem,*
*Nec pueris iucunda manet nec chara puellis.*

Horat. Carm. l. 3 Ode 27.

*Leuis vna mors eſt*
*Virginum culpa.*

Anthol. Sac. Iac. Bill.

*Carnis virginitas intacto corpore habetur,*
*Virginitas animæ eſt intemerata fides,*
*Qua ſine corporeæ nil prodeſt cura pudoris*
*Sed mentis pietas auget vtrumq; bonum.*

## ❡ Philosophicæ Sententi[æ]

Virginitate excepta quicquid aliud in dotem accipe[re] libuerit, omne vxori retribuere. *Apul. Apolog. 2.*

## ❡ Similitudines.

*D. Chryſoſtomi.* Vt è palæſtra luctatorem: ita de[cet virginem è] paterna domo progredi, & matrimonio iungi, vt ſ[...]ritiam omnem habeat: ſitque velati fermentum, qu[od ...] mnem in ſuam pulchritudinem transferat. *Hom. ad [He]breos.*

*Quemadmodum* non ex æquo ſe res habet, ſi pu[ella ...] illius ancilla peccet: Sic paria inter ſe non ſunt virgin[um de]licta. *Lib. 3. de Sacerdot.*

*Theodorici Arch.* Vlmus etſi vinum non profert [...] vinum producentem ſuſtentat: Ita par eſt, cumq[ue ...] aliam virtutem in ſe præſtare non poteſt, in alio [...] collaudet, & admiretur, non autem impediat. *Tra[...]mach.*

*Origenis.* Sicut quondam rubus comburi videba[tur ...] non tangebat: & ſicut tres pueri in camino incl[uſi ...] tamen eos non lædebat ignis incendium, nec ad[...] eis: vel ſicut Daniele, intra lacum leonum incluſo c[...]tis allatum eſt prandium ab Abacuc. Ita hæc virgo g[...]num, ſed intacta permanſit: mater effecta eſt, ſed v[irginitatem non] amiſit. *Super Euangel. Cum eſſet deſponſata mater [...]*

## ❡ Exempla Profana.

*Apollodorus* apud Zenodotum ait: Eripham anum [...] ſe, quæ dicta ſit γραῦς ἔριφος: quod in virginitate [...] de quaſi eadem & anus eſſet per ætatem, & puella, [...] nupta: ſic in prouerbium abiiſſe.

*Eucliam* nonnulli ferunt Herculis & Myrthus M[...] ſororis Patrocli filiam eſſe: hanc in virginitate deſun[ctam ...] Bœotios & Locros: & eius per omnia fora, ara, & ſi[...] que ante nuptias ſponſi ſponſæque ſacrificant. *Plu[tarch. in Ari]ſtide.*

*Dama* à patre Pythagora ad virginitatis votum p[...] candorem inducta: virginitatem ſeruauit, & virgines [...] diſcipulas habuit quam plurimas, quas voto virgin[...] *Timaus.*

*Diodorus Socraticus* quinq; filias virgines Dialec[ticas ...] quarum vitam Philo, Carneadis magiſter, pleniſſime [...] *ertius.*

*Bona Dea* ( quæ apud Roman. Calendis Maiis c[...] Græcos Θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro filiam F[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…vt extra Gynæceium nunquam ſit egreſſa: nec no-
…blico fuerit auditum: nec virum vnquam viderit, vel
…propter quod nec vir in templum eius ingreditur,
…
…a, M. Varronis tempore, perpetua virgo fuit in pi-
…xcellens. *Plin. lib. 35. c. 11.*
…virginibus ludos Olympios ſpectare licebat, matro
…*Pauſan. l. 6.*
…pas plerumq; fœminas, dimiſſas eſſe ab inſolentiſſi-
…tantum reſpectu virginalis nominis: quod videlicet
…affirmaſſent: nefas enim exiſtimabant propter bre-
…momentaneam delectationis vmbram tantum bonũ
…malebatq; vnuſquiſq; tanti facinoris auctorem quem-
…quam ſe. *Ludou. Viues de Chriſtiana fœmina, l. 1.*

¶ HIEROGLYPHICA.

…virginitatem & caſtum animi propoſitum, per A-
…id argumento eſt: quod ipſæ homines à coitu olidos
…vt Plutarchus in præceptis coniugalibus teſtatur.
…*p. 2. 44. D.*
…perpetuo claroq; *Smaragdi virore* conſiderato, ſignum
…velint, idq; inſuper argumento addunt in patran-
…ſi quis lapidem attingat, eum ſponte frangi. *Idem l.*

¶ EMBLEMA.

Cuſtodiendas virgines.
Emblema XXII. Andr Alciat.
*…hæc effigies innuptæ eſt Palladis, eius*
*Hic draco qui dominæ conſtitit ante pedes.*
*…Diuæ Comes hoc animal: cuſtodia rerum*
*Huic data: ſic lucos, ſacraq; templa colit.*
*…nuptas opus eſt cura aſſeruare puellas,*
*Peruigili laqueos vndiq; tendit amor.*
…Caſtitas, Coniugium, *Matrimonium.*

# Virtus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Græcè ἀρετή…, & eſt animi habitus naturæ, modo, ratio-
…ſentaneus. Habetq; quatuor partes: Prudentiam, Iuſtiti-
…perantiam, & Fortitudinem. *De quibus omnibus vide lo-*

…is animæ eſt, quæ corpori moderatur, quæ affectus exci-
…itq;, & quo iuſſerit recta ratio, perducit ac dirigit, in eo-
…perans, habitum animæ comparat optimum quidem: de-
…fruitur.
…eſt animi habitus rationi rectæ conſentaneus. Recta ra-
…o eſt tum legum tum ſententiarum, quæ natura omnium
…æ ſunt. Phocilydes ait, virtutem eſſe mediam: extrema v-
…
…mediocritas duorum vitiorum, alterius ſecundum ex-
…ius ſecundum defectum. *ſec. Ariſt. l. 3. Ethic.*
…habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, quo ad
…terminata, & vt ſapiens terminaret. *ſecundum eundem.*
…viro appellata eſt. Viri autem propria maxime eſt for-
…munera duo maxima ſunt, mortis doloriſque contem-
…*Tuſc. q. l. 2.*
…eo, quod maior vis eſt in eo, quam in fœmina, & hinc
…accepit. *ſecundum. Lactant. Firmia. de opificio Dei in*
…
…perferendorum malorum fortis atq; inuicta patientia:
…fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit, factum
…rectæ animi affectiones virtutes appellentur, etſi, quic-
…contrarium eſt, virtus dicitur, diffiniturq;: Virtus eſt affe-
…*ſupra.*
…ab Hebræis *Cheſedh*, beneficentia, & *Tummah*, i. perfectio
…dicitur. Certe nulla virtus exſtat, carens integritate
…beneficentia.

¶ LOCI BIBLICI.

…pro ſanctis & honeſtis moribus, quorum fons eſt fides, 2.
…virtutis habitum non à natura omnibus hominibus com-
…nunc eſt, ſed à grata illa renouante proficiſci, docet
…*Romanorum* 12. *v.* 2. Virtutes Chriſtianæ enumerantur,
… Omnibus piis communes, in uno cumulo proferun-
…merantur. 2. *Petr.* 1. 5. *&c.* Virtutes pro edendorum illo-
…miracula excellunt, effectorum facultate, 1. *Corinth.*
… Virtus Dei, Euangelium, quo nos ſaluat, *Roma-*
…virtute Dei cuſtodimur in fide, 1. *Petr.* 1. 5. virtute in-
…*Luc.* 24. 49. virtutes operatur Deus in nobis, *Galat.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. *Gal.* 6.

Sectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. 1. *Tim.* 6.

Iuuenalia autem deſideria fuge, ſectare vero iuſtitiam, fidem, charitatem, & pacem cum his, qui inuocant Dominum de corde puro. 2. *Tim.* 2.

Fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem, vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione, 2. Petr. 1.

Qui benefacit, ex Deo eſt: qui male facit non videt Deum. 1. *Ioan.* 3.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

In hac vita virtus non eſt, niſi diligere, quod diligendum eſt, id diligere prudentia eſt: nullis inde auerti moleſtiis, fortitudo eſt: nullis illecebris, temperantia eſt: nulla ſuperbia, iuſtitia eſt. *Aug. epiſt. ad Macedon.*

Virtus eo pluris æſtimanda eſt, quo plura contemnit. Magnæ virtutis eſt cum felicitate luctari, magnæ felicitatis eſt à felicitate non vinci. *in quodam ſerm.*

Mens non poteſt habere regnum virtutum, niſi prius excuſſerit regnum vitiorum. *ibid.*

Non virtus eſt non poſſe peccare, ſed nolle, atq; ita tenere perſeuerantiam voluntatis, vt voluntas infantiam, vſus imitetur naturam. *Ambr. ſuper Luc.*

Qui deficit ſibi, vt virtuti adhæreat, amittit, quod ſuum eſt, accipit, quod æternum. *in Pſalm.* 118.

Nulla ſine labore virtus eſt, quia labor proceſſus eſt virtutis. *ibidem.*

Bonus circuitus eſt, ſi Iuſtitia quærit, prudentia inuenit, Fortitudo vendicat, Temperantia poſſidet, vt iuſtitia ſit in affectu, Prudentia in intellectu, Fortitudo in effectu, Temperantia in vſu. *de Offic.*

Omnes virtutes ſibi ita cohærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat: qui ergo vnam habet, omnes habet. *Hier. in Epiſt.*

Philoſophus gloriæ animalis, & popularis aut mancipium totam ſimul ſarcinam depoſuit, & tu reputas in virtutum culmine poſitum, ſi partem ex toto offeras? teipſum vult Dominus, *ibid.*

Sicut quibuſdam viſum eſt, vt de primis quatuor virtutibus loquar: Prudentia, Temperantia, Fortitudine, atq; Iuſtitia, quanto perfectæ ſunt ſingulæ; tanto ſibi ſunt coniunctæ: diſiunctæ autem perfectæ eſſe nequaquam poſſunt; quæ nec prudentia vera eſt, quæ iuſta & temperans, & fortis non eſt: nec temperantia perfecta, quæ fortis, iuſta & prudens non eſt: nec fortitudo integra, quæ prudens, iuſta & temperans non eſt. *Greg. in moral.*

Menſuretur perfectorum fidelium vita per quadrum & tantum habet ſpiritualis atrii latus vnum, quantum latera ſingula, quia vnuſquiſq; tantum prudens eſt, quantum temperans, fortis & iuſtus, & tantum temperans, quantum prudens, iuſtus & fortis fuerit. *homil. 29. part. in Ezech.*

Quid eſt virtus, niſi medicamentum? & quid eſt vitium, niſi vulnus? quia ergo nos, vbi de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum, vt qui virtute percutimur, vitio curemur. *in moral.*

Non eſt ad virtutem vlla talis exhortatio, qualis eſt peccatorum recordatio. *Hug. de ſer.* 8.

Sicut virtus oneroſa eſt vitio: ita virtutis amico vitioſa eſt amara voluptas. *Proſp. de vita contempl. l.* 2.

Ethicam ſcripſerunt gentium Philoſophi, in qua quaſi membra quædam virtutum de corpore bonitatis truncata pinxerunt: ſed membra viua eſſe non poſſunt ſine corpore Charitatis Dei. *Chryſ. in Matth.*

Bona magna ſunt virtutes, quibus ratione viuitur. Minima ſunt quorumlibet corporum ſpecies, quibus recte viui poteſt. Media ſunt potentiæ animi, ſine quibus recte viui poteſt. Virtutibus nemo male vtitur. Cæteris autem bonis, id eſt, mediis & minimis non ſolum bene, ſed etiam male quiſq; vti poteſt. Et ideo virtutibus nemo male vtitur, quia opus virtutis eſt bonis vſus illorum quibus & bene & non male vti poſſumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. *Auguſtinus de libero arbitrio libro. 2. capite. 2.*

Non eſt vera virtus, niſi quæ ad eum finem tendit, vbi eſt bonum hominis, quo melius non eſt, vnde virtuoſus homo res petere non debet. *Aug. de ciuit. Dei. l. 4.*

Cum renuntiatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus. Egreſſus enim malitiæ virtutis operatur ingreſſum, eodemq; ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. *Amb. & hab. 32. q. 1. Cum renuntiatur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Virtus enim colenda eſt, non imago virtutis, & colenda non eſt ſacrificio aliquo, thure aut precatione ſolenni, ſed voluntate ſola, atque propoſito.

Nam quid eſt aliud colere virtutem, niſi eam comprehendere animo, aut tenere?

Qui enim ſic virtutes colunt, vt vmbram & imagines virtutum conſectentur, ea ipſa, quæ vera ſunt, tenere non poſſunt. *Lactant. Firm. diuin. Inſtit. l. 1. c. 1.*

Seneca quoq; nullum eſſe aliud virtutis præmium, quam immortalitatem fatetur. Laudans virtutem in eo libro, quem de immatura morte conſcripſit: Vna, inquit, res eſt virtus, quæ nos immortalitate donare poſſit, & pares diis facere. Sed & Stoici, quos ſecutus eſt, negant ſine virtute effici poſſe quenquam beatum. Ergo virtutis præmium beata vita eſt, ſi virtus, vt recte dictum eſt, beatam vitam facit: non eſt igitur (vt aiunt Philoſophi) propter ſeipſam virtus expetenda, ſed propter vitam beatam, quæ virtutem neceſſario ſequitur. Quod argumentum docere eos potuit, in quo eſſet ſummum bonum.

Virtutem Stoici dicunt, quæ ſola efficiat vitam beatam, nihil poteſt verius dici.

Nullus igitur ex virtute fructus eſt, vbi virtus mortalis eſt, & caduca. Itaq; vmbram quandam virtutis videbant, ipſam virtutem non videbant. *ibid. l. 3.*

Omne igitur virtutis officium eſt, non peccare: quo profecto fungi non poteſt, qui Deum neſcit. Quoniam ignoratio eius, à quo bona oriuntur, imprudentem impingat in vitia neceſſe eſt. Itaq; vt breuius & ſignificantius vtriuſq; rei ſumma officia determinem, ſcientia eſt, Deum noſcere, virtutes colere: in illo ſapientia, in hoc iuſtitia continetur. *idem libro ſexto, capite quinto.*

Vna eſt igitur virtutis ac bonorum vita, quæ fert nos in Elyſios campos, vt Poetæ loquuntur, ſed ad ipſam mundi arcem. At læua malorum exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. *idem libro 6. c. 4.*

Nemo virtuti fauet, niſi qui ſequi poteſt. Sequi autem facile non eſt omnibus: Hi poſſunt, quos paupertas & rerum indigentia exercuit, & capaces virtutis effecit. Nam ſi virtus eſt tolerantia malorũ, non capiunt ergo virtutem, qui ſemper in bonis fuerunt: quia mala nec experti ſunt, nec ferre poſſunt aſſuetudine ac deſiderio bonorum, quæ ſola nouerunt. Eo fit, vt pauperes humiles Deo credant facilius: qui ſunt expediti, quam diuites, qui ſunt impedimentis plurimis implicati, immo concatenati & compediti, ſeruiunt ad nutum dominæ cupiditatis, quæ illos inextricabilibus vinculis irretiuit: nec poſſunt in cœlum aſpicere, quoniam mens eorum in terram prona, humiq; defixa eſt. Virtutis autem via non capit magna onera geſtantes. Auguſtus admodum eſt trames, per quem iuſtitia hominem deducit in cœlum. Hunc tenere non poteſt, niſi qui fuerit expeditus ac nudus. Nam iſti locupletes multis & ingentibus ſarcinis onerati, per via mortis incedunt, quæ latiſſima eſt, quoniam late perditio dominatur. His acerba ſunt: his venena, quæ Deus ad iuſtitiam præcepit, quæq; nos Dei magiſterio virtute ac veritate diſſerimus, quibus ſi repugnare audebunt, neceſſe eſt hoſtes ſe eſſe virtutis iuſtitiæque fateantur. *idem lib. 7. c. 1.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Silius. 13. bell. pun.

*Ille ſub hæc, turpis lenti ſolertia Martis*
*Audendo bella expedias, pigra extulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus, tu magna gerendi*
*Præcipita tempus mors atra impendet agenti.*

Silius. 1. lib. bell. pun.

*At duræ inuigilant mentes molemq; reponunt*
*Noctis opus, clauſos acuunt extrema pericli,*
*Et fractu rebus violenter vltima virtus.*

Ouidius 4. Triſt. 3.

*Materiamq; tuis triſtem virtutibus imple,*
*Ardua per præceps gloria vadit iter.*
*Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?*
*Publica virtutis per mala facta via eſt.*
*Ars tua Typhi iacet, ſi non ſit æquore fluctus:*
*Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.*
*Quæ latet, inq; bonis ceſſat non cognita rebus,*
*Apparet virtus, arguiturq; malis.*
*Dat tibi noſtra locum, tituli fortuna, caputq;*
*Conſpicuum pietas, qua tua tollat, habet.*

Heſiodus.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.
*Ante virtutem Dei ſudorem poſuerunt*
*Immortales, longa & ardua via ad ipſam,*
*Et aſpera primum: poſtquam ad ſummum peruentum fuerit,*
*Facilis deinde eſt, difficilis quamuis fuerit.*

Menander.

Ὅπλον μέγιστον ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.
*Scutum maximum eſt virtus mortalibus.*

Paul. Silentiar.

Μήτε βαθυκτεάνοιο τύχης κεφαλίζεο ...
Μήτε σέο γνάμψῃ φροντὶς ἐλευθερίην ...
Πᾶς γὰρ ὑπ' ἀστάθμοισι βίος πολλαῖς ...
Τῇ καὶ τῇ θαμινὰς ἀντιμεθελκόμενος ...
Ἡ δ' ἀρετὴ, σταθερόν τι, καὶ ἄτροπον ...
Κύματα θαρσαλέως ποντοπορεῖ βιότου.
*Neq; diuitis fortunæ eleueris imperio,*
*Neq; tuam flectat cura animi liberta...*
*Omnis enim ſub inſtabilibus vita ſ...*
*Huc & illuc frequenter exagitata*
*Virtus autem firmum quid & imm...*
*Vndas audacter tranſeat huius vitæ.*

Plaut. in Amphitr.

*Virtute dixit, vos victores viuere.*
*Non ambitione, neq; perfidia. qui minu...*
*Eadem hiſtrioni ſit lex, quæ ſummo viro...*
*Virtute ambire oportet, non fautoribus.*
*Sat habet fautorum ſemper, qui recte f...*
*Si illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu.*
*Virtus præmium eſt optimum.*
*Virtus omnibus rebus anteit profecto.*
*Libertas, ſalus, vita, res, parentes,*
*Patria, & prognati tutantur ſeruantur...*
*Virtus omnia in ſe habet, omnia aſſunt b...*
*eſt virtus.*

Plaut. in duob. captiu.

*Qui per virtutem peritat, non interit.*

Virg. AEneid l. 3.

*Ecq; iam puero eſt amiſſa cura parentis?*
*Ecquid in antiquam virtutem animoſq; ...*
*Et pater AEneas, & auunculus excitat ...*

Virg. AEneid l. 5.

*Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.*
*Adiuuat*
*Tum pudor incenditq; viros & conſcia v...*
*Exiguo numero ſed bello viuida virtus.*
*Hi proprium decus & partum indignantur*
*Ni teneant, vitamq; volunt pro laude pa...*
*Hos ſucceſſus alit, poſſunt, quia poſſe videntur.*

Idem l. 6.

*Pauci quos æquus amauit*
*Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,*
*Diis geniti potuere.*
*Et dubitamus adhuc virtutem extendere ...*

Virg AEneid l. 10.

*Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit ...*
*AEſtuat ingens*
*Imo in corde pudor, miſtoq; inſania luctu,*
*Et furiis agitatus amor, & conſcia virtus.*

Virg. AEneid l. 12.

*Diſce puer virtutem ex me verumq; labo...*
*Fortunam ex aliis, nunc te mea dextera ...*
*Defenſum dabit, & magna inter præmia d...*

Iuuenal. Satyr.

*Prima mihi debes animi bona ſanctus h...*
*Iuſtitiaq; tenax, factis dictiſq; merens.*

Ouid. Metam. l. 10. fab. 1.

*Nec virtus citra genus eſt.*

Idem. l. 14 fab. 4.

*Inuia virtuti nulla eſt via.*

Ouid. Triſt. l. 3. eleg. 11.

*Subruere eſt arces & ſtantia mœnia virtus,*
*Quilibet ignaui præcipitata premunt.*

Ouid. de Pont. l. 2. eleg. 2.

*Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua virtus,*
*Et talis meriti gratia maior erit.*

Ouid. de Pont. l. 4. eleg. 4.

*Excitat auditor ſtudium laudataq; virtus*
*Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.*

Ouid. Faſt. l. 2.

*Fraude perit virtus.*

Hor. l. Carm. Od. 18.

*Non ebur, neq; aureum*
*Mea renidet in domo lacunar:*
*Non trabes Hymettiæ*
*Premunt columnas, vltima recisas*
*Aphrica: neq; Attali*
*Ignotus hæres regiam occupaui:*
*Nec Laconicas mihi*
*Trahunt honeſtæ purpuras clientes.*
*At fides, & ingenii*
*Benigna vena eſt: pauperemq; diues*
*Me petit nil ſupra.*
*Deos laceſſo nec potentem amicum*
*Largiora flagito,*

... beatus Vnicis Sabinis.

Hor.Carm.l.3.Od.2.

*Virtus repulſæ neſcia ſordidæ*
*Intaminatis fulget honoribus:*
*Nec ſumit, aut ponit ſecures*
*Arbitrio popularis auræ.*
*Virtus recludens immeritis mori*
*Cælum, negata tentat iter via:*
*Cœtusq; vulgareis, & vdam*
*Spernit humum fugiente penna.*
*Eſt & fideli tuta ſilentio*
*Merces, vetabo, qui Cereris ſacrum*
*Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem*
*Sit trabibus fragilemq; mecum*
*Soluat phaſelum ſæpe Dieſpiter.*
*Neglectus, inceſto addidit integrum,*
*Raro antecedentem ſceleſtum*
*Deſeruit pede pœna claudo.*

Hor.Carm.l.4.Od.4.

*Fortes creantur fortibus & bonis,*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus: nec imbecillem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*
*Doctrina ſed vim promouet inſitam,*
*Rectiq; cultus pectora roborant:*
*Vtcunq; defecere mores.*
*Dedecorant bene nata culpæ.*

Idem Od.94 Carm.

*Non poſſidentem multa vocaueris*
*Recte beatum: rectius occupat*
*Nomen beati, qui Deorum*
*Muneribus ſapienter vti.*
*Duramq; callet pauperiem pati,*
*Peiusq; letho flagitium timet*
*Non ille pro charis amicis.*
*Aut patria timidus perire.*

Hor.l.1 epiſt.1.

*Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
*Eſt animus, tibi ſunt mores, & lingua fideſq;*
*Plebs eris. At pueri ludentes, rex eris, aiunt,*
*Si recte facies; hic murus aheneus eſto:*
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*

Idem epiſt.2.

*Rurſus quid virtus & quid, ſapientia poſſit,*
*Vtile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem:*
*Qui domitor Troiæ, multorum prouidus vrbes,*
*Et mores hominum inſpexit, latumq; per æquor,*
*Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa*
*Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis,*
*Syrenum voces, & Circes pocula noſti:*
*Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſq; bibiſſet,*
*Sub domina meretrice fuiſſet turpis & exors,*
*Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.*

Hor.epiſt.l 1.ad Numi.

*Si latus aut renes morbo tentantur acuto.*
*Quære fugam morbi: vis recte viuere: quis non?*
*Si virtus hac vna poteſt dare, fortis omiſſis*
*Hic age deliciis.*
*Oderunt peccare boni virtutis amore.*
*Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.*
*Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu*
*Rector Thebarum, quid me perferre patiq;*
*Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem,*
*Lectos, argentum: tollas licet. In manicis, &*
*Compedib. ſæuo te ſub cuſtode tenebo.*
*Ipſe Deus ſimulatq; volam me ſoluet opinor,*
*Hoc ſentit, moriar, mors vltima linea rerum eſt.*

Idem epiſt.19.

*Virtus eſt medium vitiorum vtrinq; reductum.*

Idem epiſt.21.

*Maiores pennas nido extendiſſe loqueris.*
*Vt quantum generi demas, virtutibus addas.*

Hor.epiſt.l.2.epiſt.2.ad Iul.

*I bone, quo virtus tua te vocat i, pede fauſto,*
*Grandia laturus meritorum præmia. Quid ſtas?*

Iuuen.Sat.1.

*Probitas laudatur & alget.*

Idem Sat.10.

*Maior famæ ſitis eſt, quam*
*Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipſam,*
*Præmia ſi tollis?*

B Mant.Epigram.ad Falcon.

*Sed propera longo Lacheſis iam feſſa labore,*
*Cogitat immitti rumpere fila manu.*
*Poſt obitum benefacta manent, æternaq; virtus*
*Non metuit, Stygiis ne rapiatur aquis.*

Cic.l.6.epiſt.fam.ad Leptam.

Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐςὶν ἑλέσθαι,
*Nanciſci vitium cumulatim & ſumere promptum eſt.*
*Quo breue ducit iter, nihil eſt [illegible] illo,*
*Virtuti contra ſudorem numina diuum*
*Oppoſuere, viamq; aſpram, longamq; dederunt.*

Virtus intrepida.

*Sicut enim trepidare facit mens conſcia culpæ:*
*Sic animi ſimplex probitas, & cognita virtus*
*Efficit impauidum pectus: fugit impius vltro,*
*Iudiciumq; pauet, frontem pius audet apertam*
*Tollere: non regis vultum, non iudicis ora,*
*Non rigidos lictorum enſes formidat: vt acres*
*Non metuit flammas, aurum, non verbera ferri*
*Dura potens Adamas, nec onuſtæ pondera palma.*
*Arx eſt ipſa ſibi virtus, ipſa eruit arces:*
*Ipſa feras, hominemq; domat, non horret inermis*
*Ire per hoſtiles cuneos, inimicaue caſtra,*
*Hoc externa docent & noſtræ plurimis gentis,*
*Quæ facerent exempla fidem: cur Scæuola dextram*
*Miſit in ardentes prunas, & brachia flammis*
*Exurenda dedit? pauor eſt tot millibus vnus,*
*Quem propriis virtus gladiis armauit & haſta.*
*Cur tranauit aquas, Tiberinaq; flumina virgo,*
*Cui populus ſtatuam poſuit Romanus equeſtrem?*
*Chalsa quo Clypeo Fuſcum, quibus enſibus hoſtem*
*Vicit: ei lorica fuit catapultaq; virtus:*
*Fortior vna viris ducibus præſtantior vna,*
*Cautior vna fuit mulier, cui prouida virtus*
*Præſtitit ingentes animos, & ferrea corda:*
*Quum ducis auſa fuit correpto guttura ferro,*
*Stringere & in petram caput inſertare tyranni,*
*Regulus ad Libycas iterum freta nauigat arces,*
*Impauidumq; caput grauia ad tormenta reportat:*
*Prætereo Chriſti paſſos immania teſtes*
*Funera Laurentiq; ignes, Pauliq; catenas.*
*Aſpice ridentem Siculi mandata tyranni*
*Zenonem, & regis verſos in vulnera ciues.*
*Sed quid rem minime dubiam fulcire probando*
*Proſequimur? nihil eſt virtute potentius. Ergo, &c.*

Ex Sil.Ital.15.l. virtus loquitur.

*Mecum honor, & laudes, & læto gloria vultus,*
*Et decus & niueis victoria conſolor alis:*
*Me cinctus lauro perducit ad aſtra triumphus:*
*Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates.*

Maphæus in Virg.l.13.

*Vehet ſuper æthera virtus.*

Virtus æterna poſſeſſio.

*Sola immortalis probitas, virtuſq; ſub orbe,*
*Et quæ poſteritas carmina pacta probat,*
*Exemplum vobis imitabile ſumite quæſo,*
*Continuus vobis quo ſit in orbe labor.*
*Nil ſupereſt de me quando omnis terra dehiſcit,*
*Quam quod nunc vobis mortuus ipſe loquor.*
*Mortuus & viuus vates æternus in orbe eſt:*
*Et qui virtutis ſtemmata clara colunt:*
*Prima ætas puero fuerat mihi phlegmate plena:*
*Sanguineo ſubiit mox iuuenilis honos:*
*Tertia deinde virum fecit prudentib. annis*
*Quarta melancholico iam mihi vita venit.*

Pictor.Poeta ad Paul.Caſtell.

*Quomodo ſcintillam flanti ſi adiuueris ore,*
*Continuo magnas elicis inde faces:*
*Inſita ſic animis virtutum ſemina cum quis*
*Excitat, vbertim luxuriare facit.*
*Dum potes, hæc omni ſtudio cole, ſæpe morantem*
*Agricolam glebas rumpere, fallit ager.*
*Humana formicam imitans, iam conſule brumæ.*
*Bruma hominis vita eſt vltima Paule dies.*

Sophoc.in Eriphyle.

Ἀρετῆς βέβαιαι δὲ εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι.
*Virtutis autem ſola conſtans, perpetuaq; eſt poſſeſſio.*

Erup.in Androm.

Οὔτοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν
Ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται χρόνος.
Ἁ δ' ἀρετὰ καὶ θανοῦσι λάμπει.
Οὐ τὸ νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον,
Καὶ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴ βροτοῖς
Νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.
*Neutiquam reliquias bonorum virorum aufert tempus*
*Sed virtus etiam morte peremptis lucet.*
*Non numiſma ſplendens argentum ſolum.*

*Et uirum eſt ſed virtus hominibus*
*Secreta recondita eſt omnibus, qua uti conuenit.*
Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται,
Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
Ἅπαντα φροῦδα συνθανόντ' ὑπὸ χθονός.
*Virtus autem, etſi moriatur quis, non interit,*
*Sed viuit corpore non amplius exſtante: malis autem*
*Cuncta ſimul euanida commoriuntur ſub terra.*

Ex Iambis Monaſtichis.

Τὸ μεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη.
*Penus virtutis eſt temperantia vel ſola.*
Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.
*Arma potentiſsima ſunt hominibus virtus.*

Virtus immortalis.

*Diſcite virtutem iuuenes: nam ſola beatos*
*Nos facit, & dira non timet arma necis,*
*Fortunæ minas, aut ſæui ſpicula fati,*
*Quæq; facit tremula curua ſenecta manu.*

Parenæſis ad virtutem veram.

*Heu miſeris quicquid miſero blanditur in ore,*
*Illico marceſcens, vt roſa verna cadit.*
*Nec quenquam placidis adeo complectitur vlnis*
*Sors vt non aliqua parte moleſta premat.*
*Imbibe virtutes, & inania gaudia ſperne,*
*Sunt animi, comites gaudia vera boni.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Nunc omnes, qui virtutem definiunt, cum habitum eam eſſe dixerunt, & in quibus cernatur: eum habitum eum eſſe adiungunt, qui recte rationi ſit conſentaneus. *Lib.6.Ethic.c.13.*

Omnes quodammodo diuinare & augurari videntur, habitum eum virtutem eſſe, qui prudentia dirigatur. Sed tamen parua facienda mutatio eſt. Neque enim ſolum virtus eſt habitus, qui prudentiæ ſit conſentaneus: ſed is potius, qui ſit cum recta ratione coniunctus. Recta autem de his rebus recta ratio iam nomen habet prudentiæ. *ibid.*

Hoc confitendum eſt, virtutem omnem, in quo ipſa ſit, eum probe affectum reddere, officiumq; ac munus eius, in quo ipſa ſit, probe exequi: vt virtus oculi & ipſum oculum integrum efficit, & munus eius perfectum: virtute enim oculi probe cernimus. *Libr.2.Ethic.c.6.*

Sua quidq; virtute recte abſoluitur & expletur. *Lib.1.Eth.c.7.*

Virtus eſt bonarum rerum conciliatrix, & conſeruatrix facultas. *Lib.1.Rhet.c.9.*

Iis hominibus, qui ſunt ſtudioſi honeſtatis, ea voluptatem afferunt, quæ vt ſua iucunda ſunt. Quo in genere ſunt, quæ virtuti congruunt actiones. *Lib 3.Ethic.c.8.*

Per virtutes homines bene inſtituti compoſitique euadunt: & efficientes ſunt honorum, conciliatriceſque. *Lib.1. Rhetoricorum, capit.6.*

Virtutis merces ac finis optimum quiddam eſt, diuinum & beatum. *Lib.1 Ethic.c.9.*

Nulla in re mortalium tanta ineſt firmitas, tanta conſtantia, vt in iis rebus quæ virtute geruntur. Multo enim ſcientiis ipſis ſunt firmiores & ſtabiliores: quarum vt quæq; præſtantiſſima eſt, ita ſtabilis maxime, *Lib.1.Ethic.10.*

Alias virtutes in ratione eſſe dicimus: alias more perfectas. In ratione ſunt, vt ſapientia, vt ſagacitas: more perfectæ, vt liberalitas, vt temperantia *Lib.1.Ethic.c.13.*

Nulla omnino mortalium virtutum ingenerata nobis natura. *Lib.2.Ethic.c.1.*

Non à natura, neq; præter naturam in nobis inſunt virtutes: ſed nati factiq; ſumus ad eas, & percipiendas natura, & efficiendas conſuetudine. *ibid.*

Virtus moralis omnis inhæret voluptatibus ac dolorib. *Lib.2.Ethic c.3.*

Eſt ſimplex virtus, omnigenum vitium. Eſtq; virtus habitus animi iudicio ſuſceptus, in mediocritate poſitus; ea quæ nos attingit rationeq; ſic definita, vt prudens præſcripſerit. *Lib.2 Ethic.c.6.& l.1. Mag.Mor.c.24.*

Virtus natura ſua & definitione, qua quid ſit explicatur, mediocritas intelligitur, rei vero optimæ perfectæq; ratione extremitas, *ibid.*

Virtus ipſa, itemq; vitium in noſtra ſunt poteſtate. *Libr.3.Ethic.cap.5.*

Virtutum omnium iucundæ non ſunt actiones: niſi quatenus finis copulatus coniunctuſq; aſciſcitur. 3.*Ethicorum, cap.9.*

Virtus eſt honorabile bonum, eam vbi ab ipſa factus ſtudioſus euaſerit quiſpiam: tum etiam virtutis habitum induiſſe certum eſt. *Lib.1.Mag Mor.c.2.*

Virtus omnium principium conſeruat: vitium labefactat. *Lib.7. cap.8.*

Virtutis & morum laus omnis in animi iudicio & voluntate conſiſtit. *Lib.8.Ethic.13.*

Virtutis & beneficentiæ merces eſt gloria, inopiæ & indigentiæ præſidium quæſtus, *Lib.8.Ethic.c.14.*

Eſt virtus & vir bonus, menſura rerum om[…] *rum, cap.4.*

Omnis virtus honeſta eſt, & ad honeſtum […] *cap.21.*

Neq; in poteſtate & imperio virtus ac […] ctiones proficiſcuntur, poſitæ ſunt. *Lib.10.Eth[…]*

Habet cum perturbationibus moralis virtu[…] cium, *Lib.10.Ethic.c.8.*

Si virtutes morales in perturbationibus […] quod ex anima & corpore concretum eſt, […] *dem.*

Non ſatis eſt virtutem habere cognitam, […] habere eam, & colere poſſimus. *Lib.10.Ethic.[…]*

Neq; virtus aut vitium commutationes […] eſt, & abſolutio quædam. *Lib.7.de Natura[…]*

Nullum præclarum facinus nec viri, nec […] tute atq; prudentia. *Lib.7.de Repub.ca[…]*

Virtus in eo poſita eſt, vt bonis rebus gaude[…] doleamuſq; contrariis. *Lib.8 de Repub.c.5.*

Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δ' ἐπὶ […] στὼς ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι.

Statua quidem in ſua baſi, virtutis ſtudioſus […] poſito nixus, immotus eſſe debet. *Socrates.*

O virtus ardua, laborioſaq; generi human[…] inuentio! Tuam, o virgo! ob venuſtatem, […] ptabilis habetur mors, ac labores vehemen[…] ti. Talem pectori inſeris fructum immorta[…] & parentibus, & leuiſſimo ſomno. Tua ve[…] ue ſatus Ledæque filii multa perpeſſi ſunt, […] declarantes. *Hym.Ariſt.in laud.virtut.*

Quemadmodum vehere laudibus, quæ pulch[…] turpia, vituperare decet: Sed inter pulchra […] ter turpia vero vitia primatum tenent. Lauda[…] do virtus, ſed cauſæ quoque, & comites, […] mine virtutis: vt contra reprehendi contra[…] tem animæ partes, qualiter opinatur Plato, […] illius: qua de agendis omittendiſque diſp[…] tus eſt, qua ſuſtinentur infeſta, & manſue[…] adſciſcendis idoneis cupiditas regitur, […] communeſque partium omnium harum iu[…] magnanimitas. Totidem rerum earum oppo[…] ciendo recto, ſtultitiam, in arcendo infeſto […] am, in adſciſcendo idoneo, proteruitatem […] communeſque partium earum omnium inuſtitiam, […] tatem, animique prauitatem eſſe oportet. […] animus rite compoſitus vt ſit, placidiſque ac […] motibus vt feratur, omneſque per partes […] dicimus, velut harmonia vt conſonet: effi[…] taque Reipublicæ ſimilis virtuoſus animi […] vero virtutis & hoc, beneficiis dignos affice[…] ſua dignari, odiſſe malos: tum nec pœnæ, […] dum eſſe, ſed miſericordiam clementemq; […] ratum.

Comites virtutis, probitas, æquitas, candor, […] nus alia ſunt: qualis eſt familiarium, amicorum […] ſpitum, hominum denique bonorum præſertim […] dem laudatorum de numero ſunt omnia. V[…] riis per omnia præditum eſt moribus, con[…] ne contraria, omnia vero, quæ vitio inſunt, […] tur, in ordinem eorum, quæ reprehenduntur, […] *riſt.*

Τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων μᾶλλον […]

Cum labore coniuncta magis quam cum vo[…] ferre ad virtutem. *Pythagoras Samius.*

*Idem ait*, optimam nobis vitam eſſe diligendam, […] mox ipſa conſuetudo ſit effectura. Diuitiæ an[…] ria etiam infirmior, corpus itidem, magiſtratus, […] hæc imbecilla, & viribus deſtituta. Quæ ergo a[…] Prudentia, Magnanimitas, Fortitudo: eas nulla […] Hæc Dei eſt lex, virtutem ſolam eſſe, quæ potens, […] ra omnia nugas & ineptias.

Quicunque enim vitæ curſum hoc itinere […] pſam virtutem ingenue adire potuerunt: qua […] non conſtantior eſt vlla: pulchritudo enim vel […] tempore flacceſcit: diuitiæ vitiorum ſunt potius, […] miniſtræ, facultatem nempe deſidiæ præbentes, […] iuuenes excitantes. Robur prudentiæ coniunctum […] ne illa vero ſæpius eum, qui id habet, offendi[…] quidem eorum, qui exercent, adornat, induſtriam […] obſcurat

Virtutis autem poſſeſſio, quorum bona fide […] coaluerit, ſola conſeneſcit: diuitiis potior, […] ſplendore. Quæque fieri nequeunt ab aliis, ille […] dens, & multitudini metuenda conſtanter exp[…] dedecus, laborem, laudem, arbitratur. Hoc cog[…] ex gloria certaminum Herculis, operumque à T[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m præſtantia tantum laudis inſigne operibus adiecit: …porum poſteritas, rebus, quas geſſerunt, offundere ne… …lionem. *Iſocrates ad Demonicum. Thomas Morus*

…ua ex animo tollenda ſunt. Non dabit ſe in has anguſti… …*ec. epiſt* 89.

…lit hominem, & ſupra aſtra mortales collocat: nec ea, …t mala vocantur, aut cupit nimis, aut expaueſcit. *Idem*

…s enim natura dedit fundamenta, ſemenq; virtutum. *I-* …

…gna, vrbes, prouincias temperat, fert leges, colit amicitias, …uos liberoſque diſpenſat officia, modo arcto fine cir… …pertatis, exilii, orbitatis. Non tamen minor eſt, ſi …igio in priuatum, ex regio in humilem ſubducitur, ex …tioſo iure in anguſtas domos vel angulos coit. *Idem e-*

…bi videtur, qui dixit gratior eſt pulchro veniens è cor… Non enim vllo honeſtamento eget, ipſa magnum ſui …orpus ſuum conſecrat. Poteſt ex caſa vir magnus orire… …mi humilique corpuſculo formoſus animus, ac liber & …*em. epiſt.* 67.

…laudabilis virtus eſt in corpore valido ac libero poſita, at… …bido ac vincto. Ergo ob tuam virtutem non magis lau… …corpus tuum integrum fortuna præſtitit, quam ſi ex ali… …mutilatum. Alioquin erit ex ſeruorum habitu dominum … Omnia enim iſta, inq; dominium caſus exercet ſerua ſunt. …orpus & honores imbecilla ſunt, fluida, mortalia, poſſeſſi… …te. Si hucuſq; perueneris, vt magis diligas integrum om… …mbris & illæſum, quam debilem, & luſcum, paulatim fa… …um eo vſq; procedet, vt è duobus æq; iuſtis & prudentibus …n & criſpum malis. Sed quis vnquam cenſuram inter fi… …t filium ſanum, quam ægrum magis diligat? procerum & … quam breuem ac modicum? *ibid.*

…poſſeſſio, nulla vis auri & argenti, pluris quam virtus æſti… …*d. Sen. in epiſt.*

…quiſq; commendat virtutem, in qua viget: & reprehendit vi… …quo deliquit. *ibid.*

…a beneficia in luce ſe collocari volunt, ſed tamen nullum …m virtuti conſcientia maius eſt. *Ibid.*

…n hominis bonum ipſa virtus eſt, quæ inter hanc fortunam, …perbia incedit, cum magno vtriuſque contemptu. Virtus …ducemque deſiderat, ſed ſine magiſtro vitia diſcuntur. *I-*

…non virtus & viuo & mortuo retulit gratiam, ſi illam bona …eſt fide. *ibid.*

…madmodum minuta lumina claritas ſolis obſcurat: Sic do… …ſtitias, iniurias, virtus magnitudine ſua elidit atq; oppri… …magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtu… …derint, quam in mari. *ibid.*

…præcluſa eſt virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes …non eligit dominum, non cenſum, nudo homine contenta …

… autem ſummum bonum in virtute ponunt, præclare illi …: ſed hæc ipſa virtus amicitiam gignit & continet, nec ſine …amicitia eſſe vllo pacto poteſt. *Cic. lib. de Amicit. in prin-*

…te enim ipſa non tam multi præditi eſſe quam videri volũt, …ectat aſſentatio.

…il virtute amabilius, nihil eſt, quod magis alliciat homines ad …tum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam, …nquam videmus, quodammodo diligamus.

…enim iſti ſunt audiendi qui virtutem duram & quaſi ferre… …volunt.

…eſt tam abſurdum, quam delectari multis rebus inanibus, vt …t honore, vt ædificio, vt veſtitu, cultuq; corporis: Animo au… …ute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare …non admodum delectari?

…tus enim ingenii & virtutis, omniſq; præſtantiæ tum maxi… …itur, cum in proximum quenq; transfertur.

…e virtute nec amicitiam, nec vllam rem expetendam conſequi …

…ma culpa eſt in eo, qui & virtutem aſpernatur, & in fraudem …io impellitur.

…nino eſt amans ſui virtus, optime enim ſe ipſa nouit, quanq; …lis ſit, intelligit.

…honor, vt ita virtutem locetis (ſine qua amicitia eſſe non po… …ea excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. *Cic. lib. de …c. in princ.*

…d mihi nec diuturnum quicquam videtur, in quo eſt aliquid …am, cum enim aduenit id, illud tuum quod præteriit, eſt flu… …m remanet id, quod virtute & recte factis conſecutus ſis. …vero clarorum virorum poſt mortem honores permanerent, ſi …um ipſorum animi efficerent, quo diutius memoriam ſui …us. *Cic. de Seneƈt.*

Sic igitur, ſi quid de Corinthiis tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſupellectilem ſaluam: virtutem autem ſi vnam amiſeris (etſi amitti non poteſt virtus) ſed ſi vnam confeſſus fueris te non habere, nullam te eſſe habiturum. *Cic. l. 2. Tuſc. Quæſt.*

Etſi hoc quidem commune eſt virtutum. Omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. *ibid. l.* 3.

Pleræq; enim quæſtiones, quæ ad vitam moreſque pertinent, à virtutis fonte ducuntur. Quando igitur virtus eſt affectio animi conſtans conueniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe ſua ſponte, & ſeparata etiam vtilitate, laudabilis: ex ea proficiſcuntur honeſtæ voluntates, ſententiæ, actiones omniſque recta ratio: Quanquam ipſa virtus breuiſſime recta ratio dici poteſt. Huius igitur virtutis contraria eſt vitioſitas. *ibid. l* 4.

Illa enim, ſi modo vlla eſt virtus, omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter ſe habet, eaque deſpiciens, caſus contemnit humanos, culpaque omni carens, præter ſeipſam nihil cenſet ad ſe pertinere. At nos virtutem ſemper liberam volumus, ſemper inuictam: quæ niſi ſint, ſublata virtus eſt. Atqui ſi in virtute ſatis eſt præſidii ad bene viuendum, ſatis eſt etiam ad beate: ſatis enim certe eſt in virtute, vt fortiter viuamus: ſi fortiter etiam, vt magno animo, & quidem, vt nulla re vnquam terreamur, ſemperque ſimus inuicti. ſequitur, vt nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet, ergo omnia profluenter, abſolute, proſpere: igitur beate, ſatis autem ad fortiter viuendum virtus poteſt: ſatis ergo etiam ad beate. Etenim vt ſtultitia, etſi adepta eſt, quod concupiuit, nunquam ſe tamen ſatis conſecutam putat: ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt, quod adeſt, neque eam vnquam ſui pœnitet. *ibid. lib. Vlt.*

Qui virtutem habet, is nullius rei ad bene viuendum indiget.

Sæpe virtus & magnificentia in quo grauitas & authoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commouendam, quam humilitas & obſecratio. *Cic. Rhet. Vet. lib.* 1.

Præmia virtutis, & officia ſancta & caſta eſſe oportet, neque ea aut cum improbis communicare, aut in mediocribus hominibus promulgari. *ibid. l.* 2.

Nemo erit, qui cenſeat virtute recedendum eſſe.

Nulla vtilior res eſt incolumitate: virtutibus vti nemo poteſt, qui ſuas rationes in tuto non collocauit.

Virtus nullo tempore relinquenda eſt. *Cic. Rhet. non. l.* 3.

Difficile eſt primum virtutes reuereri: qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus: liber is exiſtimandus eſt, qui nulli turpitudini ſeruit.

Omnes bene viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ, propterea quod ſola virtus in ſua poteſtate eſt. Omnia, præter eam, ſubiecta ſunt fortunæ dominationi. *ibid. l.* 4.

Ei non multum poteſt obeſſe fortuna: qui ſibi firmius in virtute quam in caſu præſidium collocauit. Nam ſi quis ſpei non multum collocarit in caſu, quid eſt, quod ei magnopere caſus obeſſe poſſit?

Diuitias ſine diuitum eſſe, tu vero virtutem præfer diuitiis: nam ſi voles virtutem cum diuitiis comparare, vix ſatis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pediſſequæ ſint *ibid. l.* 4

Contentum vero ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſſimæque diuitiæ. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata & areas quaſdam magna æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur? Qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites; ſoli enim poſſident res, & fructuoſas, & ſempiternas, ſolique (quod eſt proprium diuitiarum) contenti ſunt rebus ſuis.

Quod honeſtum & cum virtute eſt, id ſolum opinor bonum.

In quo virtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate viuendum puto.

Neſcis inſane, quantas vires habeat virtus, nomen tantum virtutis vſurpas, quid ipſa valeat, ignoras. *Cic. in Paradox.*

Beatus autem eſſe ſine virtute nemo poteſt.

Nihil eſt enim virtute amabilius, quam qui adeptus erit, vbicunq; erit gentium, à nobis diligetur. *Cic. l.* 1. *de Nat. Deor.*

Virtus clara æternaque habetur.

Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent. *Saluſt. in Catilin.*

Vbi diuitiæ honori ſunt, & eas gloria, imperium, potentia ſequitur, hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci incipit, *Saluſt. in Catilin.*

Itidem abſurdum eſt, vna ſola virtute vitam fieri beatam dicere, quoniam quum virtus abeſt, beata eſſe vita nunquam poteſt. *Aul. Gell Noƈt. Att. l.* 17.

Virtus autem (vt iſti dicunt) non acceſſio, neque ſupplementum ſed ſola ipſa vitæ beatæ inſtar eſt & propterea vitam beatam ipſa ſola, cum adeſt, facit, *Aul. Gell. ibid.*

Facilior virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem tranſitus eſt.

Virtutis vberrimum alimentum eſt honos.

Eneruos animos odiſſe virtus ſolet. *Val. Max. lib.* 2.

Magno vbique pretio virtus æſtimatur.

Apud antiquos maiorum effigies in prima parte ædium poni ſolebant, idcirco vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.

Eleuet aliquis præmia virtutis, cum animaduertat fortes viros felicius ſepeliri, quam ignauos. *Val. Max. l. 5.*

Nihil eſt igitur, excepta virtute, quod mortali manu & animo immortali quæri poſſit. *Val. Max. l. 5. ibid.*

Virtutem quidem omnes planè amant: ſed quia per labores comparatur, multi quaſi reſiliũt. namq; adipiſcendi ſpes dubia eſt: in adipiſcendo labores manifeſti ſunt. Quòd ſi virtus quaſi corpus perſpici poſſet, homines eam fortaſſe minus negligerent: quia ſicut à ſe illam, ita ſe ab illa videri intelligerent. Quilibet enim quum ab amato videtur, ſeipſo meliore exiſtit. Nam nec turpia nec indecora dicit aut facit, ne ab illo videatur. Nunc verò probra multa & flagitia palam admittunt, quòd ſe à virtute videri non putent: quippe quum eam ipſi minimè perſpiciant. Illa verò vbiq; adeſt, nam immortalis eſt: &, vt quiſque erga ſe fuerit, honore bonos, ignominia, malos afficit. Quod ſi ab ea ſe conſpici noſſet, labores atque doctrinam quibus illa, quamuis ægrè, capitur, adirent, & ipſum acquirerent. *Xen. l. de venat.*

Non ex rerum euentu, ſed quo conſilio, queue delectu quid fiat, virtutem perpendere forteſq; & illuſtres inde viros ſpectare oportet. *Diodor. Sicul. Antiquo libro vndecimo.*

Quæ armis præclara facinora victoriæq; parantur, plerunq; fortunæ vel ipſi tempori adiudicari ſolent. Verum ſecundas res modeſtè, temperanter, humanè perferre, id certum propriumque virtutis exiſtit documentum, in animis fortunatorum ſitæ. *idem. l. 13.*

Res præclaras aggredi arduum pauciſq; datum. *Dionyſ. Halic. libro 9.*

Nulla non virtute ſuperatur humanarum virium modus. *Liu. Decad. 1. l. 4.*

Quod pulcherrimum idem tutiſſimum eſt, in virtute ſpem poſitam habere. *idem Decad. 4. lib. 4.*

Nihil inexpertum eniti. *Curt. libr. 5.*

Nihil tam altè natura conſtituit quo virtus non poſſit eniti. *libro ſeptimo.*

Diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis eſt: virtus clara æternaq; habetur. *Salluſt. de coniur. Catil.*

Ea ſola neque datur dono, neque accipitur. *idem de bel. Iugurth.*

Virtus eſt proprium hominis bonum. *Tacit. hiſt. l. 4. Annal.*

In electione eorum qui Rempub. ſunt gubernaturi. Natura cenſebat virtutem cuiuſq; non patriam exiſtimari & ponderari oportere. *Dion. in Nerua.*

Virtuti ingenium vſuſq; bonæ militiæ pæne ſat. *Sex. Aur. Vict. in Diocletiano.*

Nemo vnquam peruenit ad virtutum ſummum iam maturus niſi qui puer ſeminario virtutum generoſiore concretus inclytum deſignauit. *Fl. Vopiſ. in* Probo.

Virtus & ars multitudini antecellit. *Xiphilin. in Pomp.*

Virtutem cuiuſq;, non patriam, exiſtimare & ponderare oportet. *Idem. in Nerua.*

Nullo faſtidioſo aditu virtus excitata ingenia viuida ad ſe penetrari patitur, neq; hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum malignumue præbet: ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quàm quod dignitatis attuleris, æſtimat. Inque caput bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, vt quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas. *Valer. Max. l. 3. c. 3.*

Magno vbiq; pretio virtus æſtimatur. *idem, lib. 5 c. 4.*

Nihil eſt excepta virtute, quod mortali animo ac manu immortali quæri poſſit. *Idem, lib. 5. c. 6.*

Æuum impedimento virtuti non eſt, ea facilè mutatur corrupto per licentiam ingenio. *Aurel. Vict. de Cæſarib.*

Vt in periculis virtutem impigram eſſe conuenit & audacem, ita (quum res poſtulat) regibilem & conſultam. *Ammia. Marcell. libro 16.*

Virtus etiam in calamitate multum vel apud hoſtes momenti habet. Ignauiam vero, etiam ſecundis in rebus extremo contemptu Romani dignam iudicant. *Zonar. Ann. tom* 12.

Nemini non virtus eſt venerabilis, ſiue ſit peregrinus, ſiue incola, ſiue Græcus, ſiue diuerſæ à Græcis linguæ, ſiue Scytha. Nam hæc ſola ſui ſtudioſos ornare ſeruareq; poteſt. *Conſtant. Manaſſ. Ann. pag. 77.*

Virtus ſeipſa freta, & ſui fiducia ferè imperterrita, ſeipſa contenta eſt, ſemper ſibi conſtat. *P. AEmil. l. 7.*

Longè plurimum præſidii mortalibus repoſitum eſt in virtute. *Eodem l.*

Vbiq; virtus inuidos vrit, à calumniatoribuſq; oppugnatur. *idem, l. 10.*

Aliena virtus vel falſo etiam fulgore hoſtib. ſæpe timorem præbet, animuſq; vel aduerſo ſucceſſu conſternatus plerunq; ad alieni metus imaginem vel falſo conceptam erigit. *P. Iouius. hiſt. l 3.*

Nihil intereſt virtutis, equis an nauibus, terra an mari dimicet. *Lu. Flo. l. 2. c. 2.*

Vir prudens etiam hoſtis virtutem reuere...
nem acerrimum inimicum Philippus beatum ...
ret: Si quis Athenienſibus, Athenis degens, ſe ...
cit, eum ego argento emerim, amicitia verò me...
quis verò propter patriam me odit, eum ego ...
murum, & nauale, & vallum oppugno: ſed ...
admiror, & vrbem propter eam poſſeſſionem ...
*Nicephor. Greg. hiſt. l. 9.*

Cui generoſa indoles à maioribus innata eſt ...
mum exemplum domeſticorum vitam ſuam ...
rit, in felicitatis parte ponendum eſt, ſi maiorum ...
te aliis antecelluerunt, memoriam colat, & ...
vel audiat, vel loquatur, non enim propriorum ...
ſuam exiſtimationem ab aliorum gloria ille ...
ſuorum virtutibus ſuas actiones annectens, ...
tæ factorumque ſuorum autores & duces eos ...
*in Arato.*

Videtur verum eſſe quod ab antiquis philoſophis ...
rales virtutes eſſe mediocritates, non autem ...
verò iuſtitiam. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib 8.*

Virtutes iiſdem temporibus optimè æſtimantur ...
gignuntur. *Tacitus in vita Agricola.*

Duo ſunt quæ ab egregiis principibus expect...
mi, in armis fortitudo, vtrobiq; prudentia. *P. D...*
*Nerua.*

Homini priuato ſatis eſt moderatio, æquitas ...
mni cultu & victu modus. Imperatori vero ...
colenda, & ratio ciuium habenda, & vetera ...
*Zonar in Alex. Com. tom. 3.*

Virtutis actiones eo modo afficiunt contem...
ſtim & miretur eas, & autorem imitari cupiat. ...
quæ fortuna nobis tribuit, poſſeſſionem ac percep...
virtutis vero actiones diligimus: & vt illa nobis ...
his alios impertire volumus. Ipſa enim hone...
piditatemq; agendi continuò iniicit, ſpectatori ...
mitationi, ſed cognitioni ipſius facti intentum ...
format. *Plutar. in Pericle.*

Ita comparatum eſt, vt virtutem non ſuſpicamur ...
tandæ ſtudio corripiamur, niſi cum in quo ea ...
honore atq; amore proſequamur, qui verò bon...
dant, quem non amant, non virtutem eius admi...
cupiunt, ſed gloriam reuerentur. *Plut. in Cat. ...*

Omne id quod communem ſortem excellit ...
que aliorum obnoxium eſt: hinc illud eorum ...
inferior, contra ſe ſuperiores bellum perpe...
*l. 38.*

Non ſemper clariſſimis factis virtutis aut ...
quinimo ſæpe exigua quædam res, dictum ...
genio alicuius documenti præbet, quàm ...
edita, maximæ pugnæ, vrbiumve oppugnationes. *Plut. ...*
*xand.*

Virtus cuilibet arti ac ſtudio præſtat. *Plut. in ...*

De virtute. DIAL. I.

*Franc. Petrarchæ.*

GAVD.

Nunquid non ſaltem licet de virtute gloriari? ...
in illo tantum licet, qui virtutis & omnis boni ...
que largitor eſt. G. Magna eſt animi virtus. ...
ne quo maior creditur, minor ſit. G. Spectu...
dubiis eſt. R. Proprium eſt virtutis, non quid ...
agendum ſit, nec quid adſit ſibi, ſed quid deſit, ...
eſt, vt ſæpe illam non de quæſito gloriantem, ...
ſolicitam videamus. Dicerem, ſi liceret, auari...
ritiæ ſimilem eſſe virtutem. Iugiter ſitit, quo ...
plus quæſierit, eo ſibi pauperior videtur, & plus ...
ei deſiderii modus eſt. Nullus ſat magnus cum ...
G. Virtus ſupra humanum morem eſt. R. Ver...
ſit iſta profeſſio: non virtutis. GAVD. Virtus ...
eſt. RAT. Fundamentum veræ virtutis humilitas ...
ritas vlla eſt, quam elatio non obſcuret. Scit ille ...
creatus, ſeque ipſum efferens, non obſcurus tantum ...
meruit fieri tenebrarum. Quod ſi illi accidit, ...
rent? GAVD. Virtus eximia eſt. R. Non ſole ...
trix aut miratrix alieni. Itaq; ſemper anhelans, ...
ſpirans, dum ſe comparat, paruipendit. GAVD. ...
mata eſt. R Nunquam hoc virtus de ſe iudicat, ...
arrogat. Scit hoc tempus eſſe militiæ, non triumph...
nunquam torpet, & ſemper in actu eſt. Semper ...
piens accingitur, quæ omnia perfeciſſe, ſeque ...
matam credit. Crede mihi, non eſt virtus, error ...
atque aduerſus. Quiſquis ad ſummam peruenisse ...
primum fallitur, quod vbi credit eſſe, non eſt. ...
luc ferentem viam aberrando deſerit, dumque, ...
anticipat, quod habere potuiſſe, ſponte ſua negl...

ſtui aduerſum, quam profectionis opinio. Nemo ſtu- quod peregiſſe ſe putat. Error hic ſæpe magna parantibus que alta prehenſantibus. G. Virtus pro humana capaci- R. Si omnem vitam ante oculos ponis perq; dies ſin- ac verborum, & cogitatuum rationem à teipſo exi- rerum arbiter tuarum, videbis, quantum vacui in a- antum vitia occupent. G. At ſaltem communis, & virtus. R. In rebus altiſſimis vix mediocritas locum habeat, non tamen hæc gaudii materia, ſed laboris ac Nam quod ad ſummam diſponitur, donec eo perueni eſcet G. Aliqua eſt virtus. R. Huius quoq; iudicium Et ſi qua eſt virtus, non ibi finis gaudii, ſed in illo, ad per arduum virtus ducit. Eam nempe philoſophiam quæ non fruendum virtutibus, ſed vtendum docet. igitur gaudendi tempus eſt, tot nunc etiam vitæ pe- ſed optandi potius ſperandiq;, gauiſurum te ſpe- tamen, vt metuas doliturum. G. Si quid boni eſt, ſen- & in illo gaudeo, quicquid autem deeſt, ſcio vnde po- & de illo ſpero. R. Hæc eſt virtus, & iam ratum iter ad um inueniſti.

De virtutis inopia. DIAL. CIV.
DOL.

inops ſum. R. Verum damnum, iuſtus dolor, niſi omnes inopiæ naturales, aut fortuitæ, ac violentæ eſſe vna proculdubio voluntaria eſt. Cæteræ enim vel vel ingenio, memoriaque, vel eloquio, ſeu vel externis quæ quidem omnia, non qualia exoptantur, obueni- cuiuſcunque ſors tulerit, hæc vna autem in voluntate quam pro arbitrio ſibi quiſque moderatur, atque efficit. alia poteſt homini voluntas eſſe, niſi quam vultis, cu- qua & hoc ipſum vult, & quæcunq; vult alia. Alioqui vtq; ingenii, ſiue eloquii, ſiue opus defectum inuito ac- iderit voluntatis, nec præmio digna virtus, nec ſuppli- eſſet iniquitas. Nunc autem non voluntas vobis hæc, huius atq; illius electio, ac libertas naſcentibus data eſt, flexa bonos facit, in aduerſum malos, vti licet hac, vt liber, bene vti libeat, haud dubie Dei donum, vt ma- peruerſitas ſit volentis, illud penitus non licet, vt non & bona virtutis, & mala vitii radix ſit, atque ita virtutis in- paratur, niſi qui vult, quoniam prima & maxima pars velle. D. Quid, quod virtutem volo, nec aſſequor. R. id putant velle, quod nolunt, id nolunt, quod volunt, ſic fallit, ſeque boni auditum, non modò aliis, ſed ſibi etiam nititur, nec cuiquam facilius perſuadet, quam delecta- virtus, falſa virtutis opinio ſic delectat, vt populum, & a ere, & falli inſuper dulce ſit. D. Scio me velle, nec Poſ- fieri. R. Vt ſi ita velle non ſufficit, deſiderio opus non modico, ſed vehementi. Vos autem mala veſtra fer- cupitis, bona vultis tepidiſſime, vnde fit, vt diuites mul autem pauciſſimi. Nam quid miri eſt, ſi citius ad o intentio, quam voluntas lenta prouehitur? D. Vel- ſi poſſem. R. Stude, nam poteris, & ſi bona fide incipe, ſed ſegnitiem vita. Si enim minima rerum gratis, quid de virtute ſperes, qua nil in rebus homi- eſt, nil altius? Non tu illam quaſi diuerticulum cu vt rectum, atque vnicum iter ad felicitatem cogita. Va- ſummo niſu, totoque animi pondere vero tempo- m, vt iucundo cuidam exercitio, ſed vt ordinatio vitæ quod te beatum, & nullius egentem rei faciet, vniuerſum omne ſtudium impende, quod rebus ſæpe viliſſimis im & ad memoriam refer illud ſanum magnique efficax, verbum Marci Varronis ex Satyrarum eius libro: operæ ſumpſiſti, inquit, vt tuus piſtor bonum faceret duodecimam philoſophiæ dediſſes, tempore bonus eſſes factus, quod ſic accipias velim, non vt terrenæ quæ ex frequentatis actibus habitum ſpondet, cuius promiſſi fides experti ſciunt, ſed cœleſti ſapientiæ ſoſpi- ſuiſque conſiliis, atque auxiliis te virtutis, quæve ur, ſalutis debitorem ſtatuas, ſentiaſq; pia confeſſi- animo quoque eſt ſcriptum. Nemo poteſt eſſe conti- Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire, cuius eſſet ibi nominatim dictum credas, atque ad omnem vir- referendum. D. Valde quidem eſſe cupio, nec R. An valde cupias, res docebit. Intentæ volunta- perſeuerantia eſt. Siue autem gratuitum Dei do- & profecto eam largitur ille ſydereus niſi conſtan- inſtanterque precantibus vix tribuit, ſiue tanta in partes ingenii humani, & cum intentione feruida continua eget & diuturna. Nam quod ſtudio quæ- non prouenit, ſic quocunque te verteris, perſeueranti omiſſis ergo, neglectiſque omnibus, hic incumbe, ſi memineris, ſemperque deſcriptum ante oculos hoc vnum, atque ad nihil aliud te veniſſe in hanc ter- ationem, & hoc à te vnum exigi, vt virtutem gradibus cœlum petas, ita vt quicquid agis aliud vel ſuperuacuum vel dam- noſum ſit.

## ¶ Apophthegmata.

*Antiſthenes*, cum nil tam difficile eſſe ſciret, quod ſtudio ſuperari non poſſet, virtutem etiam poſſe diſci, ſolebat dicere. *Laert. libro 6.*

*Idem*, Neq;, inquit, ſymposium ſi deſint congerrones, nec opes virtute carentes voluptate afficiunt *Stob. ſerm. de virtute.*

*Idem* dicebat: Virtutem eſſe armaturam, quæ detrahi non poſſit. Enſis enim & clypeus excutiuntur: ſapiens autem, ac virtute præditus nunquam non armatus eſt eoque vinci non poteſt. *Laert. lib. 6.*

*Idem* aſſidue dicere ſolebat: Virtutem ſibi ſufficere ad felicitatem nec vlla re opus habere, niſi robore Socratico. *Laert. l. 6.*

*Idem* dicebat, virum iuſtum pluris faciendum, quam cognatum. Arctiora enim ſunt vincula virtutis, quam ſanguinis. Et omnis bonus bono proximo cognatus eſt, propter animorum ſimilitudinem. *Laert. l. 6.*

*Idem* negabat ſapientem viuere iuxta leges ab hominibus inſtitutas: ſed iuxta normam virtutis. Sentiens, non ideo quid faciendum aut vitandum, quia leges iubent aut vetant: ſed quia ipſa ratio dictat, hoc eſſe honeſtum, illud turpe. Leges non omnia præſcribunt: at virtutis regula docet vbiq;, quid ſit honeſtum, quid turpe. Coacta virtus non eſt. *Laert. l. 6.*

*Idem*, quum in theatro populus Athenienſium tumultuaretur, ob verſiculum recitatum:

Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;
Id eſt,
*Quid turpe, ne videatur hoc vtentibus?*

Antiſthenes ſubiecit alterum:
Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.
*Quod turpe turpe eſt, ſiue credas ſiue non.*

Eleganter correxit inutilem ſententiam. *Plut. in Peric.*

*Diogenes* ab Hegeſina rogatus, vt ipſi libros aliquot commodato daret: Non ſapis ait, cum caricas non pictas, ſed veras eligas: vera exercitatione neglecta, ad ſcripturam te conferas. Quo dicto notauit eos, qui per omnem vitam ex philoſophorum libris virtutem haurire cupiunt: cum virtus magis vſu diſcatur, quam lectione, *Laert. l. 6.*

*Idem* dicebat, ſe multos quidem videre colludentes, & diſcurſantes, non autem qui virtuti operam darent. *Stobæus ſerm. 4. de imprudentia.*

*Stoicorum* dogma eſt nihil eſſe expetendum, præter virtutem: nihil fugiendum præter vitium. *Eraſm. Rot. l 6. apoph.*

*Socrates*, cum aliquando in colloquium cum Theodata meretrice formoſiſſima veniſſet, quæ Calliſthenem blandis ad ſe verbis trahebat, ad Socratem dixiſſe meretrix fertur: Ego quidem, o Socrates, multum tibi præſto. Nam cum tu neminem ex meis à me poſſis abalienare, ego, cum libitum eſt, tuos omnes a te voco. Cui reſpondit Socrates: Non mirum quidem eſt hoc. Tu ſi quidem ad decliuem tramitem omnes rapis, ego vero ad virtutem cogo, ad quam arduus pleriſq; inſolitus eſt aſcenſus. Senſit autem Philoſophus clariſſimus, adeo corruptos eſſe hominum mores, vt facile ducantur ad vitia, quorum lata eſt via: abhorreant autem à virtutibus, ad quarum acumen ardua ac ſpinoſa nobis videtur eſſe via. *Ælian. l. 13. de var. hiſt.*

*Socrates*, Equus generoſus, inquit, iudicatur, non quidem ſumptuoſe ornatus, ſed eximius natura: itidem nec vir honeſtus, qui opibus prædiues, ſed qui animam virtute præditam gerit. *Eod ſermone.*

*Iſocrates*, Virtute nullam poſſeſſionem nec honeſtiorem, nec durabiliorem eſſe dicebat. *ad Demonicum.*

*Epictetus*, Anima dedita virtuti ſimilis eſt, inquit, perenni fonti, cuius aqua eſt pura, imperturbata, potabilis, dulcis, accepta, fruitioni apta, copioſa, ab omni noxa & pernicie aliena. *Stobæus ſermone. 1.*

*Idem*, Quodam tempore, quum Euripides ita de virtute diſſereret, vt diceret:

Κράτιστον, εἰκῇ ταῦτα ἐᾶν ἀφειμένα.
Id eſt:
*Hæc miſſa temere eſt optimum relinquere,*

Quaſi virtus inueniri vix poſſet: ſurrexit Socrates, dicens: Ridiculum eſſe, quum mancipium, ſi non protinus inueniatur, operæ pretium exiſtimemus inueſtigare: virtutem nulla inueſtigatione dignam iudicare, ſi non protinus contingat homini. *Eraſm. lib. 1. apophthegm.*

*Demetrius Phal.* quum audiſſet, Athenienſes fuiſſe demolitos ſtatuas ſuas, quas illi propoſuerant: At virtutem, inquit, non euerterunt, cuius gratia illas propoſuerant. *Laert. 5.*

*Themiſtocles*: Seriphio cuidam dicenti, eum non ſua, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſequutum. Vera inquit, hercule, narras, veruntamen nec ſi ego Seriphius, ignobilis, nec tu, ſi Athe-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nienſis eſſes, clarus nunquam fuiſſes. Senſit autem, non patriam, ſed virtutem æſtimationem facere hominibus, & authoritatem. *Plutarch.*

Viuere, Hebræis pro valere, *Ioan.* 4. 50. Viuere ex omni verbo prodeunte per os Dei. *Matth.* 4.4. dicuntur homines, omni eo viuere, quod egreſſum fuerit ex ore Dei: ſiue, quod Deus conſtituerit, & decreuerit, hoc eſt, non viuere ex ſolis cauſis phyſicis, cum Deus non ſit illis adſtrictus, teſtantibus id Moſis & Eliæ exemplis, *Exod.*24, 28, & 34, 28, 18,1, *Deuteron.* 9,9,1. *Regum* 19,8, ſed omni re cui Deus verbo ſuo alendi nos facultatem indit, quaſi imperans ei vt hoc faciat, & ſuo verbo præſtans, *Vide Deuteronomii* 8, 3,

Viuere Deo, eſt opera Dei facere, *Roman,*6,11,12, *Galat.*2,19, Domino, *Roman.* 14,8,2, *Cor.*5,15, 2. *Theſſ.*5, 10,1, *Petr.*4,2, in Chriſto, 2, *Tim.*3,12. Viuere ſecundum carnem, incedere ſecundum carnem. Eſſe in carne, *Roman.*7,5. & 8,4,5, 8, 12. de iis dicitur, qui cum vno ſint Spiritu donati, ſeſe cupiditatibus carnis immergunt. Viuere autem in carne, *Galat.* 2, 20, vel ambulare in carne, 2, *Corinth.* 10,3. nihil aliud declarat, quam in hoc caduco corpore vitam degere tantiſper, dum cœleſti & æterna vita potiamur, *vt Galat.*2,20, 1, *Pet.*4.1.

Viuere ſibi latius dicitur, qui ſe vnum reſpicis, vt ex ſuo vnius arbitrio ac voluntate viuat, pro quo Hebræi dicunt, Benefacere animæ ſuæ, *Pſalm.*49,19, cum ergo negat Paulus fideles ſibi viuere, *Roman.*14,7. hinc quid velit intelligitur, nempe quod fideles non ſuam, ſed Domini voluntatem fateantur ex gratiarum actione ſe habere pro vitæ regula, quod denique ita viuant, vt Domino ſibi reddendam vitæ rationem cogitent, cuius vnius iuri & poteſtati ſubſunt: Vita anima tua: Aſſeueratio Hebræis, 1. *Samuel.* 1, 26, Viuit Chriſtus in Chriſtianis, *Galat.*2, *v.* 21. Viuit Dominus: iurantis vox. *Ruth.*3.13.

Viuit homo fide, etiam in fame, *Deuteronom.*3,8. Viuimus in gloriam Dei, *Roman.*14.8. Viuunt omnes Deo. *Luc.*20.38. Viuat Rex, 1.*Sam.*10.24. Vt viuamus, mandata ſeruanda, *Deuteron.*4,1. & 32.47. Viuificat Deus, & occidit, 32.49. Viuens Deus, *Ioſ.*3.10. Viuendum Deo, non ſibi. *Rom.*14.7.2. *Corinthior.* 5.15. *Galat.*2.20. 2.*Theſſalonic.*5.10.1.*Petr.*4,2. Viuendum in lætitia, *Eccleſ.*8.15. & 9.7.

## ¶ Patrvm Sententiæ.

Longitudinem vitæ huius ſentiri non facit, niſi ſpes viuendi: nam nihil videtur eſſe celerius quam quicquid in ea iam præteritum eſt. Quum ergo dies iudicii venerit, tunc ſentient peccatores, quoniam non fit longanimis vita, quæ tranſit. *Auguſt. ſuper Pſalm,*6.

Si toto tempore illo viueres, ex quo Adam de paradiſo emiſſus eſt, vſque in hodiernum diem, certe videres vitam tuam non fuiſſe diuturnam, quæ ſic euolaſſet, vnius autem cuiuſque vita hominis quanta eſt? adde quantoslibet annos, duc longiſſimam ſenectutem, quid ergo? Nonne hora matutina eſt? ergo longe ſit dies iudicii, quando erit retributio iuſtorum & iniuſtorum: tuus certe vltimus dies abeſſe non poteſt longe, adhuc te præpara: qualis enim exieris de hac vita, talis redderis illi vitæ. *in Pſalmum* 39.

Longam cœnam, malam nemo vult habere, nec ferre longam vitam, malam pene omnes volunt habere. Vtique ſi grande eſt, quod viuimus, bonum ſit omnium grande. Quid enim vis male, dic mihi? Puto nihil in omnibus actionibus, cogitationibus, cupiditatibus nihil male vis, terram [illegible] lam non vis vtique, ſed bonam: [illegible] num, ſeruum bonum, amicum [illegible] bonam, & quid hæc magna, quoniam [illegible] lam non vis habere, ſed bonam, [illegible] re, niſi bonam, aut da mihi aliquid [illegible] lam animam vis habere malam? [illegible] te tu ipſe meruiſti? Non vis eſſe malum, [illegible] *mon.*

Plenitudo eſt & beatitudo perfecta, [illegible] bene viuat. Sed ſi forte vtrumque non [illegible] uere, quam cito intelligere. Qui enim [illegible] plius intelligere: qui male viuit, & quod intelligi[illegible] *Chriſtiana.*

Non eſt vera vita, niſi vbi feliciter viuitur [illegible] ptio, niſi vbi ſalus nullo dolore corrumpitur. [illegible] *mone.*

Hæc eſt iuſtitia hominis in hac vita: eleemoſyna [illegible] tio: pœnitentia cruciat, iuſtitia tranquillat, vita [illegible] *Ibidem.*

Vita hominum media eſt inter vitam angelorum [illegible] Si viuit homo ſecundum carnem, pecoribus comparatur [illegible] cundum ſpiritum, angelis ſociatur. *In Ioan.*

Qui æternitate Dei perſpecta, breue, & periturum humanæ vitæ ſpatium cogitauerit, ante oculos [illegible] per interitum, & erit humilis atque deiectus. *Hier.* *lib.*2.

Secreto Dei conſilio agitur, vt huius peregrinationis re electorum vita turbetur. Via quippe eſt vita [illegible] patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio [illegible] turbatione conterimur, ne vitam pro patria diligamus [illegible] *in Moral.*

Quot dies vitæ peragimus, quaſi in itinere ad locum tot partib. propinquamus. Præſentem vitam quaſi [illegible] tranſimus. *Ibid.*

Mala vitæ præſentis tanto durius animus ſentit, [illegible] bonum quod ſequitur, negligit: nequaquam nos [illegible] tate deſerit: quia quo nos durius ex diſpenſatione [illegible] us ex pietate cuſtodit. *ibid.*

Breuis eſt, vita, & ipſa breuitas ſemper incerta. [illegible] *Dom. ſerm.*16,

Quid eſt diu viuere, niſi diu torqueri. *Idem de Sermon.*17.

Diu viuere quid eſt, niſi ad finem currere? *Idem ſexageſimo.*

Neq; in tempore vtiliter viuitur, niſi ad comparandum quo in æternitate viuatur. *Idem epiſt.*47.

Vita hæc eſt vita dubia, vita cœca, vita ærumnoſa [illegible] res tumidant, dolores extenuant, ardores exiccant, [illegible] eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci diſſoluunt, [illegible] munt, ſollicitudo coarctat, ſecuritas hebetat; [illegible] paupertas deiicit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, [illegible] tas frangit, mœror deprimit, & poſt hæc omnia [illegible] mit, vniuerſis gaudiis finem imponit, ita cum [illegible] fuiſſe putetur. *Auguſt. in original. tractans illud* [illegible] *eſt vita noſtra.*

Nihil fugacius ſeculo, rebuſq; ſeculi: quas, [illegible] mittimus, & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, grauescentem, ac maturam ætatem, annoſq; vltimos, quæ vtiq; ſeptem ſpatia Philo vitam deſcribit [illegible] mur & currimus, & neſcientes ad mortis terminum [illegible] *D. Hieron. ſuper Amos, l.*3.

Nihil ita decipit, quam cum ignorent homines [illegible] longiorem ſibi vitam tamen repromittunt. *Hier.* [illegible]

Tantis malis hæc vita repleta eſt, vt comparatione [illegible] medium putetur eſſe, non pœna. Nam ideo [illegible] facit, vt moleſtiæ eius, quæ proſperitate vinci [illegible] rant, temporis exiguitate finirentur. Denique [illegible] litia eſt vita hominis ſuper terram. *Ambroſius ſe*[illegible] *ſima.*

Reproborum mentes idcirco multa nequitia [illegible] viuere diutius arbitrantur: iuſti vero, dum b[illegible] conſiderant, elationis & immundæ culpas decli[illegible] *ral. l.*2.

Gloria iniquorum, quum plerumq; in annos [illegible] tenditur, ab infirmorum mentib. eſſe longa, & [illegible] matur. Sed quum hanc repentinus finis interc[illegible] deprehendit, quoniam determinans innoteſcit: [illegible] re potuit, modicum fuit. *Gregor.* 17. *Mor. ſuper* [illegible] *ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent.*

Infinita eſt volubilitas temporis, per quod citi[illegible] *nec. epiſt.*51.

Vita noſtra nauiganti ſimilis eſt. Is enim, qui [illegible] iaceat, ſemper vadit, quia impulſu nauis ducitur [illegible] tes, ſiue dormientes, per momenta temporum [illegible] tendimus. *Greg. in Regiſt.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

… vita temporalis, quia breuis eſt, idcirco & bona eius … breuia ſint neceſſe eſt. Illa vero ſpiritualis, quæ huic terrenæ … quoniam ſempiterna eſt, idcirco & bona eius & mala … ſunt. Ita fit, vt & bonis breuib. mala æterna, & malis … æterna ſuccedant. Itaq; quum ſimul propoſita ſunt ho… mala, conſiderare vnumquemq; ſecum decet, quanto … perpetuis bonis mala breuia penſare, quam pro breuib. … bonis mala perpetua ſuſtinere. *Lactantius Firmianus di… institutionum lib. 6.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Phocylides.

Ὁ βίος τροχός.
*Vita roga.*

Philemon.

Τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου, γυνή,
Εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα.
*Talis eſt, o mulier, humana vita.*
*Paucioribus gaudiis fruimur, quam dolore & moleſtia.*
Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.
*Vita non eſt vita ſed calamitas.*

Euripides.

Οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται, τὴν αὔριον, μέλλουσαν εἰ βιώσεται.
*Mortalium nemo eſt, qui craſtinum ſibi audeat polliceri.*

Pallas apud Euripid.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον ἀσθενὲς, οἰκτρὸν,
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον!
*Lachrymans ſum natus, ſed & lachrymans morior,*
*In lachrymis vniuerſam comperi vitam.*
*O genus hominum lachrymoſum, debile, miſerabile,*
*Tractum in terra ſolutumq;!*

Hominis vita fragilis & caduca. Gregorius Tifernas.

*Ecce ſumus puluis, ſumus ecce miſerrima tellus,*
*Et noſtri fugiunt, vt leuis aura, dies.*
*Languemus, medio vt fœnum quod cæditur æſtu,*
*Vt roſa Paſtano languet adepta rogo.*
*Obruimur morbis, aut ſuccedente ſenecta.*
*Et mala tantillos vndiq; multa premunt.*
*Soluimur vt nebulæ, ſurgens vt aera fumus,*
*Et veluti ſolui ſole pruina ſolet.*
*Carpimur, vt ſtipulæ rapido carpuntur ab igni:*
*Nec niſi viuendo ſomnus & vmbra ſumus.*
*Vnde igitur faſtus venit, vnde ſuperbia nobis?*
*Quos fatum (præter tot mala) triſte rapit?*

Anonymus.

*Naſcimur in lacrymis, lacrymis quoq; vita madeſcit,*
*Et vitam rurſus linquimus in lacrymis.*
*O multa, hominum lacrymas: abſterget at omnes*
*Omnibus electis ipſe Deus lacrymas.*

Lucianus.

Τοῖς μὲν εὖ πράττουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι.
Τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.
*Feliciter quidem agentibus omnis vita breuis eſt.*
*Sed malis vna nox immenſum eſt tempus.*

Menander.

Καρπὸς δ' ἀρετῆς βίος ἐστὶν εὔτακτος.
*Fructus autem virtutis eſt bene compoſita vita.*
Λαβὲ πρόνοιαν τοῦ προσήκοντος βίου.
*Cape prouidentiam conuenientis vitæ.*
Ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἔξεστ' εὐσχημονεῖν.
*Negligentem viuere non licet bene compoſitum.*
Βιοῖ μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον.
*Viuit quidem nullus quam eligit vitam.*
Βίος ἐστὶν, ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ ζῶν.
*Vita eſt, ſi quis vita gaudeat viuens.*
Βίος κέκληται δ', ὃς βίᾳ πορίζεται.
*Vita vocata eſt, quia vi paratur.*
Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος.
*Vita victu indigens non eſt vita.*
Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.
*Viuimus enim non vt volumus, ſed vt poſſumus.*
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί.
*Non reperitur vita cuiuſpiam ſine moleſtia.*
Τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος.
*Cæcum quid & miſerum hominibus, vita*
Τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς,
*Viuere ſine triſtitia viri eſt felicis.*
Ὡς ἡδὺ, ὁ βίος, ἄν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ.
*Quam ſuauis vita, ſi quis ipſam non diſcat.*
Ζῆν βουλόμενος, μὴ πρᾶττε θανάτου ἄξια.
*Viuere volens ne facies morte digna.*
Ζῆν αἰσχρὸν, οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.
*Viuere turpe eſt, quibus viuere inuidit fortuna.*
Πάντες καλῶς ζῆν μὲν θέλοιμεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα,
*Omnes bene viuere volumus, ſed non poſſumus.*
Ὡς ἡδὺ, τὸ ζῆν, καὶ φθονούσης τῆς τύχης.
*Quam ſuaue eſt viuere non inuidente fortuna,*
Ζήτει συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον,
*Quære ducere ex iuſtis vitam.*
Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖν πέλειν.
*Firmum nihil in vita videtur.*
Αὐτά σε διδάσκει τοῦ βίου τὰ πράγματα.
*Ipſæ te docent vitæ res.*

Sophocl. in Aiace furente.

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή.
*Sed vel bene viuere, vel bene mori generoſum oportet,*
Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.
*Viuere turpiter bene natis.*

Virg. lib. 10. AEneid.

*Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus.*
*Omnibus eſt vitæ.*

Hor. Serm. l. 1. Sat. 9.

*Nil ſine magno*
*Vita labore dedit mortalibus.*

Horat. 1. Odarum.

*Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.*

Terent. in Adelph.

*Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris:*
*Si illud, quod maxime opus eſt iacto, non cadit:*
*Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas.*

Menand. Iamb. Senar.

Βιοῖ μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον.
Τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος,
*Nemo vſq; viuit ex ſententia.*
*Cæca & parum felix vita eſt mortalium.*

Vita breuis, vana.

*Non tibi viuacem furor eſt ſpondere ſenectam,*
*Quum non ſit vitæ certa vel hora tua.*
*Finge age, Neſtorium ſis perventurus in æuum,*
*Longa tument multis tempora fœta malis.*
*Omnia vt effugias viridis quibus angitur ætas,*
*Tædia longa tibi curua ſenecta feret.*
*Tu tamen ad ſeros (nulli quod contigit) annos*
*Vt venias, nullo percitus ante malo.*
*Hoc tamen exiguum eſt, vbi nunc tot Neſtoris annis?*
*Ex tanto ſupereſt tempora nulla dies.*

Ex Græco Thom. Morus vertit.

*Nugamur, mortemq; procul procul eſſe putamus:*
*At mediis latet hæc abdita viſceribus.*
*Scilicet ex illa, qua primum naſcimur hora,*
*Prorepunt iuncto vitaq; morſq; pede.*
*Partem aliquam furtim, qua ſe metitur, & ipſam*
*Surripit e vita qualibet hora tua.*
*Paulatim morimur, momento extinguimur vno,*
*Vt lampas oleo deficienter perit.*
*Vt nihil intermat, tamen ipſo in tempore mors eſt:*
*Quin nunc interea dum loquimur, morimur.*

Vita hominis nihil eſt.

*Nos tenuem ſtrictis ſpiranteis aera fibris*
*Viuimus, & Phœbi lampada conſpicimus.*
*Quotquot viuimus hic ſumus omnes organa, quæq;*
*Viuificis animat flatibus aura leuis.*
*Quod tua ſi tenuem reſtringat palma vaporem,*
*Eripiens animam miſeris vſq; Stygem.*
*Sic ſumus ergo nihil: Plutoni paſcimur omnes,*
*E flatu minimo nos leuis aura fouet.*

Luſcinius.

*Diſce iocos, ſcena eſt, ludus quoque vita, repugnans*
*Fortuna, triſtis triſtia damna feres.*

Aliter.

*Scena eſt hæc vita, ludus: vel ludere diſce,*
*Abiiciens curas, vel tua damna pati.*

Vita humana plena calamitatibus & miſeriis.

Luſcinius.

*Fundebam lachrymas gemitus, moribundus idem nunc*
*Plango, videns luctu tempora cuncta teri.*
*O mortale genus, male firmum, triſte, miſellum,*
*Seu te habeat tellus, ſeu ferat parca ferat.*

Ἀρχίου.

Θρήικας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν ἠοῦς,
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους;
Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους, αἰῶνα λιπόντας,
Ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος,
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες, ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
Εἰς κῆρα, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

D. Adrian. Alciat. Latine ſic fecit:

*Ecquis non laudet Thracas, qui prodit vt infans,*
*In lucem ex vtero, fletibus ora rigant.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quiq; beant cernunt quoſcunq; relinquere ſæclum,*
*Parcarum & quos mors dira miniſtra rapit.*
*Nam viui vario iactantur turbine ſemper,*
*Qui moritur, finem reperit ille mali.*

D. Luſcinius aliter ſic vertit.

*Laudantur Thraces, natos quod viſcera matrum*
*Egreſſos gemitu protinus excipiunt.*
*Quodq; relinquentes vitam ſine fine beatos.*
*Credunt incautos, dum fera Parca rapit:*
*Illos vita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos*
*Pharmaca quod mortem tot repetere malis.*

Vita noſtra & luctuoſa ac ſimul ridicula eſt: Ergo ſimul defleri ac rideri digna Incerto autore ἄδηλον.

Τὸν βίον Ἡράκλειτε πολὺ πλέον εἴπερ ὅτ᾽ ἔζης.
Δάκρυε νῦν ὁ βίος ἐστ᾽ ἐλεεινότερος
Τὸν βίον ἄρτι γέλω Δημόκριτε τὸ πλέον, ἢ πρίν,
Νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
Εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν τὸ μετάξυ μεριμνῶ
Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

Barthol. Simoneta ſic tranſtulit.

*Defle hominum vitam plusquam Heraclite ſolebas:*
*In lachrymas totos ſolue age nunc oculos.*
*Concute maiori ſplenem Democrite riſu,*
*Et toto reſonans ore cachinnus hiet.*
*Vita fuit nunquam poſt condita ſæcula mundi,*
*Et riſu pariter dignior, & lachrymis.*

Vitæ diuerſa officia & ſtudia.

*Viuere diuerſo mortales more videntur:*
*Nam ratio cunctos, non regit vna viros.*
*In ſtudia humana vertuntur plurima mentes,*
*Nec par itis curſum tramite mundus habet.*
*Hic opibus vacat innumeris, ille ambitioni:*
*Hic peragrat campos, nauigat alter aquas,*
*Ingentes alius merces conducit, ad ille*
*Gaudet in Eleo carcere vectus equo*
*Sunt qui bella petunt, ſunt queis ſeruare togatis*
*Contigit, aſt alios otia lenta iuuant.*
*Vnus amat Venerem, vino ſe ingurgitat alter.*
*Hic hilaris ridet, triſtis at ille gemit.*
*Hic citharam mouet, hic cantus emittit amœnos,*
*Viribus ille valet, litibus ille vacat.*
*Sunt qui mundanos tantum venantur honores,*
*Sunt qui in præruptis montibus ædificant.*
*Hunc probat argutum præſtans Sorbona ſophiſtam,*
*Hunc fouet in dulci Theologia ſinu.*
*Ille eſt aſtridicus tellurem ſed metit alter,*
*Hic numeros curat, diligit ille notas.*
*Suntq; ſalutiferas qui callent Pæonis artes,*
*Hic fieri rhetor, ille poeta cupit.*
*Sic variis diuerſa placent, ſua cuiq; voluptas:*
*At ſibi res gratas quemq; libido trahit.*
*Omnibus aſt eadem triſti concedere fato*
*Conditio eſt omni cuiq; timenda die.*

Vita humana curſus ad mortem.

*Fallimur, & cæci mortem procul eſſe putamus:*
*Illa tamen medio corpore clauſa latet.*
*Quando quidem ex illa primum naſcimur hora,*
*It vitæ iuncto mors comes atra pede.*
*Partem aliquam vita ſemper furatur, & ipſam*
*Diminuit vitam quælibet hora tuam:*
*Et morimur ſenſim & momento extinguimur vno,*
*Non ſecus ac lampas deficiente oleo.*
*Mors nihil vt perimat, tamen ipſo in tempore præſto eſt,*
*Quin non, ah miſeris! dum loquimur, morimur.*

Ariſtotelis ſententia è Græco.

*Hic prope dimidium vitæ dormitur, & ipſum*
*Per ſomnum ſimiles diues inopſque iacent.*
*Cræſe igitur regum ditiſſime num tibi ferme*
*Dimidio vitæ par fuit Irus egens?*

Verſus Martialis de vita beata. lib. 10 Epigr.

*Vitam quæ faciunt beatiorem,*
*Iucundiſſime Martialis, hæc ſunt:*
*Res non parta labore, ſed relicta:*
*Non ingratus ager, focus perennis.*
*Lis nunquam, toga rara, mens quieta;*
*Vires ingenuæ, ſalubre corpus,*
*Prudens ſimplicitas, pares amici,*
*Conuictus facilis ſine arte menſa:*
*Nox non ebria, ſed ſoluta curis:*
*Non triſtis thorus, at tamen pudicus:*
*Somnus qui faciat breues tenebras:*
*Quod ſis eſſe velis, nihilq; malis:*
*Summum nec metuas diem nec optes.*

Vitam humanam mari ſimilem eſſ
Antholo. ſac. Iac. Bill.

*Vita mari eſt ſimilis, namque vt mare, vita*
*Hæc habet, & ventos, naufragiumq; freq*
*Nil ſtabile in vita, nec in æquore cernitur v*
*Saxa habet, & conchas, vt mare, vita le*
*Qui prorſus grauitate carent, rebuſq; ſiniſ*
*Franguntur, conchas hos ego iure voco.*
*At mihi ſunt firmæ rupes ſunt ſaxa, mouer*
*Quos nequis recti ſæua procella gradu.*

De fallacia vitæ præſentis.

*Vita breuem ſe dicit (& eſt) cum tempora l*
*Tranſigimus, cum nos vina Venuſq; iu*
*At longam (falſo licet id) ſe fingit, aitq;,*
*Ponere cum vitiis mens cupit atra mod*
*Sic miſeros fallax homines deludit vtrinq*
*Dum longam ſeſe clamat, & eſſe breuem*
*Qui putat eſſe breuem, breuis huic quoq;*
*Qui longam, huic citius, quam putat,*

De miſero & calamitoſo huius v ſtatu.

*Infantem tumida mater dum geſtat in a*
*Carceris in tenebris conditus ille iacet.*
*Sic quoq; vitales miſeri dum carpimus au*
*Orbe nos rigidus lumine carcer habet.*
*At ſi certa fides, ſi ſpes in funere ſancta,*
*Sincerusq; Dei nos comitetur amor:*
*Nil erit anguſtum nobis: nitidumq; beata*
*Cernemus Triadis tempus in omne die*

Viuendum hic eſſe more peregrini, vt e fructum ſentiamus.

*Quamuis pro toto (nec enim ſine crimine*
*Sancta Dei ſoboles pertulit orbe necem*
*Ius tamen eſt nullis, peregrinos præter in*
*Qui charo eſt Domini ſanguine partu*
*Ergo in eo certum tibi ſi ius eſſe ſepulchri*
*Expetis, hic ciuis viuere more caue:*
*Sed potius mærens veluti peregrinus &*
*Ad patriam celeri qui pede tendit h*

Vita paucorum indigna.

*Indignus quiſquis non vis incurrere cau*
*Innecti vanis occiduiſq; caue.*
*Mortalis vita breuitas non multa requ*
*Paucorum exigui temporis vſus eget.*

Via ad veram vitam.

*Arcta via eſt, vera quæ ducit ad atria*
*Nec recipit carnis gaudia mentis ite*
*Amplis incedit ſpatiis terrena volupta*
*Anguſto virtus tramite celſa petit:*
*Et tamen hic calles, quos mundi vana p*
*Quædam magnificis æquora ſunt an*
*Difficiliſq; nimis per dura, per ardua g*
*Commendat fides, quod tolerare iuu*

¶ Sententiae Philos.

Vita eſt mentis actio *lib. λ. 11. Metaph. c. 7. T. 39.*

Vita ipſa, etiam ſi nullum aliud bonum conſ men amatur, optatur, expetitur. *li. 1, Rhet. c. 6.*

Cum de quaque vita & principio agitur, pri que principium cæteris multo antecellit. *libro T. 68.*

Cum multis modis vita dicatur, id viuere d quid horum modo reperitur, vt mens, ſenſus, m co: præterea motus is, qui in alendo eſt, acceſſio & *anim. c. 2. T. 13.*

Neceſſe eſt ſimul & vitam ſuppetere, & calor uationem. *lib. de adoleſcent & ſenect. c. 2.*

Vita in actione, non in effectu conſiſtit. *lib. 1 d*

Vitæ degendæ ratio non ſolum honeſta eſſe d iucunda. *lib. 8. de Repub. c. 5.*

Viuere eſt proprie ſentire & intelligere. Vita per ſe bona & iucunda. *lib. 9. Eth. c. 9.*

Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munu datur nobis: malignum vero & breue, in iis cu me contingit, vniuerſum vtiq; æui tempus in quod æſtimat one nocturnæ quietis dimidio q viuit. Pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœ quies: nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu in pœnam viuacis, tot periculorum genera, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequent tura vero nihil hominibus breuitate vitæ pr ſcunt ſenſus, membra torquentur, præmortu ceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta: tempus annumeratur, &c. *Plin. lib. 7. elegantiſ lem vitæ breuitatem.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…es fortunaſque hominum cogito, incertoſq; & ſubitos
…us, nihil ferme fragilius mortalium vita, nihil inquietius
…a cunctis animantibus naturam miro remedii genere
… video, ignorantia quadam ſui: nobis ſolis memoriam,
… prouidentiam, diuinas ac præclaras animi noſtri dotes,
… ac laborem verſas. Tam ſuperuacuis enim ſemper,
…us modo, ſed damnoſis atque peſtiferis curis obnoxii, &
…quemur tempore, & præterito futuroque angimur, vt
… metuere videamur, quam ne quando fore parum miſe-
… Tanto ſtudio miſeriarum cauſas, & dolorum alimenta
…, quibus vitam, quæ ſi rite ageretur, feliciſſima prorſus
… rerum erat, miſerandum ac triſte negotium effici-
…um cœcitas & obliuio poſſidet, progreſſum labor,
…, error omnia, quod ita eſſe, quiſquis vitæ ſuæ curſum
… remetietur, intelliget. Quem quietum quæſo? quem
… quem non laborioſum magis, atq; anxium diem egi
… nquam tam ſecurum, aut tam lætum mane vidimus,
… repuſculum ſolicitudo mœrorque ſurreperet? Cuius
… rebus multa inſit occaſio, niſi tamen nos fallat a-
… cauſa maior, ſiue (vt ingenue fateamur) culpa omnis in
… Vt vero ſileam reliqua, quibus vndique trudimur, quod
… quamque perpetuum, quod cum fortuna gerimus,
… poterat virtus ſola victores? Soli igitur imbecilles,
… non æquo Marte cum implacabili hoſte congredimur,
…, ceu leue aliquid, attollit ac deiicit, & in gyrum
… nobis ludit, & vinci tolerabilius foret, nunc ludibrio et-
… Id vero quid aliud fecit, quam leuitas ac molli-
… Idonei viſi ſumus, qui pilæ in morem huc illuc tam
…emus, animalia qui breuiſſimi, ſollicitudinis infinitæ:
…, cui puppim littori, cui animum conſilio applicemus,
… interim ſit pendere, ac præter præſens malum, & ter-
…, & ante oculos ſemper habere, quod terreat. *Pe-*
*… remed. fortun. in præfat. ad Azonem.*

… quidem imprimis vita, & fugaciſſimum vitæ tem-
… humanarum inquietum aduerſis flatibus & procello-
…: rari & vix hominibus acceſſibiles portus: ſcopuli
… innumerabiles, inter quos difficilis & prorſus ambigua
… Iam vix vni contigit ex millibus, vt integer enata-
… fortunæ imperium exercet in omnes gradus homi-
… iure graſſantis: ita in quibus omnium cymba fragilis
… mortalitatis alliditur: & poſſumus inter hæc nobis, aut
… anguſculam vitam, immo (vt verius dicam) longius peri-
…: Fingatur aliquis tam benigno ſydere, tam propi-
…, tam denique fauente Deo, iter hoc ingreſſus, vt ni-
… aſperum moleſtumque contingere: rem impoſſibilem
… ſæculis fingi iubeo: nec ideo tamen, quamuis peri-
…, aberit metus. Et idcirco fortaſſe non infelicius, nec
… foret, modo noſtri eſſet arbitrii: ſicut in æquore ſu-
… ſolent circumſpecti clauum flectere, diuque ante
… vela ſubmittere: ſic in vita portum petere, & adhuc
…, atque animo virenti, & valentibus membris mo-
… quam eo peruentum ſit, quo ſaltem vita longior perdu-
… ſcilicet anguſtias ſenectutis, inter quas arctati qui-
… & vixiſſe dolent, & mori metuunt, & toties voti exopta-
… excuſant: denique quid velint, & quid nolint, ne-
… eſt diſcordia. Hæc & iis ſimilia cogitantes abſtine-
…, ne decretum ſceleſte, ſeu mortis feſtinantium accuſe-
… pro nobis ipſis tantummodo conqueri videbimur.
*… 4. epiſtol. de rebus familiaribus, ad Iacobum Meſſa-*
*…*

… recordatio vitæ breuis, timui (fateor) inſidias: quid enim
… agacius vita eſt, quid morte ſequacius? *idem in præfat. ad*
*… de rebus familiaribus.*

… nihil habet in vita iucundius vitâ, is cum virtute vitam non
… *Cic. lib. 2. Rhet.*

… eſt tam demens, tamq; parum de ſe cogitans, quin alienam
… magis quam ſuam d ligat. *idem in Vatin.*

… vitæ conditionem primus & vltimus dies continet: quia
… intereſt, quibus auſpiciis inchoetur, & quo fine clauda-
… Ideoque eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui & acci-
… prospere, & reddere placide contingit, medii tempo-
…, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aſpero, mo-
… tranquillo motu peragitur, ſpe ſemper minore, dum & cupi-
… extenditur, & fere ſine ratione conſumitur. *Valer. Max.*
*… c. 12.*

… fragilitatis nimia in proſperis rebus obliuio eſt. *Cur-*
*… 4.*

… tu? ignoras arbores magnas diu creſcere, vna hora ex-
…? ſtultus eſt qui fructus earum ſpectat, altitudinem non
… Vide, ne dum ad cacumen peruenire contendis, cum i-
… ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoq; aliquando
… auium pabulum fit, & ferrum rubigo conſumit. Ni-
… infirmum eſt, cui periculum non ſit, etiam ab inualido. *Idem,*
*… 7.*

… quam bene viuat, ſed quamdiu conſiderat, cum o-
mnibus poſſit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli. *Seneca 22. epi-*
*ſtola.*

Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt: Vbicunque deſines, ſi be-
ne deſines, tota eſt, ſed & fortiter deſinendum eſt. Non eſt res ma-
gna viuere, omnes ſerui tui, & animalia viuunt. *Epiſtol. ſeptuageſi-*
*ma octaua.*

Quomodo fabula, ſic & vita, non quandiu, ſed quam bene acta
ſit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas, quocunq; voles,
deſine: tantum bonam clauſulam impone. *ibid.*

Dum differt vita, tranſcurrit, omnia, mi Lucili, aliena ſunt, tem-
pus tantum noſtrum eſt. In huius rei fugacis & lubricæ poſſeſſionem
natura nos miſit, *Senec. in epiſt.*

Læti dicamus, vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi. Cra-
ſtinum ſi adiecerit, læti reiciamus. *Epiſt. 22.*

Quidam tunc incipiunt viuere, quum deſinendum eſt, immo
quidam ante deſierunt viuere, quam inciperent. *Epiſt. 23.*

Pulchrum eſt conſummare vitam ante mortem, & expectare ſe-
cure reliquam temporis partem. *Epiſt. 32.*

De partibus vitæ omnes deliberamus, de tota nemo deliberat *E-*
*piſt. 72.*

Omnes infantes in terra nuda vita excipit. Non te ergo pudet
ſordidius viuere, quam naſci? *ibid.*

Longa vita bonis optabilis: Bonis fruitur bona conſcientia: Malis
hominibus vtiliſſimum eſt cito fugere. *Sen. in epiſt.*

Hoc vnum diſcas, vitam contemnere. Nemo illam bene rexit, niſi
qui contempſerit. Nulli poteſt ſecura vita contingere, qui de produ-
cenda nimis cogitat. *ibid.*

Sapiens cogitat ſemper, qualis vita, non quanta ſit: Non enim vi-
uere bonum eſt, ſed bene viuere. *ibid.*

Homo vitæ commodatus, non donatus eſt. Heu quam multa
pœnitenda occurrunt diu viuendo *in Prouerb.*

Male viuunt, qui ſe ſemper victuros putant, volunt homines ita
præceptum eſſe, vt viuant, non ita viuere, vt præceptum eſt. *ibi-*
*dem.*

Non viuit, cui nihil eſt in mente, niſi vt bibat. Ede & bibe, vt
bene viuas: non viuas, vt tantum edas & bibas. *Socrates in ſuis ex-*
*hortat.*

Beate viuere eſt, verum intelligere, conſultare bene, velle bo-
num, agere bona. Primum ſapientiæ eſt, ſecundum prudentiæ,
tertium iuſtitiæ, quartum perſeuerantiæ. Primum à Deo, ſecun-
dum à primo, tertium à Deo atque homine, quartum eſt à tertio.
Qui ita viuunt, viuunt homines: qui viuunt aliter, animalia vi-
unt. Vale ac viue homo. *Marſilius Ficinus lib. 1. epiſt. ad Hieron. Paſ-*
*qualinum.*

Oratio in laudem hominis olim virtute præditi & vita fun-
cti, non eſt lugubris, ſed potius encomium. Nam primum de i-
pſo commemorantur ea, quæ de viuo prædicabantur: Deinde,
quid à lamentatione longius abeſt, quàm glorioſa vita & mores
præclari? Quid encomiis item conuenientius, quàm victoriæ pul-
cherrimæ maximique momenti facinora? *Xenoph. Orat de Age-*
*ſilao.*

Vita adfert multa, eaq; contra expectationem noſtram. *Dion. Ha-*
*lic. lib. 3.*

Qualia ſunt publica ciuitatum ſtudia, talis etiam eſt priuatorum
vita. *lib 5.*

Spes vitæ plerunq; magnos animos infringit. *Tacit. hiſtor. li-*
*bro 5.*

Hominis ſalus beneficio nullo penſatur. *Ammi. Marcell. li-*
*br. 14.*

De vita & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt, & animantium
numerum complet, laturum ſententiam, diu multumque cuncta-
ri oportet, nec præcipiti ſtudio, vbi irreuocabile factum eſt, agitari. *i-*
*dem, lib. 29.*

Nihil maioris eſt apud homines pretii, quam vita. *Conſt. Man. in*
*Annal.*

Non eadem eſt ratio vitæ eius qui in contemplando ſolum, & e-
ius qui in vita verſatur. Alter enim mentis agitationem nullius
inſtrumenti rerumq; extra ſe poſitarum adminiculo indigentem
pulchris rebus adhibet: ei autem qui virtutem hominum vſibus ap-
plicat, non in rebus modò neceſſariis, ſed etiam bonis, diuitiæ quoq;
ſunt habendæ. & ita res habebat in Pericle, qui multis pauperibus fe-
rebat opem. *Plutarch. in Pericle.*

Humana vita eſt res quædam inſtabilis & infirma, & aliàs alio
inclinans. *Heliodor. lib 4.* Hominibus vita eſt omnibus rebus precio-
ſior. *idem, l. 5.* Nullius ſexus nec ætatis opem repudiat periculum de
vita. *idem, lib. 9.*

Homini optimum eſt ſi cognoſcat quòd Deus mortalib. domine-
tur, atq; vt ad optimas quaſq; operationes non per nos ipſos conſilia
dirigamus: Deus enim qui cunctis dominatur, omnium opera per-
ficit & deducit. *Ariſt. in quæſt.*

Habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſe-
cundis, ac ex aduerſis ſecunda naſcantur. Occultat vtrorum-
que ſemina Deus, & plærumque bonorum malorumque cauſæ

 ſub

ſub diuerſa ſpecie latent. *Plut. in Panegyr.*

Vita Principi cenſura eſt, eaq; perpetua. Ad hanc dirigimur, ad
hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt quàm exemplo.
Quippe infidelis recti magiſter eſt metus. Melius homines exemplis
docentur, quæ in primis hoc in ſe boni habent, quòd approbant
quæ præcipiunt fieri poſſe. *Idem, ibid.*

Non immeritò longa vita fruantur qui pietatis officia relin-
quunt. *Caſſiod. l. 2. c. 14.*

Humanæ vitæ conditionem præcipuè primus & vltimus dies
continet: quia plurimum intereſt quibus auſpiciis inchoetur, & quo
fine claudatur. Ideoq; eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui
&... cipere lucem proſperè & reddere placidè contigit. Medii tem-
poris curſus, prout fortuna gubernaculum rexit, modò aſpero, mo-
do tranquillo motu peragitur: ſpe ſemper minor, dum & cupidè
votis extenditur, & ſore ſine ratione conſumitur. Nam & ſi eo
bene vti velis, etiam paruum ampliſſimum efficies, numerum an-
norum multitudine operum ſuperando. Alioquin, quid attinet
inerti mira gaudere, ſi magis vitam exigis quàm approbas? *Val. Max.
l. 9. c. 12.*

Omnes homines qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus,
ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti pecora:
quæ natura prona atq; ventri obedientia finxit. *Saluſt. de Coniur.
Catil.*

Is mihi viuere demum atque frui anima videtur, qui aliquo ne-
gotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. *I-
dem, ibid.*

Nullus mortalium vniuerſam vitam peccati expertem degit. *P.
AEmil. lib 2.*

Vitam hominis quendam in theatro actum abitremini. Quic-
quid homo cogitat moliturq;, id non modò poſteritatis (quæ in-
corruptè iudicabit) oculis patefcet, ſed iam perſpicitur ab ipſo cœ-
lo ad ſpectaculum circumfuſo, cuius oculis vos ita componite, vt
vitæ breuitatem tanquam vnius diei ludos, ſi ſpectatoribus proba-
ueritis, maiora quàm concipi animo in præſentia poſſint præmia per
ceptum iri ſciatis. *Idem lib 3.*

Non corpore vita conſtat, re mille quotidie caſibus obnoxia. Spi-
ritu, animo, mente, quæ numine afflatur, impleturq;, æuum degunt.
*Idem l. 4.*

Andronicus Palæologus imperator Deo fretus & fiducia plenus
vſq; adeo fuit, vt maxima ex parte ſine cuſtodia ageret: & ſine im-
peratoriis ſatellitibus. Sæpe etiam eos quos retia & laqueos contra
ſe inſtruere ſciret, in eaſdem ædes admittere & menſæ adhibere ſo-
litus eſt. Dicebat enim, vitam hominis in manu Dei eſſe poſitam:
à quo vbi eius deſtructio permittitur, tunc omnibus periculis patere
fores; *Niceph. Greg. hiſt. lib. 11.*

Vita indignus eſt, qui omnẽ clementiæ ſpem, vltro ipſe ſibi præ-
cidit. *Zonar. in Heracl.*

Virtute in longiorem ætatem quàm vitio peruenitur: ea namq;
& facilior eſt & iucundior, & expeditior, & fortior. *Xen. de rep. &
leg. Laced.*

Multi mortales dediti ventri atq; ſomno, indocti incultique, vi-
tam ſicut peregrinantes tranſegere, quibus profectò contra natu-
ram corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mor-
...; iuxta æſtimo: quoniam de vtraq; ſiletur. *Salluſt. de coniur.
Catil.*

Victorib. vita felix & ſuauis eſt: victis autem nihil acerbius eſt,
quàm toto tempore ſpem in hoſtium miſericordia collocare. *Pro-
cop. de bell. Vandal. l. 2.*

Qui partibus non cedunt, & erga ſuperiores honeſtè ſe gerunt,
erga inferiores verò moderatè, hi plerunq; habent felices rerum
ſucceſſus. *Thucyd. l. 5.*

Supremus dies ſuo cuiq; tempore, alii ſerius, alii ocyus aderit, ſi
quid ſerum eſt in hac vitæ breuitate. *P. AEmyl. l. 3.*

Turpiter agenti tenebræ conueniunt, ſed honeſtæ vitæ plus or-
namenti lux adfert. *Xenoph. orat. de Ageſilai laudibus.*

Si cuiq; mores plerunq; fortunam conciliant. *Corn. Nepos in vita
Pomp. Attici.*

Diuinarum rerum contemplatio & reipublicæ adminiſtratio,
haud ferè coniungi ſolent: atq; adeò optandum eſt, ne magna inter
eas pugna vt inter carnem & ſpiritum, & ſenſum atq; mentem ap-
pareat. Mihi vero placet eum qui ad principatum adſpirat, ex v-
traq; contemperatum eſſe: ſed aliæ ad grauiorem, aliæ ad acutio-
rem ſonum, aliæ plus minuſve adſtrictæ variam & concinnam har-
moniam efficiunt. Qui enim ſoli diuinarum rerum ſpeculationi
eſt intentus, in montibus & ſpeluncis debet viuere: vt cuius mores à
ciuili conſuetudine prorſus abhorreant. Qui vero morum ciui-
litatem cum virtute coniunxit, & vſu variarum rerum perpolitus eſt
is populum ad res optimas & ſalutares facile deduxerit. *Niceph. Gre-
goras, hiſt. l. 3.*

Qui vitam ſuam proiiciunt, eos tanquam ex inſania quadam rem
aliquam magnam tentaturos, reliqui omnes ſuſpectos odioq; ha-
bent: quos autem plurimam ſalutis propriæ rationem habere vi-
dent, eos laudant, & prædicant, tanquam nihil morti dignum com-
miſſuros, *Dion. l. 46.*

Mala res eſt vitæ cupiditas, cùm non omnia diuinæ prouidentiæ
mandantur, ſed terrenis rebus quaſi aliquid firmi habeant, inhia-
tur. Inde enim ſcatent examina vitiorum. *G. Pachy...
br. 12.*

Omnis actio ab hominibus ex ipſorum commutatio...
debet: peccatum ſemel admiſſum nullo vnquam tempo...
ſit infectum: quod autem bonis actionibus corrigitur...
bus maximè fauet, priſtinamq; famam erroris obliuio...
na reſtituit. *Procop. de bello Vandalic. lib. 2.*

Qui in his quæ admiſerunt retractando probantur...
mam præteritorum excuſationem præ ſe ferunt, *ido...
bro.*

In lucem prodeuntibus vniuerſis haudquaquam ...
finis, & mortis genere ipſo, vt in aliis multis inter ...
mines. Si quidem vel ignaui imbelleſq; contumeliis ...
cti, & riſum de ſe hoſtibus exhibendo, ad præſtituta per...
pora, fatum nihilominus complent: quod tamen ...
tib. viris, cum virtute & optima abundantiq; gloria, ...
tiantur, contingit. *Procop. de bello Goth. l. 2.*

Apud mortales eodem ſtatu permanere diu nihil po...
*bello Goth. lib. 3.*

Quum Xerxes innumerum illum exercitum ſuum ...
lachrymas funderet, ab Artabano rogatus quid fleret ...
reſpondit. Reputantem me quam breuis ſit omni...
ſubiit horum miſeratio: quorum, quum tot ſint, ne...
mum annum ſupererit. Excipiens Artabanus, At...
lia, quàm iſtud eſt, viuendo miſerabiliora patimur. ...
breui vita nullus hominum adeo felix extitit, neq; ...
liorum, cui non crebro, nedum ſemel, ſubita ſit a...
voluntas potius quàm viuendi. Incidentes enim ...
morbi vitam perturbant, efficiuntq; vt quum breuis ...
longa videatur. Ita mors optatiſſimum eſt perfugium ...
vitæ, quam Deus dulci geſtu aſpergens, ob id hominibus ...
deprehenditur. *Herodot. lib. 7.*

Verſatur in incerto vita mortalium, rerumq; ...
ſurſum ac deorſum currens omnia volutat, & co...
*Conſt. Manaſſ. Annal. pag. 163.*

Quis enumeret ea incommoda, quæ velut in ſcena ...
rum mortalium ærumnoſa natura non ſecus ac nau...
ſecum trahit? *G. Pachym. hiſt. lib. 8.*

Omnis ſplendor, vnius horæ momento in ludibri...
tur. *idem, eod. lib.*

Si quis intueatur omnia propius, comperiet miſeri...
tæ noſtræ conditionem, qui tantis laboribus, vigiliis ...
bis cogitationib. nos defatigamus ipſi & affligimus. ...
*lib. 5.*

Leuiſſimo momento ſalus peſtiſq; ſummorum ...
pendet. *P. AEmyl lib 10.*

Plærunque res paruæ non minores habent diffi...
minus inexplicabiles, quàm maxime. *Pr. Guicc...
lib. 10.*

Is melior habendus eſt, cui mutatio vitæ in melius ...
enim ea natura præſtantior, in qua deteriora conſe...
liora vigent atque adoleſcunt. *Plutarch. in compar. Cim...
culli.*

Nihil eſt in hac ærumnoſa vita potius, quàm vt me...
num iudicium, & ſtudeamus in rebus omnib. ...
ſimus mediocri vitæ genere, neq; defatigemur iis ...
ſuſcipiuntur à multis, nimia quadam cupiditate & am...
ſcendi. Hanc viam ſi poſſemus ingredi atq; tenere, ...
us viueremus, & minus affligeremur valetudine ad...
tem non adeo formidaremus. Etenim quanta ſit vi...
ſeria, facilè poteſt ex eo colligi, quòd ſimul atq; mortu...
quicunq; ſit ille, ſtatim omnes abominantur & exhorre...
cadauer: & euolat anima, ſiſtiturq; mox iudicio ...
*min. lib. 10.*

Vt eos qui pulcherrimas & elegantiſſimas formas ...
quid illis adſit minus venuſtum, neq; omittere planè ...
exprimere exactius quòd hoc turpem, illud propoſitu...
milem aſpectum eſſet præbiturum: ita quando difficile ...
nè fieri nequit, vt hominis vita inculpata prorſus atq; ...
te pura ſit, in iis quæ laudem merentur, eſt veritas, ...
litudo, planè exprimenda: ſi quæ aut vitia & ...
aliquo, ſeu ciuili neceſſitate incurrerunt in ipſis actio...
mare debemus, defectus potius virtutis eſſe, quam ne...
atq; ideo nequaquam nimio ſtudio in hiſtoria ...
quaſi pudore humanæ naturæ moueri, quæ nullum ...
genium ſincerum, & perfectæ virtuti deditum produ...
*in Cimone.*

Rectè dictum eſt à Xenophonte, præſtantium virorum ...
iam, & quæ inter potandum animi cauſa agunt, memorabi...
in ſe habere: at verò etiam magis eſt operæpretium an...
re, quàm in aduerſa fortuna in agendo loquendo mo...
uent. *idem, in Ageſilao.*

Clarorum virorum facta moreſq; poſteris ma...
vſitatum, ne noſtris quidem temporibus ...
ſuorum ætas omiſit, quoties magna aliqua ac ...
vicit ac ſupergreſſa eſt vitium, paruis magniſq; ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ntiam recti & inuidiam. Sed apud priores, vt agere …digna pronum, magiſq; ingenio, ad prodendam virtutis …, ſine gratia aut ambitione bonæ tantum conſcientiæ …batur. Ac pleriq; ſuam ipſi vitam narrare, fiduciam po… …, quàm arrogantiam arbitrati ſunt, nec in Rutilio & … fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes iiſdem tem… optimè æſtimantur, quibus facillimè gignuntur. *Tacitus, …gric.*

De tædio vitæ. DIAL. XCVIII.

*Franciſc. Petrarch.*

DOL.

…tædium ingens tenet. R. Ex præmiſſis ortum malum, … vix aliud periculoſius, quippe moleſtiſſimum per ſe, … quoq; contiguum, atq; ad illam via eſt, pro quo nomi… …itum eſt, veſtris in templis auxilium implorare felici… …rum, quæ terrenis tædiis vinculiſq; corporeis reſolutæ, …perfruuntur gaudiis, ac ſecuritate mentis æterna. D. *Mul*… vitæ tædia circumdant. R. Propellenda tædia cogi… …latis, ac ſpe bona amicorum ſolatio, & librorum, & de… …um honeſtarum alterna varietate, atq; exercitiis iucundis, … ſed imprimis patientia rerum, & longanimitas inui… … vel præſentium odio, vel futuri deſiderio, nec metu de… …ſpe villa antic pandus vitæ finis, quod ſtulti quidam, ac mi… …qui, dum paupertatem, vitæque tædia, ac labores tem… …ſugiunt, in æternos incidunt. Sine Ciceronem noſtrum … Catonis huius vltimi ſuis in libris Officialibus excu… Sine loqui Senecam, & hanc ipſam miris laudibus cele… & multis in locis diſputantem, certis ex cauſis arceſſen… … mortem, verior altera, multoque melior Ciceroniana …, quia & tibi & piis omnib. retinendus eſt animus in cuſto… …, nec iniuſſu eius, à quo ille vobis eſt datus, ex hominum …andum, ne ſcilicet aſſignatum munus diffugiſſe videami… & illud è cœlo tibi etiam dictum crede, niſi Deus is, cuius … hoc omne, quod aſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis libe… …ibi aditus patere non poteſt, & ad ſummam caue ne aut …am vitæ tædio ita mortem cogites, vt occupare illam tibi …, aut vllo gaudio ita non cogites, vt incautum illa ani… improuiſa deiiciat.

¶ APOPHTHEGMATA.

…, Vitam humanam dicebat eſſe ſimilem panegyri, hoc … hominum conuentui, ad quem alii conueniunt certatu… …aturi, nonnulli ſpectatores modo futuri. Et cæteros …nes eſſe ſolicitos: ſolum ſpectatorem tranquillum frui … *Laert. lib. 1. c. 1.*

… Aleæ ludo vitam ſimilem eſſe dicebat: & quicquid e… … quandam teſſeram diſponere oportet. Non enim de… …portet, neq; teſſeram aliter ponere. *Stobæus ſermone.*

…, Vitam ſine feſtiuitatib. dicebat longam eſſe viam ſi… *Stob. ſerm. 16.*

…, Vitam fortunæ coniunctam torrenti ſimilem eſſe, Turbulenta enim, plena cœno, ingreſſuque difficilis, vio… …ſtrepera eſt, & breue tempus durat. *Stobæus ſermo-*

…, dicenti, miſerum eſſe viuere: Non, inquit, viuere miſe… … male viuere miſerum eſt. Vulgus miſeram appellat vi… …bus, doloribus, morbis, damnis, exiliis, multiſq; hoc ge… …modis obnoxiam: at philoſophus nihil malum aut mi… dicebat, niſi quod cum turpitudine coniunctum eſſet. *La-*

… dicebat, aliquem virum bonum nobis eſſe eligendum, … ante oculos habendum, vt ſic tanquam illo ſpectante vi… & omnia tanquam illo vidente faceremus. Eo modo … errores facile corrigerentur. *Seneca epiſt. 11. ad Lu-*

Neminem non ita exire è vita dicebat, tanquam modo in … Item: Neminem aliter, quam quo modo natus eſt, exi… Et moleſtum eſſe ſemper vitam inchoare. *Senec. epiſt.*

Semel, inquit, nati ſumus, bis naſci non licet: ſed neceſſari… … finiri: Tu vero, qui ne craſtinum quidem in tua pote… tempus differs. Omnium vero vita cunctando perit, … quod vnuſquiſq; noſtrum inter negotia moritur. *Stob.*

Non vitam, ſed bonam vitam maximi faciendam eſſe, di… *ſerm. 7.*

…cebat, Viros bonos non longa vita, ſed clara & illuſtri o… *Eod. ſerm.*

…mirari ſolebat illum Homeri verſiculum præ cæte-

… τι φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

*… quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum.*

Quod aliis defluentibus alii ſuccedant. Sentiens, in rebus humanis nihil eſſe diuturnum aut ſtabile. *Laert. lib. 9. c. 11.*

*Epicharmus*, Inter confabulandum cum amicis quum audiſſet diſceptantes de viuendi ſpatio, & quidam tres, quidam quatuor, alii plures annos ſibi tribuerent adhuc viuendos, dixiſſe fertur. Quid mutuo contenditis & litigatis de paucis diebus? Omnes enim, qui conuenimus, quodam fato propinqui ſumus morti. Itaque tempus eſt nobis omnibus ocyus diſcedendi, antequam aliquod ſenectutis damnum experiamur. *Ælianus lib. 2. de Var. hiſtor.*

*Anonymus* Philoſophus quidam interrogatus, qualis eſſet hominis vita? quum parumper ſe oſtendiſſet, mox ſe abſcondit. Quo indicare voluit, momentaneam & per breuem eſſe hominis vitam. *Rudolphus Agricola libro primo, capite vigeſimo quar. de Inuent.*

*Hierocles* dicebat, longæ tædioſæque vitæ maximum imminere periculum: partim propter ipſarum rerum naturam, neſcio quid aduerſæ contumaciæ habentium, propter ſubitas & inopinatas animæ perturbationes, maxime vero propter ipſam hominum malitiam, quæ nec vlla vi, nec dolo malorum ſtratagematum abſtinet. *Stob. ſerm. 82.*

*Ariſtonymus*, Vitam humanam ſimilem eſſe theatro dicebat, vbi ſæpius peſſimi quiq; honoratiſſimum inter homines locum obtinent. *Stob. ſerm. 104.*

*Idem*, Pauperum vitam aiebat, ſimilem eſſe nauigationi iuxta littus: Diuitum autem ei, quæ in profundo pelago fit. Illis enim facile eſſe funem eiicere, appellare, & nauim extrahere, diuitibus non item. *Stob. ſerm. 95.*

*Socrates*, De vita malorum & vitioſorum hominum hæc eius ſcite dicta occurrunt: Indoctorum vita tanquam hiſtrio, multa faſtus & arrogantiæ gerit indumenta: Neq; nauigantes præter loci commoditatem appellere tutum eſt, neq; viuentes præter legem vitam agere periculo vacat. Auarorum vita ſimilis eſt funerali conuiuio. Omnia enim quum habeat, hominem, qui præſentibus hilariter fruatur, non habet. *Stob. vide Xenoph. in comment. & Diog. Laert.*

*Idem*, In vita perinde, vt in ſimulachro, omnes partes pulchras eſſe oportere dicebat. Item: Vitam inſtar organi muſici, dum intentione & remiſſione ſibi concinna redditur, ſuauiorem fieri. *Stob. ſerm. 1. & 3.*

*Diogenes*, aiebat, de neceſſariis quidem ad viuendum homines ſibi propicere: quæ vero ad bene viuendum pertinent, non comparare. *Stob ſerm. 4.*

*Epictetus* Longior vitæ, ſed deteriori, breuiorem, ſed meliorem ab omnibu omnino præferendam eſſe dicebat. *Stobæus*

*Apollonius*, Homini fortunato, inquit, breuis eſt vita: infortunato longa. *Stob. ſerm. 120.*

*Simonides* interrogatus, quantum temporis vixiſſet? tempus quidem exiguum, reſpondit, annos vero multos. *Stob. ſerm. 96.*

*Antiphon*, Vita ſimilis eſt, inquit, carceri vnius diei, & totum vitæ ſpatium vni diei æquale propemodum dixerim, per quem intuitu lucem, poſteris deinde vitam tradimus. *Eod. ſerm.*

*Socrates*, In vita tanquam in theatro permanendum eſſe dicebat, quamdiu rerum & operum huius vitæ iucundum fuerit ſpectaculum. *Stobæ. ſerm. 120.* Addamus & illud Pythagoræ: Quamdiu Summo rerum Domino viſum fuerit, qui è ſtatione nos in tempore euocabit.

*Philippus*, cum appararet in loco amœno caſtra metari, & moneretur, illic non eſſe pabulum pro iumentis: Qualis, inquit, eſt noſtra vita, ſi etiam ad aſinorum commoditatem viuere cogimur? *Plut. in apoph.*

*Iulius Cæſar*, cum vndiq; viderentur imminere inſidiæ, atq; admoneretur, vt ſibi caueret, reſpondit: Satius ſubire ſemel, quam ſemper cauere ſignificans, eum non viuere, qui viuit in perpetuo mortis metu. *Eraſ. lib. 4. apoph.*

*Aratus*, laudante quodam virum deſperatum & audacem, ac idcirco & in bellis eximium, Aratus Sicyonius reſpondit: Multum intereſt inter magnificare virtutem, & vitam contemnere. *Stob. ſer. de militia.*

*Speuſippum* cruribus reſolutum Diogenes hortabatur, vt ſeipſum vita priuaret. Cui ille: Non cruribus, inquit, viuimus, ſed mente. *Stob. ſerm. 116.*

*Theodorus Cyrenaus*, Nullam ſatis magnam cauſam ſapienti eſſe dicebat ad vitam finiendam, quod hac ratione probabat: Iuſtum enim, qui caſus humanos contemnit, vitam propter eos relinquere, quomodo non contrarium fuerit illi, qui nihil bonum, quam honeſtum, & ſolum turpe malum aſſeruit? *Stobæus ſermone 118.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*, Sicut ad ſeruandam prolis ſucceſſionem Deus peccandi cupiditatem hominib. indidit, non tamen prohibens altiorem continentiæ viam: Ita & vitæ nobis inſeuit deſiderium, prohibens, ne quis ſe interimat, non impediens tamen, vt præſentem vitam contemnat. *Hom. 84. in Ioan.*

*Ciceronis.* Vt in ædibus ac tibiis, quamuis paululum diſcrepent,
tamen id à ſciente animaduerti ſolet: Sic videndum eſt in vita, ne
forte quid diſcrepet, vel multo etiam magis, quo maior & me-
lior actionum, quam ſonorum concentus eſt. *Libro. 1. Officio-
rum.*

*Hiſtrio*, ſi paulo ſe mouit extra numerum aut ſi verſus pronuntia-
tus eſt, ſyllaba vna breuior aut longior, exſibilatur, & exploditur: Vi-
ta autem omni geſtu moderatior, omniq; verſu aptior eſſe debet. *Pa-
radox* 3.

*Vt hiſtrioni* actio, ſaltatori motus, non quiuis, ſed certus quidam
eſt datus: Sic vita agenda certo genere quodam, non quolibet. *Lib.
3. de fin.*

*D. Chryſoſtomi*, Vita noſtra ludus eſt, & forte quid deterius:
non enim tendit ad riſum, ſed ad intolerabilem quoque protrahit
dolorem eos, qui mores ſuos non mature & diligenter inſtruunt.
Quo enim diſtamus à pueris lugendi gratia, caſulas ædificantibus,
nos qui ampla prætoria, & clara conſtituimus? Quæ autem eſt diſ-
ſimilitudo inter eorum prandiola, ad ludum parata, & noſtra hæc
ſplendide & delicate apparata conuiuia? Nulla plane, niſi quod ea,
quæ nos ad ſupplicium noſtrum ſæpe facimus, quæ illi imitantur
ad ludum. Nondum venimus ad maturitatem virorum, quo
cum venerimus, intelligimus, hæc eſſe omnia puerilia. Nam & il-
los, cum ad virilem ætatem tranſimus, ridere conſueuimus, ob ea
certe ipſa, quæ, cum pueri eſſemus, etiam ſtudioſe credebamus eſſe
facienda. Nam & teſtas aliquando, & lutum ſæpius aggerentes,
non minus gloriabamur, quam hi, qui certatim amplas porticus &
triclinia gaudent ſuperba conſtruere. Sed tamen peribat illa con-
tinuo, & corruebant. Et ſicut nos paruulos de illa fientes ſtru-
ctione ridemus: Sic quoque viri, nobis de hac ſubmerſione mœ-
rentibus non modo non rident, ſed deflent. Quouſque lucibus
occupamur, ac ſalutem noſtram ipſi deſpicimus ac prodimus? Vt
pueri, quum neglectis literis ad huiuſmodi nugas ſtudia ſua con-
uertunt, duriſſimis verberibus ſubiacebunt: Sic nos quoque, qui
in his rebus ſtudium omne conſueuimus, cum à nobis ſpirituali-
um exigetur operum diſciplina, niſi quæ reddenda erunt, habue-
rimus parata, horrenda illa ſupplicia perferemus. Et hæc qui-
dem, quibus nunc dediti ſumus, & cuncta pariter euaneſcent: quæ
vero ex iſtis pœna colligitur, immortalis erit & perpetua. Quod
quidem accidere ſolet in paruulis, quorum puerilis illa conſtructio
parte tota ſubuertitur, ipſi etiam verberari poſt luſus ad lachrimas
conuertuntur. *Homilia 24. in Matthæum.*

*Cæleſtis* Regis milites ſumus, ſpiritualia arma induti. Cur i-
gitur cauponarum abiectarum perſonarum, immo vermium vi-
tam eligimus: quum ibi oporteat eſſe militem, vbi & imperator
eſt? Militamus ſub eo qui prope adeſt. Mortales Imperatores
non omnes in prætorio, & ad latus ſuum eſſe patiuntur, at vero
cœleſtis omnes prope ſedem ſuam eſſe dederat: Sit conuerſatio
tua in cœlis, & ades ei. *Homilia quinquageſima quinta in Mat-
thæum.*

*Pelagus eſt* late longeque protenſum hæc vita: & quemadmo-
dum in mari vniuerſo ſinus diuerſi, aliis atque aliis tempeſtatibus
commouentur, præcipue veluti AEgea ventis exaſperatur, pro-
pter anguſtias Charybdis, quæ Libyen verſus, propter ſtagna Syr-
tis, & breuia portus, magnitudine fluctuum atque impetu Hiſpa-
nicus Oceanus, quia inuius carentia portuum & locorum ignoran-
tia intricatus, difficilis nauigantibus eſt, ſimiliter alii aliis de cau-
ſis: Sic & in vita noſtra fieri videmus: nam præmium in ea pe-
lagus ſtatim videre licet, puerum, ætatis conditione, quæ multis
ac magnis procellis exagitatur, tum quia mens imbecilla eſt,
tum quia nulla firmitate adhuc roboratur, ſed huc atque illuc
facile flectitur. Quapropter pædagogos illi & magiſtros præfi-
cimus, vt defectus naturæ diligentia ſuppleat, veluti & in naui-
gando gubernatoris officio maris aſperitas ſuperatur. Adoleſcen-
tium flectus pueritiæ ſuccedunt, qui vehementioribus, ſicut
AEgæum pelagus, exagitantur concupiſcentiæ ventis: quæ qui-
dem ætas, quanto magis coniectione indiget, tanto minus in-
ſtruitur, non ſolum quia magnis fluctibus cæditur, verum etiam
quia peccantes non redarguuntur, quum & magiſter & pæda-
gogus ſubtrahantur, magnitudine tempeſtatis, quum maiore
turbine venti ſpirent, & gubernator ſit imbecillior, nemoque
alius tutor adſit, atq; defenſor. *Homilia octuageſima ſecunda in
Matthæum.*

*Scena* quædam eſt vita noſtra atque ſomnium. Sic enim in ſce-
na ſublato velamine, vana illa ſoluuntur. Et ſomnia, vbi ſolis illu-
xit radius, abuolant omnia: Ita & modo conſumptione propin-
qua, & omnium ſingulorum cuncta ſoluuntur, atq; euaneſcunt.
*Homil. 15. ad Hebr.*

*Sancti* peregrini fuerant his liberati poſtulantes ab hac peregri-
natione, & ad patriam ſuam venire. Nos contra facimus: Si febris
accedat, omnia relinquimus, ſicut pueruli planctuoſi mortem ti-
memus. Et hæc patimur merito: quaſi peregrini conuerſamur in
hac vita, & non veluti qui feſtinat ad patriam, ſed veluti ad pœnas i-
turi. Dirigeſcimus quaſi homicidæ & duces latronum, quum pro-
ducendi ſunt ad tribunal, & mala conſiderantes, quæ geſſerunt, ideo
timent, tremunt. *Hom. 24. ad Hebr.*

*Vita* præſens non eſt melior carcere. Sicut illud ingreſſi do-
micilium, omnes videmus catenis obductos: Sic & ...
exteriori phantaſia ſeparati, cuiuſque vitam intrauerimus, ani-
mam cuiuſque vinculis ferro ſæuioribus vinctam inuenies:
maxime, ſi diuitum animas ingrediaris. Nam quanto ...
induti fuerint, tanto magis ſunt compediti. Sicut ...
uum quum & dorſo videris, & manibus, & quandoque ...
ferre depreſſum, ideo maxime miſerum vocas. Sic & ...
cum infinitis rebus circundatum videris, non propter ...
tem, ſed propter ipſam, miſerum eſſe puta. Nam & ...
vincula cuſtodem etiam habet infeſtiſſimum pecuniarum amo-
rem, qui prohibet hunc egredi carcerem, ſed innumeras ...
pedicas, cuſtodes, fores & obices, & in interiorem ...
ſtodiam, etiam his vinculis gaudere perſuadet, ita vt ...
ueniat ſpem ab ingruentibus malis liberari. Et ſi cogitatione ...
lius animam reuelaueris, non victam, ſed & ſqualentem ...
dam, & pediculis plenam videbis. Ideo animarum ...
demptorem deprecemur, vt & vincula dirumpat, & ...
nobis cuſtodem arceat, & ab illarum abſoluens ferrearum ...
catenarum, pennis leuiorem nobis ſenſum efficiat. *Homilia ...
Hebr.*

*Omnia* vmbra, ſomnia, curſus. Curſor eſt vita. Vt ...
rupis excelſæ verticem tenens, pelagus omne deſpicit, ...
inde nauigantium crebris fluctibus ferri, vnda ſubmergi, ...
prærupti montis ſaxo collidi, nonnullos ad alta littora ...
properare, aliquos tabulæ vnius auxilio ex fragmentis ...
uentæ à morte defendi, aliquando pro gubernaculo atq; ...
manibus tantummodo ſuis vti, alius autem videat ...
ctus multiformi atq; multiplici genere cadauera ferri: ...
qui militat Deo, cum ſe à tempeſtatibus atq; turbinibus ...
ſtius ſeparabit, conſiſtit in arduo ſemper ac tuto ...
co. Quid enim celſius poteſt eſſe: quid tutius, quam ...
tum nos ſollicitudinem gerere, quomodo Deo placeamus? ...
Vidiſti naufragia huiuſmodi: pelagus vndaſq; declina: ...
illum huiuſmodi pelago quære nauigantem: excelſum ...
cupa, à periculo captiuitatis immunem. *Homilia 22. ad ...
monachum.*

*Non eſt* theatralibus ſcenis præſens vita diſſimilis. ...
lic, ille imperatoris, ille iudicis, alter militis implet ...
bi autem nox conſequuta fuerit, nec imperator ...
rator, nec iudex, qui fuerat iudex, videtur, nec miles ...
miles: Ita vnuſquiſq; noſtrum in illius ſeculi de ...
ſed rebus atque actibus competentem accipiet dignitatem ...
dignitatem Scriptura vocat florem. *Homilia vigeſima ...
Eutropium.*

*Sicut* cæſtibus pugnans ſtadio exire feſtinat, vt ...
beretur, & luctator ſpectatores exugere concupiſcit, ...
bus abſoluatur: Sic in rigida & aſpera vita cum ...
finem deſiderat, vt præſentibus eripiatur laboribus ...
ſitis valeat coronis confidere, ad tranquillum nauigans ...
& in illo tranſmigrans, vbi non eſt amplius timendum ...
um. Ideo Deus laborioſam naturaliter vitam noſtram ...
inſtituit, vt præſenti tribulatione compulſi, futurorum ...
cupiamus. Si enim nunc, cum ſint tot triſtia pericula ...
curæ nos vndiq; circumeuntes, tam libenter præſentis ...
vitæ, ſi nihil horum eſſet, & abſq; triſtitia & ærumnis ...
foret vita noſtra: quando vnquam futura deſideraremus? ...
*Virtutibus & vitiis.*

*Somnus* eſt vita præſens. Nam vt ſomno preſſi, ...
uacanea & fruſtra loquuntur, videntq; perſæpe nihil ...
deteriora iis pleraq; ſperamus: ſiquidem qui indecora ...
ſerint, eademq; obſeruari ſibi per viſum conſpexerint, ...
expergefacti, turpi & indecoro adſpectu liberentur ...
pro ſcelere meruiſſent: quod aliter nobis euenire ſolet, ...
ignauiam & ſocordiam ignominia atq; ſupplicia ...
tem & qui per quietem ſomniando diteſcunt, vbi ...
nes & diuitiis vacui arguuntur: captos vero, ...
ertiæ, ſomnoq; plerunq;, nec dum luce oborta, ...
pertum eſt, & ita vt breui eorum inſomnia euaneſcant. ...
*carnis concupiſcentiam.*

*D. Baſilii.* Quemadmodum qui in nauigiis dormiunt, ...
vltro aguntur, etiamſi nihil ſentiant, ſed curſus ...
portum defert: Sic & nos, tempore noſtræ vitæ præterfluente, ...
motu quodam perpetuo & indefeſſo, ad ſuum quiſq; ...
curſu vitæ noſtræ feſtinamus. *Apud Maximum ſermone ...*

*Nazianzeni*, Mare vita noſtra eſt (humana enim ...
ac inſtabilitatis habent:) venti autem ſunt tentationes, ...
tes, & quæ inexpectate eueniunt. Quod mihi & ...
Dauid cognouiſſe videtur, dum ait: Salua me Domine, ...
ingreſſæ ſunt aquæ vſque ad animam meam, & ...
profundo aquarum, &: Perueni ad imum maris, ...
ſubmerſit me. Ex iis autem, quæ tentabantur, quæ ...
rum demortuarum teſtæ leuiſſimæ videbantur, quæ ...
iactarentur, & nihilominus tentationibus reſiſtebant, ...
nim in ſeipſis robur habebant, & grauitatem con...

aduerſitatibus reſiſtere poſſent incidentibus. Quidam au-
decantur petra, petra illa digni, ſupra quam firmati ſumus, &
imus, quicunque ſapienti vſi ratione, & multorum exupe-
humilitatem, omnia tolerant conſtanter & inconcuſſe, ode-
cos, vel miſerentur eorum, qui concutiuntur: hoc qui-
pter ſapientiam, illud autem propter humanitatem. Ipſi
nter turpia ponunt abſentia mala contemnere, ſeu potius
menda eſſe, præſentia vero inculpare: & quænam ex his?
ia nempe, non ſecus ac ſtabilia, & extra tempus philoſo-
at in neceſſitatibus omni carere prudentia: quemadmo-
quis ſe optimum athletam cenſeat, quum tamen nun-
n ſtadium deſcenderit: aut gubernatorem eximium, qui
quillitate multum de arte gloriatur, in tempeſtate autem
ſcula relinquit. *In oratione, poſtquam reuerteretur ex a-*

*nis Iudæi*, Sicut in ſomniorum viſionibus videntes non
, audientes non audimus, guſtantes aut tangentes nec gu-
, nec tangimus, loquentes non loquimur, deambulando
mbulamus: ſed quum videamur vti moribus & habiti-
llo prorſus vtimur, mente inaniter ſine vllis veris obiectis
e ſuos ſimulachra rerum non exiſtentium, tanquam exi-
n: Eodem modo etiam in hoc mundo corruptibili vigilan-
naginationes ſomniis ſunt ſimilimæ: veniunt, abeunt, oc-
efugiunt, & priuſquam comprehendantur, auolant. *lib. de*

a, quæ ſub mundo ſunt, vmbris ſpectriſq; ſunt ſimilia: &
un pompæ traducuntur, prima quæque conſpectum præ-
tem in torrentibus, fallente viſum celeritate vndæ præter-
e vitæ totius negotia currentia præterlabentiaq; videntur
quum ne momentum quidem maneant, nunquam non
entia *ibidem*.

*odori*, Rota accipitur pro noſtra hac vita, ob ipſas reuolu-
motus, iuxta illud: Vox tonitrui tui in rota. Inquit ergo:
am rota huius vitæ nos ſecum præcipites deuoluat in la-
opriam curemus ſalutem. *In Eccl. c. 12.*
r vanitatis dies præſentem vitam: primo quidem, quia vi-
omines plerique, quod fas piumq; eſt, minus ſequuntur:
o etiam, quia fugit velut vmbra, neq; conſiſtit. *In Eccleſ.*

*pii*, Vmbram enim (inquit ille) continens lex futurorum bo-
Poſſumus id, quod modo relatum eſt, etiam in noſtro in-
corpore. Vmbra enim noſtra vita eſt, quam hic agimus.
a capiatur imago diuina & in ſpiritu ſimilitudo. *In Gen. cap.*

*ii Cyrenæi*, Quemadmodum in ſcena tragœdos videmus,
ceſſit bene exercitata, eum pari modo & Creontem agere,
am (neque enim purpurei panni ad vocis claritatem aut
n aliquid faciunt, aut ad theatrum carminis ſono occu-
idem etiam famulam & heram eadem muſica repræſen-
quamcunq; ei perſonam fabulæ choragus imponit, hanc
e agere poſtulat. Ita igitur Deus nobis, & fortuna, di-
z genera, quaſi perſonas quaſdam in hac ingenti mundi
nduit, neque vnius conditio, quam alterius, quicquam eſt
r, vel deterior. Eam vnuſquiſq; gerit, vt poteſt. Po-
m vir bonus omni loco ſe recte gerere, ſiue mendicum il-
gem agat: neq; de perſona altercari ſolet. Nam & in tra-
iculum fuerit, hanc illum refugere, aut alteram eligere.
æ enim perſona, ſi placeat, corollas, & præconia conſe-
contra vero, ſi in regia ſe turpiter det, exploditur & exſibi-
on etiam nunquam lapidibus petitur. Neq; enim vllum
tæ nobis proprium eſt, ſed alienis his extrinſecus circum-
Non autem ii ſumus, qui iatus his vtimur: qui cum ope-
repræſentatione noſtra ipſi meliora illi aut deteriora effici-
actores quidam Viuarum fabularum. Quapropter non
am veſtes illa & ſumentur, & mutabuntur. *De prouident.*
*77.*
*ti*, Vita fortunæ coniuncta torrenti ſimilis eſt. Turbulen-
& plena cœno, ingreſſuque difficilis, violenta & obſtre-
& breue tempus edurat. *Apud Stob. ſerm. de temper.*
*nu*, Neq; aliter in vita fieri poteſt, niſi tanquam in conui-
per vino madidi, vertiginibus & inteſtinorum doloribus ab
i velitis. *In epiſt. ad Græcos.*
*s Nicæ*, Quemadmodum in bellum exeuntibus nulla eſt v-
nudi ad hoſtes accedant, & poſtea telorum volantium v-
dq; declinare velint (non enim fieri poteſt, vt omnia vi-
pus eſt autem thorace ſolido, & alia omni armatura, vt etſi
quod incidat, non penetrare poſſit: Eo modo & iis, qui in
tam procedunt, poſſibile non eſt, vt omnia declinent & cui-
q; à nullo feriantur, eorum quæ ſexcenta in vnumquemq;
r fortuna: ſed opus eſt animo firmo, & maxime impenetra-
illiq; cedente, aut certe haud facile, quiq; non quálibet à re
tur, quandoquidem neceſſe eſt pungi, & plurima accipere
Etenim qui pedes habent teneros & pectus non attri
de nudis incedant, nunquam talem inueniunt viam, vt non
tur doleantq;, quin & leuia illis erunt moleſta: exercitatis
aſperrima quidem via difficilis eſt. *Orat. 15. de ægritudine.*

*Plutarchi*, Plato confert hominis vitam ludo teſſerarum quid ia-
ctu cadat, non in nobis ſitum: at quod cecidit, recte diſponere, in no-
bis eſt: Sic euentus in nobis non eſt, quod obuenit id in bonum ver-
tere, noſtri muneris eſt. *In Moral.*

*D. Auguſtini.* Quomodo ſi eſſemus peregrini, qui beate viuere niſi in patria non poſſemus, eaq; peregrinatione vtiq; miſeri & miſeriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus eſſet vel terreſtribus, vel marinis vehiculis: quibus vtendum eſſet, vt ad patriam, qua fruendum erat, peruenire valeremus. Quod ſi amœnitates itineris, & ipſa geſtatio vehiculorum nos delectaret, conuerſi ad fruendum his, quibus vti debuimus, nollemus cito viam finire, & peruerſa ſuauitate implicati alienaremur à patria, cuius ſuauitas faceret beatos: Sic in huius mortalitatis vita peregrinantes à Domino, ſi redire in patriam volumus, vbi beati eſſe poſſumus, vtendum eſt hoc mundo, non fruendum: vt inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciantur: hoc eſt, vt de corporalibus temporalibuſq; rebus æterna & ſpiritualia capiamus. *De doct. Chri. l. 1, c. 1.*

*Quum* ſic ametur iſta ærumnoſa vita, quam ſit amanda æterna vita? Amas iſtam vitam, vbi laboras, curas ſatagis, anhelas, & vix enumerantur, quæ neceſſaria ſunt in miſera vita. Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & poſt hæc omnia finire habes vitam. Ecce quæ pateris in miſera iſta, quam diligis, vita: & putas te ſemper victurum, & nunquam moriturum: Templa, ſaxa, marmora ferro plumboq; conſolidata, tamen cadunt, & homo nunquam putat ſe moriturum: dies mali hic ſunt. Non ſunt mali, quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta vel ſub tanta ſarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, vbi falſa voluptas, nulla ſecuritas gaudii, timor torquens, cupiditas auida, triſtitia arida? Ecce quam malos dies, & nemo vult finire dies malos, multumque rogant hinc Deum homines vt viuant. Quid eſt autem diu viuere, niſi diu torqueri: Quid eſt aliud diu viuere, niſi quam malos dies malis diebus addere? Et cum creſcunt pueri, quaſi accedunt illis dies, & neſciunt, quia minuuntur, & ipſa eſt falſa computatio. Creſcentibus enim decedunt dies potius, quam accedunt. Conſtitue alicui homini nato, verbi gratia, octuaginta annos: quicquid viuit, de ſumma minuit. Et inepti homines gratulamur plurimis natalitiis, tam ſuis, quam filiorum ſuorum. O virum prudentem! ſi tibi vinum minuatur in vtre, triſtaris? dies perdis, & gaudes? Mali ergo ſunt dies, & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus, vt nemo velit finire ærumnoſam vitam: vita bona non eſt, niſi beata. Vita beata eſſe non poteſt, niſi æterna, vbi ſunt dies boni, non multi, ſed vnus. *De Verbis Domini in Matthæum, ſermone 17.*

*Beati Gregorii*, Vita noſtra nauiganti ſimilis eſt: is, qui nauigat, ſtat, ſedet, iacet, vadit, quia impulſu nauis ducitur: ita & nos ſumus, qui ſiue vigilantes, ſiue dormientes, ſiue tacentes, ſiue loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. *Lib. 6. epiſt. 26.*

*Homines* nati in mundo ſunt quaſi flores in campo. Vita in carne flos in fœno eſt: homo more floris ex occultis, & apparet ſubito in publico, qui ſtatim per mortem trahitur ad occultum: Carnis viriditas nos oſtendit, ſed ariditas pulueris ab aſpectibus retrahit. *Moral. l. 11. c. 7.*

*Lactantii*, Vt lux eſſe ſine igne non poteſt: ſic vita ſine luce. *Lib. 7. c. 1. de diuino præmio.*

*Seneca*, Quemadmodum per frequentia vrbis loca properanti in multos incurſitandum eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi reſpergi: Ita in hoc vitæ actu diſſipato & vago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. *Libro 3. de Ira, capit. 6.*

*Vt qui variis* tempeſtatibus, huc & illuc iactatus eſt, nec tamen peruenit, non multum nauigauit, ſed multum iactatus eſt: Sic qui diu vixit, nec profecit ad bonos mores, non diu vixit, ſed diu fuit. *Apud Eraſ.*

*Quomodo* fabula, ſic vita: non quam diu, ſed quam bene acta ſit, refert. *Idem.*

*Vt in eundem* amnem nemo bis deſcendit: Sic ob rapidum curſum vitæ homo ad ſingula momenta alius eſt. *Apud Eraſmum.*

*Supra modum* deditus vino fecem quoq; exſorbet: Sic admodum vitæ auidus, qui ne extrema quidem ſenecta vult mori. *Apud Eraſm.*

*Pii Pontificis*, Vita noſtra reuera nihil aliud quam comœdia: cuius vltimus actus de morte agitur. *Comment. in Panormita. lib. tertio.*

*Vita breuis* eſt homini, quaſi ſomnium fugax. Nulli craſtina dies certa eſt: nihil enim niſi ventus & vmbra ſumus. *Epiſtol. lib. Epiſtola 110.*

Puſilli eſt animi, lucris inhiare terrenis. Mens generoſa & alta cœleſtes adſpirat in theſauros. Breuis eſt vita hominis ſuper terram. Fugiunt anni noſtri licium: vitæ noſtræ ſunt aranearum tela, quæ cito dirumpuntur. Curriculum æui noſtri incertum eſt: peregrini ambulamus in hoc mundo, ac ignoramus, quod ſerus veſper vehat. *Epiſt. l. epiſt. 131.*

*Non hac*

*Non hæc*, quam viuimus, vita eſt, ſed potius mors, quæ fugit vel-
ut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Sicut lilia &
flores deficimus. Leuiſſimaque res eſt, quæ hominem extin-
guit. Beſtiolæ minimæ nobis inſidiantur, & paruuli ſerpentis
morſu, araneæ nonnunquam ictu perimus. *Epiſtolarum libro, e-
piſtola* 411.

*Idiotæ viri ſanctiſſimi*, Vita præſens laboribus ac tribulationi-
bus plena eſt: nam cum luctu agitur, ac lachrymis amittitur.
Tanta eſt igitur tribulatio huius miſeræ vitæ, vt nec vita ſit dicen-
da, ſed potius mors, vel quippiam aliud morte deterius: ſemper e-
nim in hac mundi dum viuimus malitia, luctandum, in qua nulla
erit vnquam requies. *De patientia vera contemplatione.* §. *ſe-
cunda.*

*Engelberti Abbatis*, Præſens vita non habet ex ſe ſufficienti-
am, ſed multimodam indigentiam; propter quod (ſecundum
Philoſophum ibidem) felicitas huius vitæ indiget rebus exteriori-
bus ad operationes felicitantes; ſicut amicitia, pecunia, potentia,
ſanitate, & huiuſmodi multis. Item non eſt ſtabilis præſens vita
ſed mutabilis à natura, & à caſu, & à fortuna. Item non eſt dura-
bilis, ſed tranſitoria: quia eſt vmbra quædam, & tranſitus, & via
ad futuram vitam, quæ eſt immutabilis & perpetua. Propter
hoc præſentis vitæ felicitas eſt imperfecta ſimpliciter, & perfecta
ſecundum quid ſolum: ſcilicet quantum eſt huic vitæ & eius con-
ditionibus poſſibile ſuo modo. *De ortu & fine Romani Imperii.
cap.* 17.

*Ioannis Dugonis Philonii*, Breuis eſt vita mortalium: breuio-
rem facit ſomnus. Surgendum itaq; noctu, atq; vigilandum, &
ſpatium vitæ per ſe breue vigiliis nocturnis promouendum: Præ-
cipuaque danda opera, vt non ſolum dies, verum & noctes con-
ciliandæ gratiæ diuino ſtudio tranſigantur. Atqui tu quieſcis ſe-
curus, & in modum glitis, graui ſopore ſepultus iaces. Verum
ſi ſcires, quantum tibi præſentis nunc immineret periculi, proti-
nus excuſſo torpore, melius aliquando rebus tuis conſule-
res.

*Aſtat enim foribus chara mors lurida vitæ.*
*Craſtiana lux febrem, certum feret altera lethum.*

*In Tiliano, ſiue de ſcientia bene moriendi.*

*Mihi ſane* id, quod res eſt, expendenti, viciſſim deplorandi vi-
dentur, vt reuera miſeri, ipſi viuentes & ſani, qui ægrotantes &
morituros, mortuoſque vt miſeros deplorant. Faciunt autem hoc
inhumanitate quadam, ac prorſus bruta veritatis ignorantia, qua
mundi huius amatores obcœcantur, vt qui doctrinæ Chriſti ne-
que ſtudent, neque credunt, exiſtimantes, vitam hanc eſſe felici-
tatem aliquam, quæ nihil aliud eſt, quam mera miſeria. Vera
dicere me tum dices, quum per ſingulas ætates illam arbitratus
fueris. *ibidem.*

*Miſeria* eſt hæc vita, quamlibet felix non felicitas. Et hoc
nomine vallis lachrymarum vere dicitur hic mundus, non cam-
pus Elyſius. Nouit Heſiodus, nouit hoc Homerus, nouit vtro-
que antiquior Orpheus, nouerunt & alii, vel paris aut maioris ve-
tuſtatis, vel Ethnici, qui homines in hoc mundo viuentes, quam-
libet felices à vulgo iudicatos, peculiari ſemper epitheto notaue-
runt; & adhuc in ſuis monumentis vocant miſeros mortales.
Quid hac de re ſentiant Eccleſiæ Doctores, meo iudicio non ope-
ræ pretium eſt referre, quum omnes paribus placitis doceant,
in hac vita quemadmodum nihil eſſe felicitatis, ita calamitatum &
miſeriarum plena eſſe & referta omnia. Et ipſe Seruator Chriſtus,
promiſſionibus vitæ beatæ nihil aliud innuit, quam huius præſen-
tis miſeriam. *ibidem.*

*Recte ſane* hominem ſimulachrum Sophocles, atq; vmbram vo-
cat, rem ſane & vanam & contemnendam. Hunc autem propemo-
dum ſecutus Horat. Flaccus inquit:

*Puluis & vmbra ſumus.*

Sed longe id aptius & apertius Pindarus expreſſit: Quid autem
eſt vllus? Quid nullus? Vmbræ ſomnium. Nam quum vm-
bra debilius nihil ſit, quale ſit vmbræ ſomnium, non eſt intellectu
difficile. Vnde igitur tanta ſit nobis animi elatio, neſcio: vt qui
cæteris animantibus ſumus fragiliores, ſoli velimus ex omnibus
detrectare ius mortis: quæ vt natura rationeque debetur, ita ne-
ceſſario communis eſt omnibus. Quod ſi intelligeremus, quan-
tum inſit in ea boni: nunquam adeo nobis eſſemus aduerſi atque
inimici. Quæ enim imprudentia noſtra eſt, vt ignoremus ad fi-
nem omnia referri oportere? finem vero vt bonum appeti? Finis
autem vitæ huius, quam mors, alius eſt nullus. Quod ſi ſum-
mum bonum & finis vltimus conuertuntur, mortem habendam
eſſe in ratione felicitatis, qui negarit, quæ ſit felicitatis ratio non
intelligit. Simul enim cum morte & vita humana omnis fini-
tur actio. *In conſolatione ad Iacobum Antonium Marcellum, de
obitu filii.*

*Ioannis Pici Mirandulæ*, Fac cogites ſemper inſtantem mor-
tem, & punctum ſcilicet eſſe, quod viuimus, & adhuc puncto mi-
nus, quam ſit malus hoſtis antiquus, qui nobis regna mundi pro-
mittit, vt nobis regna cœlorum eripiat: quam falſæ voluptates,
quæ ideo nos amplectuntur, vt ſtrangulent: quam doloſi hono-
res, qui nos ſubliment, vt deinde præcipitent: quam lethales di-
uitiæ, quæ quanto nos magis paſcunt, tanto magis venenant. Quam
breue, incertum, vmbratile, falſum, imaginarium eſt omne
quod hæc omnia, ſimul etiam ſi ex voto, affluant, nobis
poſſunt. Quam magna his & promiſſa parata ſunt, qui
præſentibus, illam ſuſpirant patriam, cuius Rex diuinitas,
dus æternitas, *in Epiſt ad Ioan Franc. Pic. nepotem.*

*Ioannis Ludouici Viuis*, Sic agamus ſemper, tanquam
armati vigilantes, accincti, intenti, occaſionibus noſtris
dormientes. Et cum tanta ſit vitæ fugacitas, in tanta
ne, vt ne craſtinum quidem poſſit quiſquam ſibi polliceri,
eſt & periculoſſimum, ſi ſpes noſtras in longum tendamus
ramuſque nos adornare futuro itineri, quo ſingulis mom
camur, inicii quando (velimus nolimus) in illud pertra
Quamobrem paremus nobis theſaurum ad futuram vitam
liquid quotidie accreſcat: quo inſtructi & confiſi, nunquam
ſegnitiem aut ſocordiam inopinantes opprimamur, aut
mus mœſti, ſed parati abire, & vitæ huius pleni agentes
bis magnam & optimam ſpem vitæ, innocenter ſancteque
actæ per fidem filii Dei, & pietatem, quo munere nullum
homini à Deo maius aut pulchrius dari: quo Deum
quantum effici à mortali poteſt, æmulamur, ſequimur
quimur. *In introduct. ad ſapientiam, cap. vltim. ſilio
mo nono.*

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ*, Quiſquis ſapit, quod
delibus opportune ſciendum eſt, minime ambigit ſe in
peregrinari exilio, quo ex quotidiana experientia innumeris
ſpicit ſubiacere periculis. Hinc eſt, quod ſæculum
non poteſt, tanquam horis ſingulis emigraturus ex ipſo.
ris quippe more ſe præparatus, ſarcinulas ſuas colligit,
Propheta per ſingulas noctes lectum ſuum, ac ſtratum
mis humiliter rigans. *De contemptu mundi, capite
primo.*

*Petri Galatini*, Homo eſt quaſi folium, quod in paradiſi
bore vitæ cecidit, quodq; vento tentationum rapitur,
rum flatib. leuatur, ac ſuorum peccatorum pondere ad
hitur. *Rabbi Salomon in gl. ſuper illo Pſ.* 143. *Et non intre
um cum ſeruo tuo Domine. Lib. Pſ.* 5. *c.* 6.

*Folengii*, Quemadmodum Sole ad occaſum properante
lixæ augentur vmbræ, vt cum diei interitu in noctem
ta eſt hominis, cito nimirum ad occaſum, declinante luce
tur, & in nihilum tandem reſoluitur. *in Pſal.* 109.

*Quemadmodum* vmbra, etſi grandior Sole occidente
magnitudo tamen illa eo propior ſit nocti, quo maior vide
ſecus ſane eſt vita hominis, fugax nimirum, vana,
infortuniis & morti, cum felix, magiſq; beata vulgo
*Pſalm.* 102.

*Eraſmi Roterod.* Cerui paſtu dictamni excutiunt
gittas à phalangio percuſſi, cancrorum eſu ſibi medentur.
tæ à ſerpentibus icti, herba quadam ſe refouent. Hirun
xatis pullorum oculis chelidonia ſuccurrunt. Teſtudo
paſtu vires aduerſus ſerpentes reficit. Muſtela in
ruta ſe confirmat. Ciconia origano, hedera apri ſibi
morbis, item cancrorum eſu. Anguis fœniculi ſucco
uium. Draco vernam nauſeam ſylueſtræ lactucis ſucco
guit. Pantheræ aduerſus aconitum hominum excrem
medentur. Elephas chamœleonte fronde (nam ſimili
manti color) deuorato. Vrſi, cum mandragoræ mala
re, formicas lambunt. Ceruus venenatis pabulis herba
ſiſtit. Palumbes, graculi, merulæ, perdices lauri folio
ſtidium purgant. Idem faciunt columbæ, turtures, &
herba, quæ vocatur Helxine. Anates, anſeres, cæteraque
ca, herba Sideritæ. Grues & ſimiles, iunco paluſtri: Coruus
chamæleonte, qui etiam victori nocet, lauro infeſtum
guit. Breuiter, nullum eſt animal, quod non intelligat
Solus homo neſcit, vnde vel corporis vel animi remedia
beat. *Ex Plin. lib.* 8. *cap.* 27. *Ariſt. lib.* 9. *de nat. anim. cap.*

*Thrimeri*, Vitrum quo eſt pulchrius eo promptius
hominis vita præ aliis animantibus facilius offenditur
*in apoph.* 125.

## § Adagia.

Homo bulla. πομφόλυξ ἄνθρωπος.
*Admonet adagium, vita humana nihil eſſe fragilius,
inanius.* Der Menſch iſt ein waſſerblaſe.

Spithama vitæ, Σπιθαμὴ τοῦ βίου.
*Significatur modis vita humana perpuſillus: Metaph
à menſoribus.* Germani quoq; dicunt: Vnſer leben iſt
Spannen lang.

Temporis punctum. στιγμὴ χρόνου.
*Et hoc adagio vitæ breuitas fugacitaſq; notatur. Plut.*

Optimum non naſci, proximum cito mori.

Τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστον ἐστ' ἀεί,
Ἐπὰν δ' ἔγνηται δ', ὡς τάχιστ' εἶναι τέλος.

*Admonet adagium, tantas eſſe vitæ humanæ miſerias,
mum cenſeamus, vel nunquam naſci, vel ocyſſime abolere,
in præfat. li.* 7.

…idio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus. ἐδὲν διαφέρου-
…ου τῦ βίου οἱ εὐδαίμονες τῶν ἄλλων. *Plut.*
…*unt prouerbium, ſomnum veluti fœneratorem, dimidium*
…*ſtra per ſe breuis, auferre.* Germani quoq; dicunt. Es iſt kein
… wucherer vnd dieb / dan der ſchlaf / der ſtilt vnd raubt das
… theil vnſers lebens.
…lis homo. κεράμιος ἄνθρωπος.
…*tur imbecillitas & fragilitas humana, ſumpta metaphora*
…*teſtaceis, quæ facilime comminuuntur.*
…meris vita. Ἐφημέρη ζωή.
…*tur de iis, qui ſtatim emoriuntur, aut pereunt. Dictum ab a-*
…*, quæ vltra diem vnum non viuunt.*
…rba ſolſtitialis. *Plaut.*
*Eiuſdem ſententiæ cum priori proximo. Herba ſolſtitialis eſt ephe-*
…*herba, ſic dicta, quod vltra diem non duret.*
…illum animæ. *Plaut.*
…*t prouerbium, breuiſsimam eſſe hominis vitam, videlicet,*
…*ulum ſalis in conuiuio cuiq; apponitur.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

…*gnem & aquam* vitæ Hieroglyphicum eſſe, autores docent. Sci-
…nim, ignem & aquam vitæ auſpicia dediſſe, vitamq;, quam diu
…auras carpimus, conſeruare. *Pier. Valer. lib. 46. pag. 455.*

¶ EMBLEMA.

In vitam humanam.
Emblema CLI. Andr. Alciat.

*Plus ſolito humanæ nunc defle incommoda vitæ,*
*Heraclite, ſcatet pluribus illa malis.*
*Turſus ſi quando alias, extolle cachinnum,*
*Democrite: illa magis ludicra facta fuit.*
*Interea hæc cernens meditor, qua deniq; tecum*
*Fine fleam, aut tecum quomodo ſplene iocer.*

*Vide Mors.*

# Vita æterna.

¶ LOCI BIBLICI.

Vita æterna quomodo poſſideatur, quæ: vt diues ex Chriſto. *Mat*-
*thæi* 19, 17. *Marci* 10, *v.* 17. Vita æterna metonymice dicitur Chri-
…*Ioan.* 5. *v.* 20. Vita æterna merces eſt, *Matthæi* 5. *v.* 12. *&* 20. 8.
…num Dei eſt, *Rom.* 6. 23.

Quibus apparata, *Mat.* 19. 17. *&* 20. 23. *&* 24. 23. *Ioan.* 3. 15. 36. *&* 4.
46. 5. 24. Vide ſupra tit. *vita.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Quib. inquiſitus fuit ſemper Deus, aut totus nunquam excidit
…locus, vbi iacet gratia, vbi virentib. campis terra luxurians a-
…ſe induit gramine, & redolente paſcitur flore: vbi altum ne-
…tolluntur in verticem, & vbi arbor denſiore coma veſtit, q uie-
…curantib. ramis ſcena deiacens inumbrarit. Omnia illic non
…, nec ardoris, nec vti in autumno arua requieſcant, aut vt ite-
…vere nouo tellus fœcunda parturiat. Vnius cuncta ſunt tempo-
…poma feruntur æſtatis. Quippe quum nec menſib. ſuis tūc
…deſeruiat, nec Sol per horarum momenta decurrat, aut in no-
…lux fugata concedat. Habet populos quies læta, ſedes tenet pla-
…vbi fons ſcaturiens medius ſinu aluei prorumpentis emergit,
…per interualla circuitu ſinuoſis flexib. labitur, vt in ora na-
…ſibi fluminum diuidatur. *Cyprianus de laude Martyrii.*

…ultabunt ſancti in gloria, videbunt Deum, & gaudebunt, læta-
…, delectabuntur, fruentur gloria, & in felicitate iucundabun-
…æterna. Ibi non guſtabunt, quam ſuauis ſit Deus, ſed implebun-
…& ſatiabuntur dulcedine mirifica: nihil eis deerit, nihil oberit: o-
…ſiderium eorum Chriſtus præſens implebit. Non ſeneſcent,
…eſcent, non putreſcent amplius: perpetua ſanitas, felix æter-
…titudinis illis ſufficientiam confirmabunt. Non erit concu-
… in membris, non vltra vlla exurget rebellio carnis, ſed to-
…hominis pudicus & pacificus, fama ex integra natura, ſine
…macula & ruga deinceps permanebit. Erit deniq; Deus omnia
…ib. & illius præſentia omnes animæ & corporis implebit ap-
…, ceſſabuntq; de cætero, conſummatis omnib. miniſtratori
…arum virtutum diſcurſus: & impleta ordinataq; omnino ci-
…Dei nec innouabitur, nec mutabitur vltra fixæ & conſumma-
…beatitudinis ſtatus. *Cyprian. de laude Martyrii.*

Chriſtus nobis viam vitæ aperit, hic ad paradiſum reduces facit,
…ad cœlorum regna perducit: cum ipſo ſemper viuemus facti per
…filii Dei: cum ipſo exultabimus ſemper ipſius cruore repara-
…imus Chriſtiani cum Chriſto ſimul glorioſi, de Deo Patre beati,
…perpetua voluptate lætantes ſemper in conſpectu Dei, & agentes
…gratias ſemper. Neq; enim poterit niſi & lætus eſſe ſemper, &
…, qui cum morti fuiſſet obnoxius, factus eſt de immortalitate
…. *Idem ad Demetriad.*

Patriam noſtram paradiſum computamus, parentes patriarchas
…iam cœpimus: quid non properamus & currimus, vt patriam
noſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos cha-
rorum numerus expectat: parentum, fratrum, filiorum frequens nos
& copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecuta, & adhuc
de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum ve-
nire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? qualis illic cæ-
leſtium regnorum voluptas, ſine timore moriendi, & cum æternita-
te viuendi? quam ſumma & perpetua felicitas? illic Apoſtolorū glo-
rioſus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus: illic Mar-
tyrum innumerabilis populus ob certaminis & paſſionis victoriam
coronatus: triumphantes illic virgines, quæ concupiſcentiam carnis
& corporis continentiæ robore ſubegerunt: remunerari miſericor-
des, qui alimentis & largitionib. pauperum iuſtitiæ opera fecerunt,
qui Dominica præcepta ſeruantes ad cœleſtes theſauros terrena pa-
trimonia tranſtulerunt. *Idem tract. de mortalitate.*

Chriſtianorum eſt, preſſuram pati in hoc ſæculo, & lugere, quo-
rum eſt vita æterna. Vis tu ſcire, quod nullius eſt vita æterna, niſi
eius qui credat in Chriſtum? Audi Saluatoris ipſius vocem elegan-
ter in Euangeliis deſignantem: Hæc eſt autem vita æterna, vt co-
gnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
Omnis enim, qui non agnoſcit Patrem ſolum verum Deum, & Fi-
lium eius Ieſum Chriſtum, alienus eſt ab æternitate vitæ. Hæc e-
nim ipſa agnitio & fides deſignatur vita eſſe æterna. *Orig. in epiſt. ad Rom.*

Vita hominum per multas mortes, non ſolum in ætatis muta-
tiones, ſed etiam in animarum ruinis ob peccata admiſſa ingreditur.
In vita æterna vero nec corporis neq; animi eſt mutatio: non eſt i-
tem cogitationum controuerſia, neq; ſententiæ varietas, nulla per-
turbatione ſtabilitatem tranquilitatemq; animi auferente. Ea de-
mum eſt regio viuentium, qui continuo ſibi ipſis æqui ac ſimiles e-
xiſtunt: in qua non nox, non ſomnus mortis imago non cibus aut
potus humanæ infirmitatis præſidia, non morbus, non dolor, aut
medicina, vel iudicia, ſeu mercatus: non artes, non pecunia malo-
rum origo, bellorum materia, inimicitiæ radix: ſed regio viuenti-
um, non morientium ob peccatum, ſed veram vitam viuentium in
Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Baſil. in Pſalm.* 44.

Vna vita eſt ad vitam reſpicere. Vna mors peccatum eſt: eſt e-
nim animæ interitus. Alia autem, ob quæ nonnulli animis effe-
runtur, inſomniorum viſio ſunt, veris rebus illudens, & fallacia ani-
mæ ſpectra. Si hac mente fuerimus, nec ob vitam præſentem ani-
mos attollemus, nec ob mortem nimium angemur. Quid igitur
graue nobis accidit, ſi hinc ad veram vitam migrauimus, ſi conuer-
ſionibus, vertiginibus, ſaturitatibus, ac turpi illa tributi exactione
liberati, cum ſtabilibus rebus, minimeq; fluxis & caducis, parua lu-
mina futuri ſumus circum lumen illud magnum tripudiantes. *Na-
zianzen. orat.* 19.

Accipe quando promittatur futura gratia iuſtorum. Audiui, in-
quit Ioannes, vocem magnam cœlo dicentem: Ecce tabernaculum
Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, & ipſi populus eius e-
runt, & ipſi Deus cum illis erit illorum Deus: & delebit omnem la-
chrymam de oculis eorum, & mors non erit amplius, neq; luctus,
neq; clamor, neq; dolor vltra erit. Compara nunc, ſi placeat, atq;
contende vitam hanc cum illa vita. Elige, ſi potes perpetuam
corporis vitam in labore, ærumnaq; miſerabili tantarum commu-
tationum, votorumque tædio, faſtidio voluptatum. Num ſi Deus i-
ſta perpetuare velit, illa diligeres? Nam ſi per ſe vita fugienda eſt,
vt ſit moleſtiarum fuga, requies ærumnarum, quanto magis ea re-
quies eſt expetenda: cui futuræ reſurrectionis voluptas perpetua ſuc-
cedet, vbi nulla criminum ſeries, nulla illecebra delictorum? *Ambr.
lib. de reſurrect.*

Facilius poſſumus dicere, quid non ſit in vita illa æterna, quam
quid ibi ſit. Non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſi-
tudo, non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitis, nullus æſtus, nulla
corruptio, nulla indigentia, nulla moleſtia, nulla triſtitia. Ecce di-
ximus, quid ibi non ſit: Quid autem ibi ſit, vis noſſe? Hæc nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adſcendit, quæ præpara-
uit Deus diligentibus ſe. Si in cor hominis non aſcendit, cor ho-
minis illuc adſcendat. Cor ibi habeamus, vt non ſine cauſa audi-
mus, Surſum corda: Leuemus cor ſurſum, ne putreſcat in terra:
quoniam placet nobis, quid ibi agunt Angeli. *Auguſtin. lib.* 3. *de
ſymb. c.* 11.

Si homines de gaudio terreno iubilant, nos de gaudio cœleſti
iubilare non debemus, quod vere verbis explicare non poſſumus?
Et quem decet iſta iubilatio, niſi ineffabilem Deum? Et ſi Deum
fari non potes, & tacere non debes, quid reſtat, niſi vt iubiles? *In
Pſalm.* 94.

Quæ erunt deliciæ ſanctorum? delectabuntur in multitudine
pacis. Delectetur hic impius in multitudine auri, in multitudine
argenti, in multitudine mancipiorum, in multitudine poſtremo
opum diuerſarum, vinolenta lautiſſimorum & luxurioſorum con-
uiuiorum. Quæ autem erunt, o amator Dei, deliciæ tuæ, & de-
lectabuntur in multitudine pacis? Aurum tuum pax, argentum
tuum pax, prædia tua pax, vita tua pax, Deus tuus pax. Quicquid
deſideras, pax tibi erit. Hic aurum quod eſt, non poteſt tibi eſſe
argentum: quod vinum eſt, non poteſt tibi eſſe panis: quod tibi
lux eſt, non poteſt tibi eſſe potus, Deus tuus totum tibi erit: Man-
ducabis eum, ne eſurias: bibes eum, ne ſitias: illuminaberis ab eo,

ne ſis;

ne ſi cæcus: fulcieris ab eo, ne deficias: poſſidebit totum integrum totus integer. Auguſt. ibi non patieris cum eo, cum quo totum poſſidebis. Totum habebis, totum & ille habebit, quia & tu & ille vnum eritis, quod vnum totum ille habebit, qui vos in pace poſſidebit. *In Pſalm.* 36.

In æterna vita nullum habebimus aduerſarium, nullum metuemus inimicum, quum abſorbebitur mors in victoria, cum illa nouiſſima inimica deſtruetur mors, cum immutati fuerimus, & æquales Angelis effecti. Modo enim nihil quietis aut ſecuritatis inuenire poſſumus, dum adhuc in nobis ipſis ingemiſcimus grauati adoptionem expectantes redemtionem corporis noſtri. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolicæ fraudis impugnatio, nullum hæreticæ prauitatis dogma, nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compoſitis vt in tabernaculis iuſtorum ſola audiatur vox exultationis & ſalutis. Ibi ſancti ſine fine laudabunt Deum: & in lumine claritatis eius exultabunt: ciues effecti illius ciuitatis, quæ libera eſt, & æterna in cœlis. Quam non obſcurant tenebræ, non obumbrat nox, non conſummat vetuſtas, non in ea rutilat lumen Solis, aut Lunæ ſplendor, aut ſtellarum iubar: non ibi lucerna quæritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe diuina eum illuminat, Sol clarificat iuſtitiæ, lux vera illuſtrat: lux, inquam, inacceſſibilis, quæ non clauditur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, non variatur nocte: Hoc immenſo & indeficiente, & lucidiſſimo lumine illuſtrata Hieruſalem ſancta, quæ eſt mater noſtra, filios abdicat tenebrarum, ciues recipit, pacificat filios videlicet lucis & diei, filios adoptionis, conſortes ſupernæ hæreditatis. Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri eius ex lapidibus conſtruuntur viuis, portæ eius ex optimis adornantur margaritis; plateæ eius ex auro puriſſimo ſternuntur, & canticum lætitiæ ſine fine in ea cantatur. Ibi eſt lux ſine defectu, gaudium ſine gemitu, deſiderium ſine pœna, amor ſine triſtitia, ſatietas ſine faſtidio, ſoſpitas ſine vitio, vita ſine morte, ſalus ſine languore. Ibi ſancti & humiles corde, ibi ſpiritus & animæ iuſtorum, ibi cuncti cœleſtis patriæ ciues, & beatorum ſpirituum ordines, regem in decore ſuo videntes, & in gloria virtutis eius exultantes. Perfecta viget in omnibus charitas, vna omnium lætitia, vna iucunditas. *Greg in 7. Pſalm. pœn.*

Præmium eſt videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo, eſſe cum Deo, eſſe in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deum, qui eſt ſummum bonum. Et vbi eſt ſummum bonum, ibi eſt ſumma felicitas, ſumma iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna ſecuritas, & ſecura æternitas: ibi eſt vera lætitia, plena ſcientia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo. Eſt ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honeſtas, gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis, gloria, laus, requies, amor, & dulcis concordia. *Bern. de præmio patr. cœleſt.*

Cum Deo homo beatus erit, in cuius conſcientia peccatum inuentum non fuerit. Videbit Deum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad iucunditatem. In æternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatem, ſic cognoſcendi facilitatem, requieſcendi felicitatem. Ciuis ſiquidem erit ſanctæ illius ciuitatis, cuius Angeli ciues ſunt, Deus pater templum, filius eius ſplendor. Spiritus ſanctus charitas. *ibidem.*

O ciuitas cœleſtis! manſio ſecura, patria fertilis & ampla, totum continens, quod delectat, populus ſine murmure, incolæ quieti, homines nullam indigentiam habentes. Quam glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei? ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te, omnes lætantur in lætitia & exultatione, omnes delectantur de Deo, cuius aſpectus pulcher, facies decora, eloquium dulce. Delectabilis eſt ad videndum, ſuauis ad habendum, dulcis ad perfruendum. *ibid.*

Ipſe per ſeſe placet, & per ſe ſufficit ad meritum, ſufficit ad præmium, nec extra illum quicquam quærit, quia totum in illo inuenitur, quicquid deſideratur. Semper libet eum adſpicere, ſemper habere, ſemper in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, & purificatur affectus ad cognoſcendam & diligendam veritatem. Et hoc eſt totum bonum hominis, noſſe ſcilicet & amare creatorem ſuum. *ibid.*

Quæ ergo nos angit veſania, vitiorum ſitire abſinthium, huius mundi ſequi naufragium, vitæ habentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominium, & non magis conuolare ad ſanctorum felicitatem, ad angelorum ſocietatem, ad ſolennitatem ſupernæ lætitiæ, & ad iucunditatem contemplatiuæ vitæ, vt poſſimus intrare in potentias Domini, & videre ſuperabundantes diuitias bonitatis eius. *ibid.*

Patriam noſtram, paradiſum computemus: parentes patriarchas iam habere cœpimus, quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre vt patres ſalutare poſſimus? Magnus nos illic charorum numerus expectat parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copioſa turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? *Cypr. tract. de mortalit.*

Facilius poſſumus dicere de illa vita æterna, quid tibi non ſit, quam quid tibi ſit. Non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitis, nullus æſtus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœſtitia, nulla [illegible] *Auguſt. de Symb. l.* 3.

Illuc feſtinate, vbi ſemper viuatis. Si enim ſic amatis iſtam miſeram fluidamque vitam, vbi cum tanto labore viuitis, & [illegible] currendo, ſatagendo, ſudando, ſuſpirando, neceſſariis corporis ſatisfacitis: quando magis amare debetis vitam æternam, vbi nullum laborem ſuſtinebitis? vbi ſemper ſumma ſecuritas, ſumma felicitas, felix libertas, felix beatitudo? vbi implebitur illud quod Dominus dicit in Euangelio, Erunt homines ſimiles Angelis: & illud, Fulgebunt iuſti. &c. *Idem, de vtilitate agendæ pœnit.*

Hæreditas Chriſti, cuius cohæredes ſumus, non minuitur copia poſſeſſorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum: ſed tanta eſt multis, quanta paucis; tanta ſingulis, quanta omnibus. *Idem in Pſalm.* 49.

Diuitiæ ſi diliguntur, ibi ſeruentur vbi perire non poſſunt. Honos ſi diligitur, illic habeatur, vbi nemo indignus honoratur. Salus ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, vbi adepta nihil timetur. Vita ſi diligitur, ibi acquiratur, vbi nulla morte finitur. *idem in epiſt. ad Dioſc.*

Talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt ſemper tibi præſens ſit, & nunquam ſatieris: imò vt ſemper ſatieris & nunquam ſatieris. Si enim dixero, quòd non ſatiaberis, fames erit: ſi dixero quòd ſatiaberis; faſtidium times, vbi nec faſtidium, nec fames. Quid dicam neſcio, ſed Deus habet quod exhibeat. *Idem in* [illegible] *Hom.* 3.

Regnum cælorum vim patitur: ideo quia reatus, quem [illegible] ſpiritu iubendo faciebat, credendo ſoluitur, & violentia Sp. Sancti impetratur. *idem. de fide & Operibus.*

Non erit aliqua inuidia diſparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. *idem in Ioan.*

In ciuitate Dei rex veritas, lex charitas, dignitas æquitas, pax felicitas, vita æternitas. *Id. de Ciuit. Dei.*

Ibi hymnidici Angelorum Chori: ibi ſocietas ciuium ſupernorum: ibi dulcis ſolemnitas à peregrinationis huius triſti labore redeuntium: ibi feſtiuitas ſine fine, æternitas ſine labe, ſerenitas ſine nube. *idem. in Ioan.*

Si conſideremus quæ & quanta ſunt quæ ſanctis dabuntur in die iudicii, quæ & quanta quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcunt omnia quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia æternæ felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. *Greg. in Homil.*

Temporalis vita æternæ comparata, mors eſt dicenda potius quàm vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis: Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia, angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis dolore affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? *idem, ibid.*

Ibi quicquid amabitur aderit, nec deſiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit, & quod eſt bonum erit, & ſummus Deus ſummum bonum erit omnino beatiſſimum, atque ita ſemper fore certiſſimum erit. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus, & laudabimus eſſe quod erit in fine ſine fine. Nam quis alius noſter eſt finis, niſi venire ad regnum, cuius nullus eſt finis? *Auguſt. lib.* 12. *de ciuit. Dei.*

Quod Deus præparauit diligentibus ſe, fide non capitur, ſpe non attingitur, charitate non apprehenditur, deſideria & vota tranſgreditur: acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. *Idem, eodem lib.*

Ibi tota virtus erit, quod amas, & ſumma felicitas amare quod videbis, ibi beata vita in ſuo fonte bibitur, vbi veritatis viſio clariſſimè aperitur. *ibid.*

Regnum cœlorum vim patitur, grandis violentia eſt, genitos in terra cœlum quærere, & poſſidere per gratiam quod non tenemus per naturam. *Hier. in epiſt.*

Quantalibet intentione ſe humana mens extenderit, etiamſi phantaſias imaginum corporalium à cogitatione compeſcat, ſi omnes circumſcriptos ſpiritu ab oculis cordis admoueat, adhuc tamen in carne mortali poſita videre gloriam Dei non valet, ſicut eſt. Sed quicquid de illa eſt, quod in mente reſplendet ſimilitudo & non ipſa eſt. *Greg ſup. Ezech. Hom.* 8.

Tanta vis in illa pace nos ſociat, vt quod in ſe quiſq; non acceperit, hoc ſe accepiſſe in alio exultet. Vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, quamuis non vna fuerit in omnibus ſublimitas vitæ. Erit [illegible] illa beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos lætitiæ armis adſtringat. *idem, in mor.*

O beata regio paradiſi! o beata regio deliciarum! ad quam [illegible] ſpiro de valle lachrymarum, vbi ſapientia ſine ignorantia, vbi memoria ſine obliuione, vbi intellectus ſine errore vbi ratio ſine obſcuritate

…fulgebit. Beati qui habitant ibi: laudabunt Deum in ſe-
…rum, Amen. Regnum Dei conceditur, promittitur, oſten-
…pitur, conceditur in prædeſtinatione, promittitur in voca-
…ditur in iuſtificatione, percipitur in glorificatione. *Bern.*

…is ciuitatibus, alia eſt fabrica ædificiorum, alii ſunt ciues
…es in fabrica. Illa vero Ieruſalem ciuibus ſuis ædificatur,
…lapides qui ſunt ciues. Lapides enim ſunt viui. *Auguſt.*
… 86.

…numerus ſanctorum ex hominibus commutandorum vt
…ales Angelis, Dei adiuncti etiam ipſis Angelis, qui modo
…grinantur, ſed expectant nos, à peregrinatione redeuntes,
…ul vnam domum Dei faciunt, & vnam ciuitatem. Ipſa eſt
…em *Idem, in Pſal.* 126.
…do dicis: beatè viuere volo, bonam rem quæris, ſed non
…uit hic iſtud Chriſtus, habe & tu in regione mortis tuæ.
…inuenit, attende. Veniens de alia regione, quid inuenit, niſi
…abundauit? labores, dolores, mortem. Ecce quod hic ha-
…quod hic abundat, manducauit tecum. Quod hic in cella
…abundauit acetum hic bibit, fel hic bibit, ecce quod in
…uenit, & ad magnam menſam te inuitauit, menſam ſo
…Angelorum vbi ipſe panis eſt. *Idem ſuper Ioan. decimo.*

…diu habemus hoſtem cum quo pugnemus, tabernaculum
…mus. Quum autem tranſierit tempus pugnæ, & venerit
…quæ præcellit omnem intellectum (quantum cumq; enim
…t de pace illa, minus eam capit animus, adhuc in iſta cor-
…t de pace illa, minus eam capit animus, adhuc in iſta cor-
…dine conſtitutus) cum venerit, inquam, illa pax & patria,
…is erit. Non procedemus ad pugnandum ſed permanebi-
…laudandum. Quid enim dicitur de illa domo? Beati qui ha-
…domo tua, Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. In
…lo adhuc geminus, in domo laudabimus. Quare? quia ge-
…peregrinantium, laudatio iam in patria & in domo com-
…antium. Qui in illam intrant, vt inhabitent, ipſi ſunt qui in-
…inhabitentur. In domum tuam intra, vt inhabites: in do-
…Dei, vt inhabiteris. Eſt enim melior Dominus, qui cum te cœ-
…habitare, beatum te facit. Nam ſi tu ab illo non inhabitaris,
…*idem in Pſal.* 26. & 131.
…tende nobis, Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum
…oſtende nobis ſalutare tuum & ſufficit. Qui enim videt il-
…& te: quia ipſe in te, & tu in ipſo. Hæc eſt autem vita æter-
…noſcamus te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chri-
…itaque tunc dimittes ſeruum tuum, Domine, ſecundum ver-
…um in pace, cum viderint oculi mei ſalutare tuum, Ieſum
…Dominum meum, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in
…Amen. *Bernard ſer.* 17. & *vlt. in Pſal. Qui habitat.*

## ¶ Sententia Poetica.

Vita æterna piis expectanda.

*Quiquis flagrat amore veritatis.*
*Obſeruans fidei, atq; perſeuerans*
*In vera pietate: qui labores*
*Pro Chriſto patiatur libenter omneis,*
*Si rerum ſupereſt viciſſitudo:*
*Illum regna manent beata cæli.*

## ¶ Philosophica Placita.

De ſpe vitæ æternæ. Dial. CXXII.

*Franciſci Petrarchæ.*

Gaud.

…ero æternam vitam. R. Nulla maior, nulla pulchrior, nulla ſan-
…ſpes, modo non cœca præcepsve ſit. Sunt enim, qui ſemper ma-
…do bonum ſperent, quo nihil eſt ſtultius. G. Æternam vitam
…R. Ea eſt virtutum conſanguinitas, atque connexio, ſicut è phi-
…diſputatum eſt, vt neceſſe ſit, eum, qui vnam habet, omnes
…virtutes, cui illud eſt conſequens, vna virtutum carentem
…carere virtutibus, quod ſi de moralibus verum eſt, quid de
…logicis opinemur? Itaque ſi ſpem habes, charitatem ſimul ha-
…oportet ac fidem, ſi qua harum deſit, non iam ſpes vlla, ſed
…ſumptio inconſulta eſt. G. Vitam ſpero æternam. R. Rem bo-
…mo optimam ſperas. Illud vide, vt quod bonum agis, agas
… Sunt & qui bona male agant, nec minus infallibilis æſtima-
…qualiter quam quid fiat aſpicit, nec minus aduerbia quam
…librat ac nomina. G. Spero vitam æternam. R. Non cœleſtes
…ſed terreſtres domini de ſe ſperari amant, ſed à quibus? pro-
…ab his, quibus ſe charos ac dilectos ſciunt, aut qui, ſi quando
…odioſi fuerint, ac rebelles, redire in gratiam optantes, ad
…ſericordiam confugerunt. G. Vitam æternam ſpero. R. Vitam
…poralem corrige, hac ad illam pergitur. G. Spero vitam æter-
…R. Vna omnium ſpes eſt, quæ, ſi rite illam concipis, & felicem
…faciet, & iam fecit. G. Æternam vitam ſpero. R. Primum eſt, vt mi-
ſericordiam, dehinc vitam ſperes, vtranque ſobrie ac modeſte. G.
Spero æternam vitam. R. O felix, niſi te ſpes iſta fefellerit.

## ¶ Similitudines.

*Pauli Apoſtoli*, Neſcitis, quod ii, qui in ſtadio currunt, omnes qui-
dem currunt, ſed vnus accipit brauium: Sic currite, vt comprehen-
datis. Omnis autem, qui agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: &
illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incor-
ruptam. 1. *Cor.* 9.

*Chryſoſtoms*, Suſpiciamus in cœlum, quoniam nulla ſe interponit
nubes, & clara eſt omnis eius corona. Solum habemus non tales, qua-
le nunc eſt, ſed tanto melius effectum, quanto lucis tectis aurum eſt
melius. Et poſt illud non ſuperius tectum, deinde angelos, archan-
gelos, &c. Sed non valet ſermo exprimere totum: experimento opus
eſt: per experimentum quippe melius agnoſcetur. Quomodo putas
(dic mihi) Adam fuiſſe in paradiſo: Ab illo multo erit melior iſta
conuerſatio, quantum terra melius eſt cœlum. Attamen & aliam ſi-
militudinem inquiramus. Si contingat eum, qui non modo impe-
rat, omnem mundum obtinere, deinde neque bellorum, neque cu-
rarum habere vllam moleſtiam, ſed in honore eſſe tantum, & deli-
ciari, & multa quidem habere tributa vndiq;, & aurum illi affluere,
& reconditum eſſe, qualem illum putatis animum habere, ſi omnia
terræ bella quieſcere videat? Tale aliquid erit? Magis autem nequa-
quam ad ſimilitudinem illius regni perueni: Propter quod oportet
& aliam inquirere intelligentiam. Da mihi aliquem, qui ſit ſicut
infantulus regis. Vſquequo quidem in vulua eſt, nihil ſentit: ſi au-
tem contingat eum inde egredi, & in thronum regalem aſcendere,
non paulatim, ſed confeſtim cuncta accipere: Sic eſt etiam ille ſta-
tus. *Hom.* 6. *ad Hebr.*

*Si quis* vinctus, & multa mala perpeſſus, repente ad regale ſolium
rapiatur: ſed neque ſic integre pertingere potuit ad illius regni ſimi-
litudinem. Hic quippe, quæcunque quis percepit bona, in prima
quidem die, ac ſi ipſum regnum dixeris, viget in eo amor & gau-
dium, & in ſecunda die & in tertia, tempore vero procedente perma-
net quidem in voluptate, non tamen tanta: minuetur quippe ſem-
per ex conſuetudine, qualecunque bonum iſtud ſit. Illic autem non
ſolum non decreſcit, ſed etiam augmentum accipit, intelligentiam-
que, quantum ſit, animam illuc pergentem, nequaquam finem bo-
norum illorum expectare, neque mutationem, quoniam potius in-
crementum & vitam finem non habentem, & vitam omni periculo
liberam, omni mœrore & cura alienam, plenam gaudiis, & mille
bonis. Si enim hic in campum exeuntes, & tabernacula militum
ſpectantes, ex velaminibus confecta, & tela, & galeas, vel vmboni-
bus & vmbilicis ſcutorum reſplendentes, & rapimur ſpectaculi mi-
raculo: ſi vero & iamiam imperatorem nobis contingat medium
videre, ſiue currentem, ſiue equitantem in armis aureis, vniuerſita-
tem nos habere putamus. Quid ergo putas, cum videris ſanctorum
tabernacula æterna, in cœlo confixa? Cum videris vnumquemque
iuſtorum ſuper radios ſolis refulgentem, non ex ære & ferro, ſed ex
illa gloria, cuius candorem & coruſcationes oculus humanus non
poteſt inſpicere. Sed quandiu non quieſcam in requie incompre-
henſibili? Quæ oculus non vidit, auris non audiuit, *Homilia* 6. *ad
Hebræos.*

*Si patria* quis expulſus, ab hominibus miſerabilis iudicatur, &
quiſquis hæreditatem amiſerit, videtur omnibus eſſe dolendus; qui
cœlo priuatur, qui illis repoſitis bonis, quantis lachrymis plangen-
dus eſt? Magis plangendus plangetur quiſquam, cum paſſus fuerit
aliquid, cuius ipſe cauſa non eſt. Cum autem propria voluntate ſe-
metipſum quiſquam infigit iniquitati, neque lachrymis dignus, ſed
lamentationibus dignus, magis autem luctu. Decem millibus la-
mentationibus digni ſumus. Si omne, quod in mundo eſt, vocem
emittat, ad lamentandum eos, qui ab illis bonis excidunt, nihil di-
gnum lamentabuntur. Si nobis ſtatim adhuc nihil agentibus tanta
bona largitus eſt, paradiſum confabulationem ſuam, immortalita-
tem, promiſit vitam beatam & à curis liberam: iis, qui tanta fecerint,
qui certauerint, pro eo ſuſtinuerint, qui non præſtaturus eſt? *Homil.
in ep. ad Hebr.*

*Sicut in* arboribus accidit, eſt qui fructum cum foliis auferat, &
ramos omnes amputet, radice manente, tota, cum maiori etiam
ornatu arbor reſurgit: Sic quidem & nobis, ſi pietati radix per-
maneat, & ſi diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia
rurſum nobis cum maiori gloria redeunt. *Homilia quarta de pæ-
nitent.*

*Hic non* domus modo, ſed & mancipia, atque vniuerſa ſæpe hære-
ditas ad inimicos deuoluitur. Eiuſmodi enim humana ſunt bo-
na. In cœlis vero nihil timendum eſt tale, neque vt emorientis ſu-
perueniat hoſtis, hæreditatique ſuccedat. *De pænitent. ſermone
ſeptimo.*

*Non eadem* eſt ratio currentium in Chriſtiano ſtadio, quæ in
Olympico. Nam hic ſolum vnus coronam aufert, eamque corru-
ptibilem, cæteris ſine honore dimiſſis: At in agone Chriſtiano,
tametſi alius alio maiorem reponat honorem, omnes tamen per-
petuam conſequuntur coronam, modo legitime certent, omnes

 futuri

futuri beati & illuſt…s. *Libro tertio contra vituperatores vitæ monaſticæ.*

*Quemadmodum* qui iniuria afficiunt, qui vſurpant aliena, qui ra-
piunt, qui mala innumera proximo inferunt, quum illuc venerint,
eosque viderint, qui hæc paſſi ſunt: videbunt enim, videbunt, in-
quam, omnino (id quod perſpicuum eſt ex diuite illo & Lazaro) ne-
que os aperire poterunt, neque habebunt, quod dicant aut excuſent,
ſed multo pudore repleti, magnaque condemnatione ex illorum
adſpectu ad ignea flumina adducentur: Itidem qui bene viuunt,
qui docent, qui inſtituunt: vbi viderint eos, quos ſeruauerint, illic
patrocinantes ipſis, multa fiducia replebuntur. *Orat. 4. contra Iudæos.*

*Si quis* te in regias duxiſſet aulas, & de parietibus aurum vndique
fulgens, & omnem alium ornatum tibi demonſtraſſet: poſtea te inde
in pauperis cellam induxiſſet, & te poſt breue tempus in regias de-
ducturum aulas, & perennem manſionem ſe tibi daturum promi-
ſiſſet: nunquid non de…eres affici deſiderio, vel ipſos dies paucos
ægreferre hoc quoque de cœlo, de terra cogites, & ingemiſce cum
Paulo non propter mortem, ſed propter præſentem vitam. *Hom. 5. de diuerſis.*

*Neq; ſi rex* terrenus aliquis aſſumens te pauperem ac mendi-
cum, repente ſibi adoptaret in filium, tu iam ad tugurii tui reſpice-
res vilitatem. Et certe non hæc diſcrimine ſeparantur. Longe tamen
maiora ſunt, ad quæ vocatus es, capeſſenda. Non te in terra transpo-
nit in terram vt terrenus rex, ſed à terra in cœlum, à mortali ad im-
mortalem naturam. An forte putas omnia iſta, quæ cernimus, com-
paratione cœleſtis regni, mendicorum panniculis eſſe viliora? *Homilia 12.*

*Quid ſunt* decem millia anni, cum ſecula cogitas infinita? Nonne
quantum eſt ſtilicidium minimum abyſſo comparatum? Si in hac
vita ſic clarus eſt thalamus ſponſi, ſic clara ſunt habitacula atque fe-
ſtiua, vt nullus poſſit intuens ſatiari: multo amplius ille thalamus,
hoc eſt, cœlum, & qui in cœlo eſt ſponſi thalamus, melior extat. *Homil. 28. de diuer.*

*Si quis* te ſenio confectum, & viuentem in paupertate, ſubito iu-
uenem ſe facturum promiſiſſet, & in ipſum ætatis florem reductu-
rum, & ſuper omnes præualidum & ſpecioſum redditurum eſſe, &
regnum in mille daturum annos, regnum, inquam, pacem firmiſſi-
mam poſſidens; quid pro hac promiſſione non eligeres facere & pa-
… Ecce Chriſtus non hæc, ſed his multo maiora promittit. Non e-
nim quantum eſt ſenectutis & iuuentæ medium, tantum eſt corru-
ptionis & incorruptionis interuallum, neque quantum eſt regni &
paupertatis, tantum eſt gloriæ præſentis & futuræ; ſed quantum ſo-
mniorum & veritatis. Quinimo nec adhuc quicquam dixi. Quomo-
do enim præſentibus aliquis vitam comparet fine carentem? Pacis
autem illis tantum eſt medium ad præſentem, quantum pacis &
belli diſcrimen, & incorruptionis, quantum gleba lutea melior mũ-
da margarita. Immo vero quantumcunque quisque dixerit, nihil
par exprimere poterit. Nam ſi ſolari lumini comparo futurorum
pulchritudinem corporum ſiue ſplendidiſſimo fulguri, nondum
quicquam illa claritate dignum dico. Propter hæc, quæ pecuniæ,
quæ corpora non ſunt impendenda? Imo quot animas exponere
dignum fuerit? Nunc vero ſi quis te in regiam aulam deduxit, & vt
omnibus præſentibus regem alloquereris effecit, & illi te reddidit
commenſalem, & conuiuam, omnium te dicis eſſe beatiſſimum. In
cœlum autem adſcenſurus, & omnium regi aſſiſtere, & parem an-
gelis debeas habere ſplendorem, & illa frui ineffabili gloria, dubi-
tas an pecuniam erogare poteſit? Cum opus eſſet, etiam ſi vita exe-
unda eſſet geſtire, exultare, & præ voluptate efferri. *Homil. 35. de diuerſis.*

*Cyrilli*, Quamvis naturaliter aqua frigidior ſit aduentu tamen
ignis, frigiditatis ſuæ oblita æſtuat. Hoc ſane modo etiam nos, quã-
uis propter naturam carnis corruptibiles ſimus, participatione ta-
men vitæ ab imbecillitate noſtra reuocati, ad proprietatem illius ad
vitam reformamur. Oportuit enim, vt non ſolum anima per Spiri-
tum ſanctum in beatam vitam adſcenderet, verum etiam vt rude at-
que terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu, tactu & cibo ad im-
mortalitatem reduceretur. *In Ioan. l. 3. c. 39.*

*Gregorij Nazianzeni*, Quemadmodum vmbram noſtram ſupe-
rare nobis non datur, quippe quæ tantum præit, quantum progre-
dimur, & æqua portione ſemper antecedit: neque ſupra caput eſſe
poteſt corporis magnitudo, cum illud ſemper corpori ſuperpoſi-
tum ſit. Sic neque Deum largiendo vincere poſſumus. Neque enim
quippiam largimur, quod illius non ſit, aut magnificentiam & li-
beralitatem antecedat. Conſidera, vnde ſit tibi idipſum quod es,
quod ſpiras, quod ſapis, & id, quod maximum eſt, quod Deum co-
gnoſcis, quod ſperas regnum cœlorum, æqualem angelis dignita-
tem, perfectam puramq; gloriæ, quam nunc in ſpeculis & ænigma-
tibus cernis, contemplationem, quod factus es filius Dei, cohæres
Chriſti (audacter dicam) & Deus ipſe. *In Orat. de pauperib. amand, & benignitate complectendis.*

*Olympiodori*, Qui agriculturæ ſunt periti, aiunt ante cæteras ar-
bores efflorere amygdalum, & reliquarum poſtremam folia exue-
re, vt videatur quodammodo frondibus virere perpetuis. Scimus
autem, nuces amygdalas triplices eſſe: Nam extrinſecus …
titem, ligneæ teſtæ, ſiue duriori putamini impoſitum …
nucleus ineſt, quem comedimus. Talis verò eſt homo …
ma, ſpirituque compoſitus. Inquit ergo: Tunc florebunt …
amygdali, habentes in vigore & gloria corpus, animam …
*In Eccl.*

*Plutarchi.* Vt athletæ non ferunt coronam, niſi vi…
nis viris præmia felicitatis non ante contingunt, quam …
ius vitæ certamine. *in mor.*

*Auguſtini*, Et quanto maius periculum fuit in præ…
ius eſt gaudium in triumpho. Iactat tempeſtas nauiga…
que naufragium, omnes futura morte palleſcunt: tra…
lum, mare, & exultant nimis: quoniam timuerunt ni…
carus, & vena eius malum renuntiat: omnes, qui eum …
piunt, ægrotant ſimul animo. Fit ei recte, & nondum …
ſtinis viribus: & fit iam tale gaudium quale non fuit, …
ſaluus & fortis ambularet. Easque ipſas voluptates h…
etiam non inopinatis, & præter voluntatem irruenti…
tis, & voluntariis moleſtiis homines acquirunt. Ede…
voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi & ſitiendi …
ebrioſi quædam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat m…
quem dum extinguit potatio, fit delectatio. Et inſt…
iam pactæ ſponſæ non tradantur ſtatim, ne vilem h…
datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam. Hoc …
cranda lætitia: hoc in ea, quæ conceſſa eſt, licita eſt: hoc …
riſſima honeſtate amicitiæ: hoc in eo, qui mortuus e…
perierat, & inuentus eſt. Vbique maius gaudium m…
præceditur. Quid eſt hoc Domine Deus meus! cum tu …
tibi tu ipſe ſis gaudium, & quædam de te circa te ſemp…
*Lib. 8. Confeſſ. c. 3.*

*Cypriani*, Si in habitaculo tuo parietes vetuſtate …
deſuper tremeret, domus iam fatigata, iam laſſa, ædifi…
labentibus, ruinam proximam minaretur, nonne …
migrares? Si te nauigante turbida & procelloſa tempe…
vi venti excitatis, prænunciaret futura naufragia: non …
lociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ru…
iam ſenectute rerum, ſed fine teſtatur: & tu non De…
non tibi gratularis, quod exitu maturiore ſubtractus …
fragiis, & plagis imminentibus exuaris? Conſiderand…
dilectiſſimi, & identidem cogitandum, renuntiaſſe …
tanquam hoſpites & peregrinos hic interim degere. …
diem, qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, qui nos iſti…
laqueis ſecularibus exutos, paradiſo reſtituit & regno …
non peregre conſtitutus, properet in patriam regredi …
ſuos nauigare feſtinans ventum proſperum cupidius …
citer charos liceret amplecti? Patriam noſtram paradi…
mus, parentes noſtros, patriarchas habere iam cœpimus …
properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, …
lutare poſſimus? Magnus illic nos charorum numerus …
rentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copioſa turba …
iam de ſua immortalitate ſecura, de noſtra ſolicita. A…
ſpectum & complexum venire, quanta & illis, & nobis …
lætitia eſt? *Serm. de immortalit.*

*Sicut videndo* ſpeculum, homo videt ſeipſum, & …
dem præſentia: Ita & beatus videndo Deum, ſimul & …
ſione videt ſeipſum, & omnia ad beatitudinis integr…
ceſſaria. *De ſingul. Cleric.*

*Gregorij*, Iuſtorum vita palmæ comparatur, quia pal…
tacta aſpera eſt, & quaſi aridis corticibus obuoluta, …
viſu & fructibus pulchra: inferius corticum ſuorum in…
anguſtatur, ſed ſuperius amplitudine pulchræ viridita…
tur: Sic & electorum vita, deſpecta inferius ſuperius …
imo quaſi multis corticibus obuoluitur, dum innume…
tionibus anguſtatur: in ſummo vero illa quaſi pulchræ …
tis, foliis amplitudine retributionis expanditur. Hab…
palma, quo à cunctis arborum generibus differt. *Libr…*
*cap. 25.*

*Seneca.* Quemadmodum ſummum adiectionem n…
(quid enim ſupra ſummum erit?) Ita ne beata quidem vi…
ſummo bono non eſt. *Lib. 2. epiſt. 76.*

*Quemadmodum* omnis ſcientia atque ars aliquid de…
manifeſtum, ſenſuq; comprehenſum, ex quo oriatur & …
beata vita fundamentum & initium à manifeſtis ducit, …
ſub ſenſum cadit. *Lib. 2. epiſt. 125.*

*Hugonis Philonij*, Nihil in his terris rerum terreſtri…
pretioſum, vt calore ſuo vel minimam felicitatis æter…
portionem. Neque mercator Chriſtus eſt, qui mercatura…
vetat eccleſiaſticam, neque tam egens rerum, vt æterna …
commutet. Non vendax eſt rerum cœleſtium, multo m…
terrenarum. Gratuito largitur, quæ gratuito promittit …
omnium Dominus non vult non noſtra: animum tan…
ſuis verbis credulum & audientem exigit, non pretium …
uerſus ab harum tenebrarum principibus, qui nihil de…

...m, receptis peius muneribus. *In Citiano, vel de ſcientia bene...*

...*natura* mortalis eo efficaciæ virtutiſque promoueret, vt ...et immanium fera um vt res, maria traiiceret, extrueret ...ublicas conſtitueret, ſuſpiceret in cœlum, aſtrorum reuo...ideret, conſideraret Solis & Lunæ curſus, ortus, & occa...itas & celeres reſtitutiones, æquinoctia, ſolſtitiaque dupli...adum, hyemis & æſtatis, ventorum & imbrium impetus, in ...fulgurum tractus, mundi denique paſſiones, laboreſque, ...iſque veluti decretis præſcriptos poſthumis ſæculis pro...ſi diuinus reuera ſpiritus aliquis ineſſet animis noſtris, per ...tarum rerum intelligentiam cognitionemque aſſequere...inde non in mortem Axioche, ſed in immortalitatem tran...ablationem, ſed ſyncerum fructum bonorum: neque admi...tali corpori, ſed meras, & ab omnibus moleſtiis liberas vo...perceptūrus. Illuc enim peruenies ex hoc carcere ſolutus, ...is, triſtitiæ, ſeniique expertia ſunt omnia: & vbi tranquilla, ...ali neſcia vita, quieteque inconcuſſa viuens rerum natu...naque philoſophiæ non ad oſtentationem theatricam; ſed ...anæ viuæque veritatis cognitionem contemplaberis. *In Ti... vel de ſcientia bene moriendi.*

...*cherij*, Dirigenda eſt omnis animi intentio in ſpe futuri, qui ...plenius ac manifeſtius conſequaris, aperire eam etiam ſub ...exempli conditione non abnuam. Si cui aliquis quinq; ho...e denarios offerat, quingentos vero aureos in craſtinum ...optionemque offerat, vtrum æs ad præſens ſumere, an au...alet imposterum: dubiumne id eſt, quin præoptet grandia ...anca, cum parua mora? Tu quoque breuis huius atque æter...conditione perſpecta, non eligas capere vilia, cum capere ...ſpecioſa. *Ad Valerian.*

...*Thimeri*, Tantum cœleſtia gaudia vincunt terreſtria, quantum ...corpus. Nam hic magis ipſum corpus, illic vero oblectatur ...mus. Et vbi nunc ergo ſunt, qui has mundi illecebras pro ...bus deliciis commutare detrectant? *in apoph.79.*

# Vitium.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

...ium, Græce ἐλάσσωμα, ατος, τὸ, κακία κακότης. Videtur quando ...tati opponitur, eſſe habitus animi naturæ, non rationi repu... Nonnunquam ſumitur pro errore. *Plin. Librum vitijs ple...* Hebr. Vitium *Rah*, & *Rahah*, malum culpæ, malitia, vitioſitas; ...rbo *Rahah*, malus fuit, male facit, habitum affectum, & effectum ...denotat.

...itium eſt habitus aut affectio animi, in tota vita inconſtans, & à ...diſſentiens, *ſec. Tullium, ex B. Thom. 1. Sec. q. 71. art. 1.* Dicitur ...vitium à vito, as, quod eſt caueo, &c.

...itium à morbo differt, quod morbus eſt habitus quidam con...turam, qui vſum rei facit deteriorem, vt febris, inſania, quæ ...cis dicitur: Vitium vero perpetuum eſt, vt cœcitas, claudica...ecordia. Morbus igitur cum acceſſu diſceſſuque eſt, vitium ve...perpetuo manet.

## ¶ LOCI BIBLICI.

...ita aliena lugenda, *Ezech. 9. 4. 1. Cor. 5. 2. 2. Cor. 12. 21.*

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

...on in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt ...e virtutum. *Hieron. in epiſt. contra Ruffin. & hab. diſtin. 56. can. ...*

...ibi non tantum expellenda ſunt vitia, quantum refellenda, quia ...que facilius eſt non ſuſcipere, quam ſuſcepta ſemel deponere. ...iorum tanta dulcedo eſt, vt ea debeamus præferre virtutibus, ...nec in omnibus ſit delectationis illecebra, & à pleriſque etiam ...quæ videntur dulciſſima, reſpuantur.

...uidam ſuperbiam libertatis loco ducunt, adulationem pro hu...itate ſuſpiciunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & ſtul...æ ſimplicitatis nomen imponunt: atque fallaci ac peſſima ſimili...ne decepti, vitiis pro virtutibus gloriantur. *Idem, ad Demetria... virg.*

...uo ſunt ex omnibus vitia, quæ maxime homines decipiunt ſui ...luptate, Gula ſcilicet, ac Libido, quæ deponere difficilius eſt, quo ...ui dulcius. At hæc vitia tam moleſta, tamque delectatione ſui ...ioſa, ita à multis calcari vidimus, vt tota ætate ſua virgines ...manſerint in ſua abſtinentia, vt de illis taceam, qui poſt delicia...m longum luxum, & inueteratum vſum libidinis caſtitati ac tem...antiæ ſe dederunt: & vtriuſque vitium contraria ſibi virtute mu...runt. Aliorum vitiorum eſt longe diuerſa ratio qui cum nihil ...unditatis, ſed multum amaritudinis habeant, quæ cum ad vitandum ſint faciliora, raro tamen, à quibus vitentur, inuenies. *ibidem.*

Quid, oro, inuida delectationis præſtat inuidia? Quid alter ab odio mercedis accipit? Quid iracundo furor ſuus confert? Similiter curre per ſingula, & inuenies tot animæ tormenta, quot vitia, quæ vtique eo facilius vinci poſſunt, quo nulla nos alliciunt voluptate. *ibidem.*

Summa tibi ſcientia, ſumma notitia ſit, vitia virtuteſque diſtinguere: quæ quanquam ſibi contraria ſemper ſint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur ſimilitudine, vt diſcerni omnino vix poſſint, *ibidem.*

Sæpe ſe vitia ingerunt, & ſe eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio, pietas velit videri. *Gregor. & hab. diſtinct. quadrageſima prima. can. Sæpe ſe.*

Si forte nos ſtudio contra vitiorum incentiua ſtringimus, ipſa etiam vitia ad vſum virtutis immutamus. Nonnullos namque ita poſſidet: ſed hanc ad defenſionem iuſtitiæ in vocem liberæ authoritatis immutat, nonnullos fortitudo carnis illecebrat, ſed dum exercendis piis oneribus corpus ſubdunt, vnde iniquitatis ſtimulum paſſi ſunt, inde pietatis lucra merentur. *in mor.*

Quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hoſtis virtus infunditur: in hac tamen nequitia, id eſt, inuidia, tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ peſtem vomit. *ibid.*

Prima vitia deceptæ menti quaſi ſub quadam ratione ſe ingerūt: ſed quæ ſequuntur, dum mentem ad omnem inſaniam protrahunt, quaſi beſtiali clamore mentem confundunt. *ibid.*

Capitalia vitia tanta ſibi coniunctione coniunguntur, vt non niſi vnum de altero proferatur: prima namque ſuperbiæ ſoboles inanis eſt gloria, quæ, dum oppreſſam mentem corruperit, mox inuidiam gignit: quia nimirum, dum vani nominis gloriam appetit, ne quis hanc alius adipiſci valeat, tabeſcit inuidia, iram generat: quæ quanto interno liuoris vulnere animus ſauciatur, tanto etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur. Ex ira triſtitia oritur: quia turbata mens, quo in ordinate ſe conuertit, eo adiicienda confundit, triſtitia ad auaritiam deriuatur, quia dum confuſum cor bonum lætitiæ in ſemetipſo intus amiſit, vnde conſolari debuerat, foris quærit, & tanto magis exteriora bona adipiſci deſiderat, quando gaudium non habet, ad quod intus recurrat. *ibid.*

Vitium eſt affectus naturalis præter ordinem, & ſupra menſuram ordinem transgrediens, quando mouetur ad ea, quæ non debet: menſuram excedens, quando mouetur plus quam debet. *Hugo.*

Iniqua via eſt, quæ nos perducit ad vitam, recta vero virtutum quæ nobis indulgentiam tribuit ad ſalutem. *Caſſ. in Pſal.*

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Horat. 1. Serm. 3.

*Deniq; teipſum*
*Concute: num qua tibi vitiorum inſeuerit olim*
*Natura, aut etiam conſuetudo mala namq;*
*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*

Boet. Metro. 1. lib. 3.

*Qui ſerere ingenuum volet agrum,*
*Liberat prius arua fruticibus,*
*Falce rubos, filicemq; reſecat,*
*Vt noua fruge grauis Ceres eat.*
*Dulcior eſt apium mage labor,*
*Si malus ora prius ſapor edat.*
*Gratius aſtra nitent, vbi Notus*
*Deſinit imbriferos dare ſonos.*
*Lucifer vt tenebras pepulerit,*
*Pulchra dies roſeos agit equos.*
*Tu quoq; falſa tuens bona prius,*
*Incipe collo iuga retrahere:*
*Vera dehinc animum ſubierint.*

Claud. 1. Eutrop.

*Sed quia cœcus ineſt vitijs amor, omne futurum*
*Deſpicitur. ſuadent breuem præſentia fructum,*
*Et ruit in vetitum damni ſecura libido.*

Horat. 1. Serm: 3.

*Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille*
*Qui minimis vrgetur.*

Perſ. 1. Satyr.

*Auriculas aſini quis non habet?*

Propert. 2. Eleg. ad Heren.

*Vnicuiq; dedit vitium natura creato,*
*Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit.*

Mart. 12. lib. Epig.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus;*
*Rem magnam præſtas, Zoile ſi bonus es.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ouid.3.Amor.8.

*Si tamen è nobis aliqui niſi nomen, & vmbra*
*Reſtat in Elyſia valle Tibullus erit.*

Idem 3.Amor.19.

*Multa, diuque tuli, vitijs patientia victa eſt,*
*Cede fatigato pectore turpis amor.*
*Scilicet aſſerui iam me, fugiq; catenas,*
*Et quæ non puduit ferre, tuliſſe pudet.*
*Vicimus, & domitum pedibus calcamus amorem,*
*Venerunt capiti cornua ſera meo.*

Antholog.ſacr.Iacob.Bill.

Flagitioſam vitam plus moleſtiæ quam voluptatis habere.

*Cui dicam hos ſimiles, quibus eſt damnoſa voluptas*
*Charior, æterna quam bona cuncta domus?*
*An phreneſi captis? an ei qui patre relicto*
*Optabat ſiliquis pellere poſſe famem?*
*An Iacobæa potius de ſtirpe creatis,*
*Queis dabat æthereа Chriſtus ab arce cibum?*
*His tamen (ô miſeros homines, ô pectora læna!)*
*Hac dape porrus erat, cæpa nocensq; prior?*

Fruſtra nos ab aliis vitiis abhorrere, ſi vno eiuſmodi laboremus, quod nos in æternum exitium coniiciat.

*Cætera quid prodeſt depellere crimina, cœli*
*Vna manens labes ſi tibi claudat iter?*
*Quid iuuat aggeribus fluuios retinere furentes,*
*Si pars ad ſegetes præbeat vna viam?*
*Vrbem quid vallo prodeſt cinxiſſe, quid altis*
*Mœnibus, vna hoſti parte patente tuo?*
*Quid iuuat infectum lepra color vndiq; candens,*
*Arceat hunc caſtris cùm maculoſa cutis?*

## ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Vitia noſtra, quæ amamus, defendimus: & malumus excuſare illa, quam excutere. *Senec. epiſt.* 117.

Serpunt vitia, & contactu nocent, & in proximum quemq; tranſiliunt. *Idem de tranquill. vita.*

Multum prodeſt vitia proieciſſe, ſi cum alienis rixandum eſt. *Idem epiſt.* 12.

Vitia de mercede ſolicitant: Auaritia pecuniam promittit: Luxuria multas ac varias voluptates: Ambitio purpuram & plauſum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia ponit. *idem epiſt.* 59.

In vitia alter alterum trudimus: quomodo ad ſalutem reuocari poteſt, quem nullus retrahit, & populus impellat? *Idem Epiſtola* 29.

Vitia ſemper facultatibus, licentiaque & aſſentationibus aluntur. *Vel Paterc. lib.* 3.

Vix artibus honeſtis pudor retinetur: quanto minus inter certamina vitiorum, pudicitia, aut modeſtia aut quicquam probi moris reſeruatur? *Tacit. Annal. l.* 14.

Nihil prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuitur. *Valer. Max. lib.* 2. *c.* 9.

Omnino ex alio genere impotentia eſt, ex alio vitium. Vitium enim omne ſuæ culpæ ignarum eſt, non ignara impotentia. *Ariſt. lib.* 7. *Ethic. c.* 8.

Virtus omnium principium conſeruat, & vitium labefactat. *ibidem.*

Minus mala eſt feritas & immanitas, quam vitium, ſed terribilior tamen. *Lib* 7. *Eth. c.* 6.

Vitium aliud eſt, quod naturam attingit humanam: quod idem abſolute vitium dicitur: aliud cum adiunctione, ferinum aut morboſum vitium non abſolute. *Lib.* 7. *Ethic. c.* 5.

Omnis perinſignis vitioſitas, amentia, timiditas, intemperantia, & duritia, vel feritati, vel morbo tribuenda. *ibid.*

Malitiæ ac vitio non eſt ignoſcendum: neque vlli eorum, quæ ipſa vituperanda ſunt. *Lib.* 7. *Ethic. c.* 2.

Quæ crimini dantur vitia, in noſtra ſunt poteſtate. *Libr.* 3. *Ethic. cap.* 5.

Quæ vitia corporis in noſtra ſunt poteſtate, culpantur: quæ non ſunt, non item. *ibid.*

Eſt in vitio magna vis ad labefactandum principium. *Libr.* 6 *Eth. cap.* 5.

Peruertit iudicium vitioſitas principiorumque inducit eorum errorem, vnde actiones & officia proficiſcuntur. *Libro* 6. *Ethicor. cap.* 12.

Vt beſtiarum nullum eſt vitium, nullaq; virtus: ſit nec Dei ſed hic virtute præſtabilior eſt: illarum aliud eſt genus vitii proprium. *Libro* 7. *Ethic. c.* 1.

Videndum eſt diligenter, ad vitæ vitia ſimus procliuiores. Alii enim ad alia natura procliuiores ſumus. Quod facile ex ea voluptate & ægritudine, quæ nobis accidit, intelligimus. Se autem quisque ab ea debet in contrariam partem deducere. *Libro* 2. *Eth...*

Qui paulum aliquid decorum egreditur, non eſt in vitio ... tem longius euagatur, is quoniam minime latere poteſt, ... reprehenſione. *ibid.*

Vitia noſtra voluntate neceſſe eſt ſuſcipi. *Lib.* 3. *Eth. c.* 5.

In ſummo ingenio atque optimis Reipublic. moribus ... parua vitia elucent magis, eoque notantur facile: quin etiam ... ſæpe officiunt, cum ob auctoris decus in virtutes potiſſimum ... piuntur, atque ad imitandum inuitamento ſunt. *Aurel. Victor ... Cæſaribus.*

## ¶ Apophthegmata.

*Crates* negabat inter hominem quempiam inueniri poſſe ... non aliqua in parte laberetur: addens, nullum inueniri ... punicum, in quo non ſit aliquod granum ſupputre. *Laert...* 6. *cap.* 5.

*Leo Byzantius*, Paſiades, cum Leoni Byzantio lippi... obiiceret oculorum, Leo reſpondit: Corporis mei vitium ... exprobras, haud videns filium tuum Nemeſin humeris ... tem. Erat enim Paſiadi filius contractis humeris. Nemeſin ... dixit redargutionem inſolentiæ, quam veteres finge... Deam. *Philoſt.*

*Dionyſius iunior* regno pulſus, eadem dicebat ſe pati quæ ... ſcentes: quemadmodum enim illi, cum peccauerint, hilari vul... trum conſuetudine vtuntur, patris autem præ pudore fug... ſibi eueniſſe, vt in metropoli vitam agens verecundia te... Laucade cum voluptate viueret. *Bruſ. lib.* 7. *c.* 1.

## ¶ Similitudines.

*D. Chryſoſtomi*, Quoties diutina quæpiam ac dura infi... poribus inhæſit, tum & longo tempore, multoque labore, ... ſapientia in admouendis remediis eſt opus, vt collectus ... que vitæ periculo diſſoluatur. Idem videre eſt in anima. Q... nim aliquis morbum qui iam radices egit in anima multo ... pore concretus ſit radicitus vellere voluerit, non ſatis erit ... ctionem vnius duorumve dierum admonitio, verum opor... quentes ac diebus compluribus in hac cura verſari: ſi modo ... ambitionem ac voluptatem, ſed ad fructum, & vtilitatem ... hoc publicum geſturi ſumus. *Hom* 1. *de Dauid & Saule.*

*Sicut ex parte* Dei, quamvis plures ſint ſpiritus virtutum, ... ſeptem dicuntur, quia ex illis ſeptem omnes ſpecies virtutum ... cedunt: quos ſpiritus enumerat Eſaias, & Salomon ſignat, di... pientia ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem ... parte diaboli quamvis multi ſpiritus vitiorum, tamen ... cuntur, quoniam ex illis principalibus vitiis vitia vniuer... tur. *in Matth* 12. *hom.* 13.

*Origenis*: Sicut ex iuſtitia generatur iuſtitia, & ex caſtita... tas, ſi quis enim primo tenuiter caſtus eſſe cœperit, accepto ... tis fermento quotidie caſtior efficitur: ita & qui ſemel intra ... paruum poſuerit fermentum, quotidie ſemetipſo nequior ... ac deterior. *Hom.* 12. *in Num.*

*Nazianzeni* Quemadmodum in corporibus, quum ... duo membra male ſunt affecta, haud difficulter reliquis ... tur, ſanitatisque bonum maioribus ſubuenit partibus, quo... ter & illa conualeſcant: quum vero plura diſſident & male ... nullo remedio ſubueniri poteſt quin omnia ægrotent, peric... illud iam manifeſte ſe oſtendit: Ita morbi etiam, qui ſinguli ... dunt, à communi populo, qui melius habet, ſunt abſci... quum vero maior pars corrupta eſt, tum vniuerſo immine... lum. *Contra Iul.*

*Philonis Iudæi*: Quemadmodum color in corpore homi... brem indicat. Sic vitium animæ morbum. *Libr. de Noe ...ſcentia.*

*Sicuti* qui febre decumbit, non vna quapiam parte, ſed ... pore ægrotat: Ita totius animæ infirmitas eſt vitium. *Lib. de ...ſipiſcentia.*

*Saluiani epiſcopi* Sicut in ſentinam profundæ nauis, col... nes ſordium omnium, ſic in mores eorum quaſi ex omni ... vitia fluxerunt. Nullam enim improbitatem ſcio, quæ ... redundauerit: cum vtique etiam paganæ ac ferinæ gentes, ... beant ſpecialiter mala propria, non eſt tamen in his hoc corp... nium Galliarum, ſed paulatim id ipſum tamen, vt dum pars ... cæditur, pars exemplo emendetur. *De vero iudicio & prou... Dei.*

*Marci Eremitæ*: Sicut virtutes laboribus & ignominia: Sic ... vitia voluptatibus & gloria procreari conſueuerunt. Omnis ... ralis voluptas præſumpta licentia prouenit. Porro licentiam ... dulitas generat. *De lege ſpirituali.*

*Lyſidis Pythagorici.* Nominabo primum matres earum, ... ſens intemperantiam & auaritiam: ambæ vero ſunt fœcu... mæ. Ex intemperantia igitur germinant ſcelera, temulenti... proditiones, & abhorrentes à natura voluptates, atque, ... quidam vehementiores, ad mortem & præcipitia impellentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…quibusdam vim etiam intulerunt libidines, vt neque à matri-…que à filiabus abſtinerent:& violantes legem, patrem, ciuita…què regem,& educentes cubitos quaſi captiuos,ad extremum …per vim ac violentiam rapiunt. Ex auaritia vero progignũ…ptinæ, patricidia, ſacrilegia, venenorum graſſationes, & quæ …horum ſunt affinia. Oportet igitur primum ſyluas, in …hi affectus nutriuntur, igni, ferro, & omnibus inſtrumen…purgare, & rationem ab his affectibus vindicare: ac tum de…boni aliquid inſerere atque tradere. *in epiſtol. ad Hipparchum*

…di Pythagorici. Pernicioſum eſt ſeruire vitiis: quia quot vitia …rannia, tot & dominos. *in Enchiridio.*

…Nicæ: Quemadmodum, iis qui corporis aliquot habent …melius eſt vt in occulto ſe exuant,& nunquam in publico, vt …habeant turpitudinis & verecundiæ teſtem. Eodem arbi…modo iis, qui animum habent illiberalem atque flagitioſum, o…prodeſſe, vt vitæ ignorantia, tenebriſque fortunæ tecti trans… *…rat. 6. de fortuna* III.

…Lynceſtis aqua, quæ vocatur Acidola, non ſecus ac vinum …nos reddit: Ita quoſdam etiam ſua paupertas & inſcitia red…feroces & improbos: eadem enim vitia è diuerſis naſcuntur ca…ex ſcientia, arrogantia, eadem ex ignorantia. *Lib. 31. c. 2, & lib. 2.*

…*aſpidis ictu* nullum eſt remedium niſi vt partes contactæ pu…: Ita quædam vitia ſola morte ſanari poſſunt. *Libro octauo,* …

…*Panthera* ſic auida eſt excrementorum hominis, vt ſi in vaſe ſu…datur altius, quam vt poſſit attingere, enecet ſeſe defatigati …ctu corporis. Ita nonnullis quod eſt fœdiſſimum, id dulciſſi…m eſt *Lib. 8. c. 17. & c. 27. eod. l.*

*… Echinus* ſemper in ſpinis ingreditur, quod ſpinas ſecum cir…ferat: Ita quibuſdam in omni negotio acerbitas eſt propterea, …animo ſecum adferant aſperitatem, etiamſi res ipſa nihil ha…incommodi. *Lib. 9. cap. 31. & l. 8. c. 37.*

*Vultures* vnguentorum odore fugantur, ad cadauera aduolant: …dam à rebus honeſtis abhorrent, ad fœda rapiuntur, *Lib. 30. c.* *… 11. c. 53.*

…*ſpiunt* vllum animal venenatum fame aut ſiti emori: Ita peſti…domi habent vnde ſe paſcant, & ſuo aluntur veneno. *Libro 10,* …

…*Herodami*: In naſſam facilis illapſus eſt, ſed exitus difficilis: Sic …iter in vitia, reditus ad meliorem frugem non perinde faci… *… Simil.*

*…menteri*: Quod mulier citta laboret, atque abſurda appetat, de…etiam abſurda agat, geratque, corporis accidit ægritudine. …quod plus oblectamur malis, quam bonis, animi vitium eſt. *in apoph.*

*…ti venenum*, quo eſt dulcius, eo altius vim ſuam inſinuat: Sic …quoque hominem occupant vitia, quæ ſpeciem boni exhi… *in apoph.* 120.

*Quemadmodum* occulti, hoc eſt, interni morbi, maiore egent ar…ac ſunt periculoſiores, quam externi: Ita hodie magis offen…& ſcandalizant, hoc eſt, citra ſuſpicionem in exemplum trahũt …vitia quæ prætextu aliquo excuſare licet, quam quæ omni…damnata, tam eſt fallax imitatio. *in apoph* 12.

*…imbibitus* fidelis ordor non facile extergitur: Sic ſemel con…vitia ægre eluuntur. *in apoph.* 122.

*…nemo* fere allium redolet, niſi qui allio vſus eſt: Sic raro impin…macula, quæ caret omni culpa. *in apoph* 113.

*… periclitatur* vitia totius corporis vbi vilior aliqua, ſed vbi o…particulæ, aut primaria elanguent viſcera. Tum quoque pri…vniuerſus mundus periclitatur, vbi primates ipſi incipiunt …vitiis, ac quodammodo obſtupeſcere Nam ſi ſemel ſal fue…tuatum, quod reliquum eſt, neceſſarium eſt putreſcere, ac …eſcere. *in apoph.* 63.

*…tuper vita* ſperatur, dum aliquod intellectus ſpecimen edi… Tum quoque finis huius ſæculi præſens eſt, dum vitia pro …ibus, ac virtutes habebuntur pro criminibus. *In apophthe… 63.*

*…ſtre* ſpeculum ſtatim reddit obiecti ſui deformitatem: Et …propria vitia redarguntur optimatum vita. *In apophthe…79.*

*…portuna* in morbis voluptas ſæpe cum multis aliis doloribus …mentata: Et vitiorum iucunditas nunquam citra animi dolo… *in apoph.* 72.

*…pus* deformatur manifeſtis morbis: & ſi quis videret, magis a…mortalibus vitiis. *in apoph.* 23.

*… eſt manifeſta*, ſed occulta, in quam plures impingunt, fouea: …magis offendunt vitia, quæ boni prætextum habent quam quæ …*in apoph.* 76.

¶ HIEROGLYPHICVM.

Theologi noſtri veteres, *Catenas* ſignificare *Vitia* contendunt: quod illa ſe inuicem gignere, atque arctiſſime complecti conſueuere. *Pier. Val. l. 48. pag. 474. E.*

¶ FABVLAE.

Fur & carnifex.

Damnatus quidam furti, ad ſupplicium ducebatur, qui ſuam infelicitatem deplorans: Me miſerum, inquit, cui moriendum ſuperſtite magiſtro meo à quo hanc artem didici, quem ſcilicet plecti oportebat prius. Huic carnifex: imo te, inquit, qui tam male didiceris inertiæ pœnas dare æquiſſimum eſt. Cui fur: At inquit non fuiſſe me imperitum furandi, confeſſio mea indicat. Debueras igitur, inquit carnifex, te exercendi finem facere:

Docet fabula optimum eſſe à malis facinoribus celeriter deſiſtere. Nam quis non peccat in vita, & delictis nullis tenetur: Sed optimus ille eſt, qui non ſolum minimis, ſed etiam pauciſſimis vrgetur, hoc eſt, qui quod fieri non oportet, id facere cito deſinit.

Fatui cribrum.

Fatuus cum cribrum reperiſſet, arbitratus vitioſum redditum neglectione, cœpit obturare foramina vt aptum vſui, quemadmodum putabat, redderetur. Sed cum in opere ſentiret denique foraminum crebritatem, parumque ſuccederet inceptum, abiecit cribrum indignabundus. Neque enim, inquit, video qua parte obturare quave pertuſum relinquere debeam.

Docemur, incogitantes in ipſo demum opere difficultatem ſentire, non proſpicere animis ſuis, itaque & in agendo decipi plurimum, & aggredi ſæpe quæ abſolui nequeant. Docemur & nos, ſatius eſſe extreme vitioſa non attingere, quam fruſtra emendare velle.

Fœneratores.

Qui quæſtum faciebat detrahendis pellibus mortuorum animalium, quorum vendere coria ſoleret, obuiam forte factus fœneratori, ſalutatum hunc ita compellauit, vt ſui ordinis & gregis hominem quorum vterque idem opificium factitaret. Ac admiranti fœneratori, qui ſibi primarius in populo ciuis videretur, & iſtum noſſet: percontantique quonam modo idem opificium ambo exercerent, reſpondit ille: Quia ipſe mortuis animantibus pelles, fœneratores autem viuis hominibus res & bona detraherent, atque diriperent.

Fabula docet, in mores ſæpe tanta vitia inuadere, vt peſſima facinora non ſolum impunita, ſed etiam honorata eſſe reperiantur. Nonne autem interrogatus apud Ciceronem Cato, quid fœneratio? Quid, inquit, hominem occidere? &c.

*Vide Virtus, Item, Malitia.*

---

# Vituperium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Vituperium, Græce ψόγος, ου, ὁ, & ψέγω, vitupero dicitur. Heb. *Guedupbah*, conuitium, vituperium, contumelia, detractio, à verbo *Guiddeph*, vituperauit, conuitiatus eſt, inuectus eſt in aliquem verbis atrocibus. Cognationem habet cum *Nadhaph*, propulſauii, & cum *Naghaph*, conſternauit, qui vituperii effecta deſignant. Venit autem vituperium ſiue vituperatio à vitupero. Vituperare enim eſt, vitio aliquid dare. Terent. *Nũc quam rem vitio dent, qua animaduertite.* Et ſubiungit: *Id iſti vituperant factum.* Venit autem vituperare & vituperium à vitium. *ſec. Aug.* quia hoc quælibet res vituperatur. *Ex B. Thom. 1. Secundæ, 6, 71, art. 2. cap.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ex Comicis Græc.

Ἤθους δικαίου φαῦλος οὐ ψαύει λόγος.
*Attingere probos verba non queunt mala.*
Νικᾷ γὰρ ἀεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.
*Calumnia ſolet opprimere quod eminet.*
Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.
*Laudare & infamare eundem, eſt improbi.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Vituperationes & laudes ſunt viri vnius ſapientis, & non multorum inſipientium. *Plat. in Crit.*

Vituperatio eſt clariſſimarum rerum extenuatio. *Franc. Patricius de regno, 9, c. 19.*

¶ SIMILITVDINES.

*D. Chryſoſtomi*: Quemadmodum nullus nos lædere poterit, niſi à nobis ipſis lædamur: Sic niſi nos ipſos vituperemus, nemo alius nos vnquam dedecorabit. *Hom. 88. in Math.*

*Dic quæſo* ſi quis ſolem tene-rarum authorem æſtimet, ſoline an ſibi detraxit, ſibi videlicet ipſi, cum furioſi & inſanientis opinionem ſequatur. Eodem profecto modo, qui prauos bonos eſſe putant & econtrario ſeipſos vituperant. *ibid.*

*Plutarch.* Palæſtritæ corpus humiliant, vt alios deiiciant: Ita quidam ſeipſos vituperant, vt videantur admirari familiares, *in mor.*

---

# Vltio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

VLciſci vindicare eſt, & iniuriam non impunitam relinquere, *l. ſcientiam, §. Cura aliter. ad leg. Aquil.* Heb. *Nakam*, & *Nekamah* vindicta, vltio, vlciſcendi actus: à verbo *Nakam*, vindicauit, vltus eſt, ſtetit ad vlciſcendum: & in 4. coniugatione, *Hithnakkem*, vindicauit ſe, vltus eſt ſeipſum.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Vlciſcitur Dauid iniuriam ſeruis factam, 2. *Sam.* 10. 17.

Vltio non quærenda, *Leuit.* 19. 18. *Luc.* 9. 54. vltionem capere, Dei eſt, *Deut.* 32. 33. *Rom.* 12. 19. *Heb.* 10. 14.

### ¶ SENTENTIAE HIST.

Vltionis quemadmodum acres, ita iuſti aculei ſunt, qui laceſſiti concitantur, acceptum dolorem penſare cupientes. *Val. Max. lib.* 9. *cap.* 10.

Quid forti ſuauius, quam vindictam manu ſumere? magnum munus à natura (corrupta) animum vltione ſatiare. *Iornand. de reb. Geticis.*

Vltionis deſiderio res proprias in tantum diſcrimen coniicere, minime prudentium eſt, neque dedecet caſus & occaſiones, quas reſpublica ſperare poteſt, ad vlciſcendum expectare: imo admodum turpe eſt indignatione vinci, & in rebus ad imperia ſpectantibus, ſumma infamia eſt, quum imprudentiam detrimentum comitatur. *Fr. Guicciard. hiſt. l.* 4.

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes* interrogatus à quodam, quo pacto maxime poſſet vlciſci inimicum? Si teipſum, inquit, probum & honeſtum virum præſtiteris. Hoc qui facit, & ſibi prodeſt maxime, & inimicum maxime diſcruciat. Nam ſi fundum conſpiciens bene cultum, diſcruciatur inimicus, quid fiet ſi teipſum viderit veris ornatum bonis? *Laert. libro* 6.

*Idem* ingreſſus aliquando iuuenum conuiuium, capite ſemitonſo, non ſolum non comiter exceptus eſt, ſed multis plagis onuſtus dimiſſus eſt. Quos ille hac ratione eſt vltus. Nomina iuuenum à quibus fuerat cæſus, albo inſcripſit, itaque obambulabat ſoluto pallio: plagarum notæ loquebantur, quid eſſet paſſus, & album prodebat authores. Hoc pacto iuuenes inhumanos omnibus obiurgandos ac reprehendendos expoſuit. *Laer. l.* 6.

*Idem.* Midias cum Diogeni colaphum dediſſet, Diogenes continuo dixit, Tria millia tibi in menſa ſunt poſita: per ludibrium illi gratulans, quod pro colapho tantum nummorum ex mulcta ad ipſum eſſet rediturum, ſi lege ageret. At Diogenes poſtridie ſumpto pugilum loro, eoque impacto Midiæ, totidem verbis dixit: Tria millia tibi in menſa ſunt poſita. Aulus Gellius narrat de quodam, qui pro delectamento habebat, manu depalmare homines: moxque è crumena quam in hoc circumferebat, numerabat mulctam: At Diogenes declarauit, non omnes eſſe ea patientia, vt mulcta contenti ſint. *Laert.*

*Tiberius Imperator.* Diogenes Grammaticus ſabbathis Rhodi diſputare ſolitus, Tiberium ad ſe venientem, vt ipſum extra ordinē audiret, non admiſit, ſed per ſeruulum ſuum in ſeptimum diſtulit. Is quum Romam veniſſet, & pro Cæſaris foribus adſtaret, cupiens illum ſalutare, Tiberius iuſſit, vt poſt ſeptimum annum rediret. Nec alia pœna tantam Grammatici ſuperbiam vltus eſt. *Eraſmus lib.* 6.

*Timon Athenienſis*, quem μισάνθρωπον appellat Lucianus, quum erga cæteros eſſet inhumaniſſimis moribus, fugeretque conſuetudinem hominum, ſolum Alcibiadem adamabat, ex oſculabaturq;. Id admiranti cuidam, cauſamque roganti, reſpondit: Ideo ſibi charum eſſe adoleſcentem, quod perſpiceret illum aliquando magno malo fore Athenienſibus, à quibus multis contumeliis affectus eſſet. *Eraſ. l.* 5. *apoph. Fulgoſ. l.* 9. *c.* 12.

*Alcibiades* nuncianti, quod ipſe cum comitibus morte damnatus eſſet Athenis? At nos, inquit, demonſtrabimus illis Alcibiadem viuere, ſimulque ſeſe ad Lacedæmonios contulit, ac bellum Decelicum, ab vrbe Decelia cognominatum, excitauit in Athenienſes. *Plut.*

*Philoxenus* quum audiſſet ſuos verſus à laterariis perperam recitari, lateres ipſorum communuit, dicens: Vos mea corrumpitis, ego viciſſim veſtra. *Eraſ. l.* 6. *apoph.*

*Ageſilaus.* Quum puer quidam Ageſilao rege videa[nte] captum è cauo protraheret, muſque conuerſus momor[diſſet] tis manum, atque effugiſſet: Ageſilaus indicauit his qui ader[ant] xitq;: Poſteaquam minimum animalculum ſic vlciſcitur ... bus læditur, quid viros oporteat facere, cogitate: Ita dux ... vndecunque captata occaſione animum addere ſtudebat ... dentiores fierent aduerſus hoſtem. Sed idem exemplum ... valet, ne quis quamlibet potens, iniuria prouocet infirm[iorem] enim ſæpenumero, vt qui, ſicut ait Flaccus, fragili quæ[rens illidere] dentem, infringat ſolido. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Demonides* amiſſis furto crepidis, precatus eſt, vt eius qui ... rat pedibus conuenirent. Viſus eſt bene precari, quum illi ... precaretur malum videlicet pedes diſtortos, quales habebat ... ni des. *Plut. in Lacon.*

*Chilon* fratri quærenti, quod Ephorus ipſe non crearetur, ... le eſſet: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non. *Diogenes La[ert.] eius Vita.*

*Thales* rogatus quo modo quis facillime ferret infortun[ium] ... Si quis videat hoſtes maioribus malis obnoxios. Quidam ... contemplatione felicitatis alienæ, ſuam calamitatem exa[ggerant] ... *Laert. l. c.*

*Pittacus.* Habens poteſtatem puniendi quempiam qui ... melioſus in ipſum extiterat, dimiſit, inquiens: Venia vltione ... eſt. Illa namque mitis eſt ingenii, hæc autem ferini, *Stob. ſer.* ... *in Meliſſ. par.* 1 *ſer.* 27. *Max ſer.* 7.

*Bion* familiares ſuos admonebat, vt hoc argumento pu[tarent ſe] profeciſſe in philoſophia, ſi iurgantes & conuiciantes perin[de fer]rent, ac ſi recitarent verſus illos Homericos.

*Ὦ ξεῖν᾽, ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,*
*Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν.*
*Quando vir haud nequam, nec ſtultus amice videre,*
*Per multum ſalue atq; vale, Dij proſpera donent.*

*Laert. lib.* 4.

*Xenocrates* à Bione dictis laceſſitus. Non ſum, inquit, tibi ... ſurus. Neque enim Tragœdia, cum à Comœdia taxatur, d... eam reſponſo. *Laert. l.* 4.

*Democritus* dicere ſolebat, Prudentis eſſe futuram iniuri[am] cauere, Indolentiæ vero, quod factum eſt, non vlciſci. *Stob. ſer.* ... *Prudentia.*

*Heraclitus* dicebat, iniuriam magis extinguendam quam ... dium: Ex leuiſſimis offenſis, ſi negligantur, naſcuntur atro[ces tra]gœdiæ. Sed ad reſtinguendum incendium, accurrunt omnes ... ſcenti vero ſimultati citius addunt irritamenta. *Laer l.* 6.

*Socrates* frequenter dicere ſolitus eſt. Peius eſſe iniuria[m inferre], quam ferre, ſenſit eum non ſemper malum eſſe qui ... afficitur: ſed potius hunc qui bonis iniuriam infert. *Br... libro* 3.

*Idem.* Quum in via quidam illi per laſciuiam calcem imp[egiſſet] ... admirantibus quod id pateretur? Quid facerem, inquit? Illis ... tibus, vt vocaret hominem in ius: Ridiculum, inquit, ſi quis ... me calce percuſſiſſet, diceretis mihi, Voca illū in ius: Nihil ... intereſſe inter aſinum & hominem brutum, nullaque virtu... ditum: ac vehementer abſurdum videri, non pati ab homine, ... ab animante bruto paſſurus ſis. *Laert. l.* 2.

*Idem.* Cum non iraſceretur illi à quo conuitiis multis a... eſſet, obiurgatus cur taceret? Mihi, inquit, ſuis dictis non ... quandoquidem talis non ſum, qualem ipſe me eſſe dicit. *Era[ſ.] apoph.*

*Idem.* Cum Xantippe, in publico pallium marito detraxiſ[ſet] ... familiares admonerent, vt tantam iniuriam manu vlciſceretu[r] ... chre, inquit, nimirum vt nobis colluctantibus acclametis, ... crates: Eia Xanthippe: Nam huiuſmodi vocibus ſpectatores a... duos inter ſe commiſſos. Maluit autem vir ſapiens tolerantiæ ... plum de ſe præbere, quam ridiculum exhibere ſpectaculu[m] ... cum vxore certantis. *Laert. l.* 2. *c.* 1.

*Idem.* Quum Xanthippen diu rixantem tuliſſet in ædibus ... dem feſſus conſediſſet ante fores, illa magis irritata quiete ... feneſtra perfudit eum ſotio. Ridentibus qui præteribant, & ... crates arridebat dicens. Facile diuinabam poſt tantum toni[trum] ... quuturam eſſe pluuiam. *Laert. l.* 2.

*Idem.* Sunt qui putent Socratem ſimul aluiſſe domi duas ... Myrrho & Xanthippen, Proinde demiranti cuidam, in que... dem vſum aleret duas mulieres, præſertim rixoſas, nec eas ... geret? Hæ, inquit, me domi docent tolerantiam: qua in p... vtendum eſt: harum moribus exercitatus commodior ero ... rum conſuetudinem. Hunc percontatorem A. Gellius facit Al[cibia]dem.

*Idem.* Alcibiadi demiranti, quod Xanthippen ſupra modum ... ſam domi perpeteretur: Ego, inquit, iam pridem his ſic aſſue[tus ſum, vt] non magis offendar, quam ſi rotæ, quæ aquam educit è puteo ... dorem audiam. Nam is ſtridor moleſtiſſimus eſt inſuetis: ... qui quotidie audit, adeo moleſte non fert, vt ſe audire neſciat. *La[ert.] libro* 2.

*Idem.* E palæſtra redeuntem Euthydemum caſu factus ob... duxit ad cœnam. Illis autem inter ſe multa commenta...

Xanth...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...pe irata ſurrexit, multaque in maritum dixit conuitia: qui... ille nihil commoueretur, tandem & menſam ſubuertit. ...autem Euthydemus valde perturbatus, ſurgensque abire ...: Quid habes? inquit Socrates, nonne nuper hoc idem ac... tuæ, vt Gallina ſubuolans euerterit quæ erant in menſa: ...ob id non indignabar. *Laert. lib. 2.*

...colapho percuſſus à quodam in via, nihil aliud reſpondit ...quod homines neſcirent, quando prodire debent cum galea. ...quiddam Laertius adſcribit Diogeni l. 6. ſed Bruſon. l. 5. c. 1. ...quemadmodum & alij.*

..., Quum in Ariſtophanis comœdia acerbis conuitiis pro... ...tur, & aſtantium quidam diceret, Cur hæc non moleſtè fer... ...non ægre, inquit, in theatro fero cum his perſonis omnia lice... *Laert. lib. 2. c. 1.*

...quodam ei maledicente, Perge, inquit, maledicere, qui be... ...quam didiceris *Stob. ſerm. 12.*

*Diogenes*, pinguem ſaliuam à quodam in facie quum accepiſſet, ...ait: Affirmabo, falli omneis, qui negarint te os habere. ...illam contumeliam non modo ęquo animo tulit Cynicus, ...etiam irriſit. *Bruſ. lib. 5. cap. 1.*

*Idem*, Cuidam dicenti, Multi te derident, ô Diogenes: Et illos, in... ...talis aſini. Altero ſubijciente, ſed illi non curant aſinos. Ni... ...magis, inquit, ego ipſos. Aſinis irriſionem tribuit, quod ſubinde ...dentibus irriſionis ſpeciem præbeant. Quin & deridentes ...piam, mota ab aure manu imitantur aſininas auriculas. Vide... ...igitur & aſinus motis auriculis irridere homines, nemo tamen ...tur. *Laert. lib. 6.*

*Idem*, Conuitiis laceſſitus à quodam de crimine proditionis infa... ...: Gaudeo, inquit, me tibi factum inimicum: quando tu non ho... ...ſed amicos lædere ſoles. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

*Idem*, Platoni ipſum ob vitæ ſordes canem appellanti: Sane, in... ...nam ad eos qui me vendiderant recurri. Solent enim canes ſi ...tur, ad veteres dominos recurrere. Non offenſus eſt conui... ...ſed commode interpretatus eſt. Quum Æginam nauigaret, in... ...tus eſt à piratis: atque in Cretam productus, ibique venditus. *Laer. l. 6.*

*Idem*, Cum de ferenda iniuria diſputaſſet, adoleſcens proteruus ...periculum faciens, an re præſtaret ea quæ docebat: inſpuit il... ...faciem. Tulit hoc leniter: Non quidem, inquit, iraſcor, ſed du... ...tamen an propter id iraſci oporteat. *Laer. l. 6.*

*Idem*, Ei à quo trabe fuerat percuſſus, d...centi, Caue: Num, inquit, ...me ferire vis? *Bruſ. lib. 3.*

*Idem*, Cuidam ipſi dicenti, plurimi te derident: At ego, inquit, ...non derideor. Id autem videtur ἀδύνατον, vt aliquis te percutiat, tu ...non percutiaris: ſed Diogenes negauit ſe derideri, ſiue quod ...eſſet ridiculus, ſiue quod exiſtimaret hominum irriſionem ni... ...ad ſe pertinere. *Laert. lib. 6.*

*Cleanthes* appellatus aſinus agnouit conuicium, dicens ſe ſolum ...eſſe parem ferendæ Zenonis ſarcinæ: Siue quod Zenoni non mul... ...eſſet ſupellectilis, ſiue quod vnius illius auſteritate nihil offen... ...tur. *Laert. l. 6.*

*Antiſthenes*, Qui nos maledictis inceſſerent, eos magis toleran... ...dicebat Antiſthenes, quam qui nos lapidibus impeterent. Verba ...non lædunt, ſi quis contemnat. Vide vero num forte hic ſit ...: tolerantiores eſſe, qui conuitia patienter ferrent, quam ſi ...lapidibus impetitus ferat. Quorundam enim dicta grauius ...ciant quam lapides. Quod ſi indecorum eſſet graui viro lapidi... ...repetere à quo petitus fuerat, æque indecorum ſit in conuician... ...regerere conuicia. *Laert. l. 6.*

*Idem*, Quum accepiſſet, Platonem de ipſo male loqui, nihil com... ...: Regium eſt, inquit, quum feceris bene, audire male. Quan... ...quam hoc idem aliis aſcribitur. Excelſi animi eſt ingratitudine ho... ...non deterreri à ſtudio bene merendi de omnibus. *Ibidem.*

*Solon* deſpuentem quendam ferebat. Quum autem alter quidam ...propterea accuſaret: Atqui, inquit, piſcatores vt gobium vnum ...capiant, patiuntur ſe aqua marina conſpergi: ego idem ferre non ...ſuſtineam, vt hominem capiam? *Maximus ſermone quadrageſimo ſecundo.* Idem dictum eſt ab Ariſtippo, quem Dioyſius tyrannus conſpucrat. *Laert. lib 2.*

*Idem*, Quum à quodam conuitiis inceſſeretur, tacitus abiit, verum ...quum maledicus ſequeretur abeuntem dicens, Cur aufugis? Ideo, ...tibi ſiquidem poteſtas eſt loquendi ea quæ vis, mihi verò data eſt poteſtas ea non audiendi, quæ audire nolo. *Laert. lib. 2.*

*Anacharſis*, ab adoleſcente in conuiuio pulſatus: Adoleſcens, in... ...ſi nunc vinum non fers, aquam feres cum ſenueris. Moderatio... ...erat, & patientiæ, quod adoleſcentis proteruiam vino imputa... *Laert. l. 1. c. 9.*

*Dion Alexandrinus*, multis conuiciis ac probris à quopiam la... ...ſitus, non reſpondit. Cæterum, vbi intra ædium ſuarum veſtibu... ...venifſet (nam eo vſque conuiciator fuerat inſectatus) nihil ſe ...turbatum oſtendens, hoc tantum dixit: Ne gry quidem maledictis ...tuis reſpondeo. *Stob. ſerm. 19.*

*Demoſthenes* à quodam conuiciis laceſſitus: Nolim, inquit, tecum in hoc genus certaminis deſcendere, in quo qui vincitur, ipſo victore melior eſt. *Stob. ſerm. 19.*

*Ariſtides*, quum iret exulatum, ſublatis in cœlum manibus deos comprecatus eſt, ſic proſperarent res Athenienſium, vt illis Ariſtides nunquam veniret in mentem. In rebus enim afflictis ſolet populus ad egregios viros confugere, id quod euenit. Siquidem tertio poſt anno, quum Xerxes Atticam adoriri ſtatuiſſet, Ariſtides ab exilio reuocatus eſt. *Plut. in eius vita.*

*Phocion*. Quum apud Athenienſes verbum faceret pro concione, reprehendens in ipſis ingratitudinem, ſubita voce dixiſſe fertur. Malle ſe damnum ab aliis accipere, quam damnum etiam pro meritis inferre. *Ælian. lib. 2. de var. hiſt.*

*Idem*, Iniuria vxori ſuæ facta, tantum ab authoris accuſatione abfuit, vt cum ille ſponte metu perculſus Phocionem accederet, & veniam poſtularet, inquiens, ignoraſſe quod eius vxor fuiſſet, in quam iniurioſus fuerat, hoc ſermone ſit vſus: Mea quidem vxor nihil abs te affectata eſt, ſed fortaſſis alia quæpiam: proinde non eſt, cur excuſationem apud me dicas. *Muſon. apud Stob. ſerm. 17. Idem de Piſiſtrato refert Plut.*

*Idem*, Phocioni cum poculum cicuta temperatum porrigeretur, percontatus eſt quiſpiam, ſi quid filio vellet dicere? nam is aderat. Ego, inquit, tibi fili præcipio, atque etiam obſecro, ne quid ob huius rei memoriam Athenienſibus male velis. Cæteris morientibus præcipuum ſolatium eſſe ſolet ſpes vindictæ: huic illud curæ fuit, ne filius patris iniuſtam necem vlciſceretur. *Plut. in apoph. Ælian. lib. 12. de var. hiſt.*

*Idem*, Poſt Antipatri obitum, quum Athenienſium Reſpubl. ad gubernationem popularem rediiſſet. Phocion in concione capitis damnatus eſt. Atque huius quidem amici cæteri, qui ſimul cum illo damnati fuerant, flentes ducebantur: Phocion autem tacitus ibat. Cui ex inimicis quiſpiam factus obuius, poſt conuicia in faciem exſpuit. Tum Phocion ad magiſtratum reſpiciens: Non hunc, inquit, compeſcet aliquis indecore ſe gerentem? De tam atroci contumelia queſtus non eſt, nec flagitauit vindictam aduerſus eum qui præter leges ſæuiret in hominem damnatum; tantum cohiberi iuſſit exemplum bonis moribus aduerſum, & immane facinus non aliud quam indecentes mores appellauit. *Plutarchus in apophthegmatibus.*

*Idem*, Phocionem, quum pro concione dicentem quidam petulantiſſime maledicus interpellaret, multis conuiciis in illum debacchans, omiſit quod cœperat, locumque dedit maledico. Poſtquam ille vix dicendi feciſſet finem, Phocion reuerſus in ſuggeſtum placido vultu, perinde quaſi nihil eſſet dictum, cœptam orationem perſequutus eſt. De pedeſtribus, inquit, copiis audiſtis: ſupereſt vt de velitibus ac leuis armaturæ milite dicam. *Plut.*

*Timotheus* dicebatur dux fortunatus. Huic inuidentes nonnulli, pinxerant ciuitates vltro ſe reti implicare, ipſo dormiente. Hac contumelia nihil offenſus Timotheus, ciuiliter reſpondit: Si tantas vrbes capio dormiens, quid faciam vigilans? *Plutarchus in apoph.*

*Telecrus* ad fratrem ciues criminantem, quod aſperius ſecum quam cum illo ſe gererent: Tu, inquit, iniurias pati neſcis. *ibidem.*

*Ageſilaus*, audiens quoſdam clam ſibi infenſos eſſe, non tantum de vltione cogitauit: ſed in militum duces elegit, & magiſtratus accuſatos defendit, hac arte ex hoſtibus ſibi amiciſſimos reddidit. Qua prudentia quid vtilius, qua mederi maleuolis maluit quam vlciſci? *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem*, Ad Lariſſæos, qui non iuuerant res hoſtium, Xenoclem & Scythen legatos miſit, vt amicitiam inirent. Verum hos quum Lariſſæi contumelioſe tractaſſent, alii hoc factum grauiter tulerunt, & admonuerunt Ageſilaum, vt hoc factum contra ius gentium admiſſum, admoto exercitu vlciſceretur. At ille negebat ſe vel vniuerſam Theſſaliam hac conditione velle capere, vt ex his quos miſerat alterius faceret iacturam: amiſſurus vtrumque ſi illos bello laceſſiſſet. *ibid.*

*Agis Vltimus* cum captus ab Ephoris condemnaretur, ac iam duceretur ad mortis ſupplicium, vidit quendam rei indignitate ad fletum moueri. Cui ait: Deſine meas vices flere. Morior enim præter ius & æquum, ſumque multo melior his qui me occidunt. *Ibidem.*

*Lyſander*, Quum multis contumeliis à quodam aſsidue afficeretur: Dic, inquit, ô amicule! dic, dic, nihil omittas, ſi qua tuum animum malis quibus videris plenus, vales exonerare. Ingentis animi argumentum, ne ira quidem dignum arbitrari maledicum, quum in promptu eſſet vltio. *Plutarchus in Laconicis apophthegmatibus.*

*Lycurgus*, Poſt reformatam Rempublicam cum à populo fere dilapidatus eſſet, in ea ſeditione Alcander pertinacius inſequens fuſte reſpicienti Lycurgo in tergum, extrudit oculum. Verum hunc

Alcandrum cum noxæ deditum publico decreto accepiſſet punien-dum, nec vllo affecit incommodo, nec incuſauit: ſed cum illum ſui inſtituti ſocium haberet, effecit, vt & ipſum Lycurgum, & vitæ rationem quam cum eo egerat, prædicaret: nec victum modo, ſed vniuerſam ciuium educationem amaret, quam Lycurgus induxerat. Porro mali quod acciderat monumentum locauit dicatum in templo Mineruæ, cui ab ære delubro nomen Chalciœco deæq; cognomentum addidit, vt Optiletis diceretur: nam Dores Lacedæmonem incolentes, oculos optilos vocant, ab ὄπτω, quod Græcis ſonat video. Inſignis tolerantiæ exemplum, quæ ex hoſte capitali reddidit amicum ac propugnatorem: quem etiamſi necaſſet, vt ipſi licuit: nihilo tamen minus ipſe fuiſſet luſcus, & vno legum ſuarum defenſore minus habuiſſet. *Plut. in Lac. Stob. ſerm. 17.*

*Anonymus.* Duo pueri inter ſe pugnabant, quorum vnus alteri lethale vulnus inflixit. Puerorum autem ſodales, cum ſaucius ille moriturus eſſet, polliciti ſunt illi vindictam, ſicque vulneris authorem interfecturos. At ille; Nequaquam, inquit, per Deos. Non enim æquum eſt; quandoquidem & ipſe hoc facturus eram, ſi anteuertiſſem, ſique ſtrenuus fuiſſem. Indolem vere Laconicam, qui victus ac moriens, iuſto tamen victori fauebat: quod virtute non dolo ſuperaſſet aduerſarium. Quid talibus ingeniis felicius ſi à teneris ad veram virtutem fuiſſent inſtituti, potius quam militarem duritiem? *Plut. in Lacon.*

*Alius* quidam Laconi dixit, Mentiris: ille contra, Nimirum, inquit, liberi ſimus, alii vero niſi vera dixerint, vapulant. Nihil commotus eſt Lacedæmonius, ſed atrox conuicium eluſit ioco, obiter taxans maledicum, quod ipſe non eſſet Lacedæmonius, atque ob id nec liber. Porro ſerui ſi quid fallant mendacio, locis emendantur. *ibid.*

*Lacones* cum Deos comprecantur, hoc votis addunt, vt poſſint iniuriam pati: quod neminem iudicarent ad gerendum imperium, aut alioqui ad magnas res obeundas idoneum, qui quauis iniuria commoueretur. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Archelaus*, quum à quodam aqua conſperſus eſſet, amicis illum aduerſum eum qui hoc fecerat inflammantibus: Imò, inquit, non me conſperſit, ſed eum quem eſſe putauit. Quid hac moderatione ciuilius? Hoc exemplo, facile decet iis ignoſcere, qui licet in præpotentem, tamen imprudentes delinquunt. *Plut. in apoph.*

*Demonax*, Quum athletam reprehendiſſet, quod victor in Olympiis cultu molli vteretur, lapidem illi iracundus incuſſit in caput, ita vt ſanguis ex vulnere proflueret. Id factum indigne ferentes qui aderant, hortati ſunt, vt adiret proconſulem, ſed ad medicum potius. Prius eſſe debet homini, vt malo accepto medeatur, quam regerat in alterum. *Eraſ. Roter. l. 8. in apoph.*

*Pauſanias*, Quum Athenienſium exules hortarentur Pauſaniam, vt aduerſus Athenienſes moueret exercitum, dicerentque, quod quum in Olympiis præconis voce pronunciaretur victor, ſoli Athenienſes ipſum exſibilaſſent. Cum hoc, inquit, fecerint, in bene meritum, quid facturos creditis, ſi illis male fecero? Inſigne moderationis exemplum, nihil tam atroci commoueri contumelia, at idem ingenii mire ſolertis argumentum, quod offerebatur, velut inſtigaturum Pauſaniæ animum ad ſuſcipiendum bellum, id in partem diuerſam retorquere. *Plutarch. in Laconicis. Idem ſupra tit. de Malitia, attribuitur Philippo Regi Macedo.*

*Agathocles*, Obſidens vrbem quandam nonnullis è muro conuicia in ipſum iaculantibus, dicentibusque, Figule, vnde militibus tuis perſolues ſtipendium? Ille placidus adridens reſpondit, Quum hanc cepero. At cum vrbe vi potitus eſſet, venderetque captiuos dixit: Si me denuo conuiciis affeceritis, apud heros veſtros querar de vobis. Ciuiliter illis exprobrans & intempeſtiuam maledicentiam, & ſeruitutem maledicentiæ præmium. *Plut. in apoph.*

*Epaminondas*, Ciuium ſuorum iniurias patientiſſime ferebat, dicens eſſe nefas iraſci patriæ: quemadmodum parentum iniurias vlciſci pietas vetat. *Eraſ. lib. 5. apoph.*

*Alexander*, Cum accepiſſet eſſe quendam qui conuiciis ipſum impeteret: Regium eſt, inquit, quum facias bene, audire male. Nihil hoc dicto generoſius, quanquam idem & aliis aſcribitur. *Plutarchus.*

*Antigonus*, Nocte quadam milites imprecantes regi audiens, nil dixit aliud, poſtquam incognitus eos è lutoſa via extricaſſet, quam: Nunc conuiciis aſpergite Antigonum, cuius vitio nunc laboratis: & benedicite eidem, qui ex his vos ærumnis liberauit. *Eraſmus libr. 4. apoph.*

*Idem*, Cum in exiguo quodam caſtello Græci obſiderentur, & loci fiducia contemnerent regem, ob corporis deformitatem, ac nunc ſtaturam humilem, nunc colliſum naſum deridentes, Gaudeo, inquit, & boni quippiam ſpero, quandoquidem & Silenum habeo in caſtris. Quaſi diceret, ſenſuros eos eſſe ſuo tempore virum quem nunc derident. *Eraſm. libr. 4. apophth. Vide prouerb. Silenus Alcibiadis.*

*M Cato* à quodam in balneo percuſſus, obiurgatus ab amico, cur hoc pateretur? ait: Non memini me percuſſum eſſe. Senſit eam iniuriam æquo animo ferendam eſſe, cuius dolorem non diu ſentias. *Plut.*

*Idem*, Quum Catoni cauſam in foro agenti, Lentulus attracta pingui ſaliua in mediam frontem quantū poterat expuiſſet, ... ſit Cato facilem, ac dixit: Affirmabo omnibus Lentule, ... qui te negent os habere. Os habere negantur, quos nihil pudet ... quum eo facto maxime declaraſſet Lentulus, tamen Cato ... profitetur illi eſſe os, non quo erubeſceret, ſed quod ore ... purulentiam eiacularetur. *Eraſm. l. 5. apoph. Idem ſupra Di...tum eſt à Bruſonio.*

*Tiberius Cæſar*, in ſenatu dictis quorundam hominum ... honeſtis aſperſus, admonitus vt maledicos puniret: Non tantum, in-quit, habemus otii, vt implicare nos pluribus negotiis debeamus ... hanc feneſtram aperueritis, nihil aliud agi ſinetis. *Eraſmus ... apoph.*

*Idem*, Quemadmodum iocis, conuiciis, famoſis carminibus ... rumoribus frequenter impeteretur, amicis ad vltionem ho... bus reſpondit: In ciuitate libera, linguam mentemque liberas ... debere. *ibid.*

*Theodoſius* ab amicis interrogatus, cur neminem eorum ... bus afficeretur iniuria, capitis ſupplicio damnaret? Vtinam ... mihi daretur, & mortuos ad vitam reuocare. Docuit hoc ... potentiſſimus princeps ad priuatas iniurias hominem debere fa-cilem ad ignoſcendum. *Eraſmus libr. 8. apophthegm. ex ...cleſ.*

*In Fridericum Cæſarem tertium*, cum nonnulli dicta ... iactaſſent, referentibus aulicis: An neſciris, inquit Fridericus ... pes quaſi ſignum ad ſagittam expoſitos eſſe? Turres quidem ... ra præaltas feriunt, humilia tecta prætereunt. At nobiſcum ... gitur, ſi verbis tantum impetimur. Innuens eum qui conuitia ... dicta, quibus nihil leuius, formidat, vix toleraturum popu... impetum. *Æneas Sylnius libr. 1. Commentarior. de rebus ... phonſi.*

*Alphonſus* nonnullos de ſe bene meritos, ſed ipſum probris ... ſolitos lacerare, cum audiſſet: Regium eſſe, inquit, non ſolum ... facere, ſed mala etiam patientes audire. Legerat nimirum ... dentiſſimus, Lacones Deos comprecatos, vt poſſent iniuriam ... quod neminem iudicarent idoneum ad gerendum imperium ... quauis iniuria commoueretur. *Panormitanus libro 1. de re... ſtis Alphonſi.*

*Idem* audiens à ſuis, quantum maledictis proſcinderetur, a-micis ſuis reſpondit: in huiuſmodi iniuriis non quid dicatur ... quo dicatur, in primis animaduertendum. *Idem libr. 3. de re... ſtis Alphonſi.*

*Idem* intellexit ſe multis maledictis à quondam apud ... ductum eſſe, qui tamen mox acceſſit imploraturus eius ... Nec tamen indecore ſe geſſit: imo parum hoc referre dixit ... benefactorum potius, quum vane dictorum memorem eſſe ... *lib. 1. de reb. geſtis Alphonſi.*

*Ludouicus XII. Galliæ rex*, Lugduni, viuente Carolo VIII ... ge, deprehenſus à quibuſdam aulicis, multis verborum con... vexatus eſt: Carolo mortuo, propter Ludouici ad regnum ... nem turbati aufugerunt: ſed ille abſentes ſua ſponte reuocat ... ſtinæque reſtituit dignitati, dicens, Priuati perſonam exui ... ſtitutus hæc maledicta non curo, neque vlciſci decreui. ... *Franc.*

*Alexander*, cum in Hammonis templum veniſſet, interrog... ſacerdotem ſenem, à quo filius appellatus erat, num quis con... pereſſet qui patrem Philippum interfeciſſent? Oſtendit hoc ... rex potentiſſimus, inſitam & fixam animo ſuo vltionem, quam ... rabat erga eos qui Philippum patrem offendiſſent. *Plutar. in Alex.*

*M. Brutus*, Rebus in ſummam deſperationem adductis, qu... ducibus atque amicis paucos apud ſe haberet, ſublatis oculis in ... lum ſtellis plenum, dixit hunc verſiculum Græcum è tragœdia ... piam:

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ᾽ ὃς αἴτιος κακῶν.
*Nec te lateuerit, ô ſupreme Iupiter!*
*Horum malorum quiſquis autor extitit.*

Veluti imprecans Cæſari vindictam à diis. *Eraſ. lib. 4. apoph.*

*C. Figulus* in petitione conſulatus repulſam paſſus eſt. Id ... uius tulit, quod patrem haberet bis conſulem. Ad hunc cum p... die comitiorum complures veniſſent conſulendi gratia (nam ... iuris ciuilis peritiſſimus) omnes dimiſit, ita præfatus: Omnes ... ſulere ſcitis, conſulem verò neſcitis. *Eraſmus libro 6. apoph.*

*Seuerianus*, Hadrianus Imperator Seuerianum, & Fuſcum ... nepotem, eo quod moleſte ferre viderentur, Commodum Luc... imperii ſucceſſorem deſignatum, iuſſit occidi: quorum ille ... genarius erat, hic annos natus decem & octo, Senex autem cum ... ſet iugulandus, popoſcit ignem, incenſoque thure dixit: Vos ... ſtor, me nihil ſceleris commiſiſſe: nec aliud imprecor Hadriano ... vt quum volet mori, non poſſit. Idque euenit adeo vt barbarus ... ductus qui ferro mortem pro beneficio daret, aufugerit. *Sueton. Vita Hadria.*

*Theodoſius*, Aliquando ex familiaribus cuidam dicenti, ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ab eo morte mulctatorum eſſe qui iniurii ei fuiſ-
Vtinam etiam eos in vitam reuocare poſſem, qui
ui ſunt. *Nicephor. Calliſt. libr. 14. capit. 3. Eccleſia.*

*Ægyptius*, monachus, vir omnium ſanctiſſimus olim
tatus, cur humanarum iniuriarum memoria homi-
moleſta eſſet, diabolicarum autem contumeliarum re-
em? Propterea inquit, quod prior illa affectio præ-
poſterior autem ſecundum iræ naturam eſſet. *Nicepho.*
*43. Eccl. hiſt. Ex Euagrio.*

¶ SIMILITVDINES.

Sicut maleſactorum plurimos carcerem diutiſſime
permittit iudex, adeo vt plerumque vitam illic finiant, &
malis aliquos punire vult, vnum ex illis, aut duos eminen-
fruens, circumſtantibus omnibus ita demum ad mor-
præcipit, atque ad terrorem cæterorum, ſic vtendum ſibi
cenſet: Ita Deus cum nos emendare vult, non omnes vna
re neceſſarium exiſtimat, ſed aliquos rapiens ex iis, quos
corrigendos nouit, potentiam atque iram oſtendit ſuam,
hac vtilitate moliens: quippe malos ad execranda, ſi
hortatur, & bonos cautiores efficit. *Libro 1. de proui.*

*placari* non poteſt, niſi vlciſcatur eum qui prouocauit, ſimi-
qui placari nolunt, niſi mater pauimentum pulſet, aut
matam obiurget. *Hom. 30. tom. 4.*

*ignem* geſtans, ſeque ipſum comburens vt alicui noceat,
iram, & quærit vindictæ tempus. Ipſe multo tempore
vt alterum modicum torqueat: imo forte nunquam da-
caſio. *Hom 30. tom 4.*

excuſans ſuper irato dictis vel factis dicit, Ego illa non di-
ſunt verba: Idem eſt, ac ſi diceret, Manus ſunt, non vul-

*agunt* canes, ſaxa mordere conantes, quando iacientes
non poſſunt: Ita & illi qui homini irato conuiciantur, aut
ntur. Ipſi enim ſunt ira, vel diabolo potius, inſtigati, &

*lacti.* Proinde ac medicus, ſimul ac inflammantem & ſa-
partem, latentem tamen obſeruauerit, iudicat neceſſa-
ſectionem: hoc ipſum Scriptura nominat indignationem,
iudicium inſequitur, ſectio, cruciatum parans in eo qui
atque iſtud ira Dei dicitur. *in cap 4. Ionæ.*

Vt in cœno aromata non inueniuntur: Ita neq; carita-
centia in anima iniuriarum memori. *Ad Paulinum pres-*

Cibo iuxta naturam vtitur is, qui eſurit: At vindicta debet
nec ſitit eam, neceſurit. *in mor.*

*pater* videns puerum volentem incipere quippiam, ipſe arre-
id facit: Ita ratio vindictam eripiens iræ, vtiliter caſtigat.

Mater modo lactat filium, nutrit, fouet, modo flagel-
increpat: magis tamen procedit de pietate materni pectoris
nutriri, quam flagellare: hoc naturali pietate facit, illud à fi-
uocata: Ita & filius Dei naturaliter bonus nobis exhibet pie-
prouocatus noſtris peccatis facit vltionem. *De natiuitate*

*antij.* Si quis habeat rem, domum, familiam, ſeruique eius
nentes patientiam, domini omnia inuaſerint, ipſi bonis eius
ipſos familia eius honoret, dominus autem contemnatur
ibus, derideatur, relinquatur: vtrumque ſapiens eſſe poſſit,
umelias non vindicet, ſuisque rebus eos perfrui patiatur, in
abeat poteſtatem? Quæ tanta in quoquam poteſt potentia
ſi tamen patientia nominanda eſt, & non ſtupor quidam
bilis? Sed facile eſt ferre contemptum. Quid ſi fiant illa, quæ
one dicuntur? Etenim quæro ſi quis paterfamilias liberis
ſeruo interfectis, vxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de
nquam acerrimum ſumpſerit, vtrum is clemens ac miſeri-
inhumanus & crudeliſſimus eſſe videatur? Quod ſi eiusmo
noribus ignoſcere crudelitatis eſt potius quam pietatis non
virtutis in Deo, ad ea quæ iniuſte fiunt, non commoueri. Nam
tanquam Dei domus eſt, & homines tantum ſerui: quibus
io ſit nomen eius, qualis aut quanta patientia eſt, vt honori-
cedat, praua, & iniqua fieri videat, & non indignetur? quod
um & naturale eſt ei, cui peccata non placent. *De ira Dei,*

*nos* poteſtati noſtræ ſubiectos coercere debemus: Ita etiam
vniuerſorum Deus coercere debet, quod vt faciat, iraſcatur
eſt: quia naturale eſt bono, ad alterius peccatum moueri &
*Lib. de ira, c. 2.*

Quemadmodum reus paribus ſententiis abſoluitur: Sic
vbi paria maleficiis merita ſunt, magis meminit benefacto-
quam iniuriarum *Apud Eraſ.*

Aſpis peſtilentiſſimum malum nō vagatur, niſi cum com-
interfectorem pertinaciſſime perſequitur. Ita tyranni filiū,
aut alium tyrannidis ſucceſſorem adiungunt, ne deſit vltor ſi quid
acciderit. *Lib. 8. c. 23.*

*Roterodami.* Quædam remedia triſtiora ſunt ipſo morbo, vt ſa-
tius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem: veluti ſugere
ſanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: Ita quan-
doque ſatius ferre iniuriam, quam maiore incommodo vlciſci: ferre
pacem, etiamſi parum commodam aut æquam, quam bellum cum
immenſis malis ſuſcipere. *in Simil.*

*Thriuers.* Boni filii non ſolent iniuriam inuicem reponere: ſed pa-
tri deponere: Ita Chriſtiani illarum malum non debent referre, ſed
cœleſti patri vindictam credere. *in apoph. 121.*

¶ ADAGIA.

Canis vindictam, κυνὸς δίκην.

*In eos, qui præter expectationem pœnas dant iis, quos aliquando læſerunt.*

Ornatus ex tuis virtutibus.

*Terentius in Adelphis ironice loquitur: Si regnū poßiderem ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Id eſt, haberes præmia tuis factis digna.*

Reperit Deus nocentem. εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν.

*Quum vltio contigit improbis, quaſi diuinitus immiſſa.*

Sero Iupiter diphteram inſpexit. ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.

*Senarius prouerbialis in eos, qui ſero quidem, ſed aliquando tamē pro male factis dant pœnas.*

Semper virgines furiæ, ἀεὶ παρθένοι ἐριννῦς.

*Prouerbium obſcurius deterret à peccando. Erinnes enim maleſactorum vltrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt, atq; hac ratione dictæ virgines.*

Mali bibunt improbitatis fecem.

*Dici ſolitum, vbi pœna maleficis digna meritis contigiſſet.* Darnach man ringt / darnach gelingt. Darnach werck / darnach lohn.

Sus acina dependes. ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα.

*Quadrabat vbi puſillum commodi, magno dependitur malo.*

Es wird dir bekommen / wie dem Hund das graß. Es wird dir dein lieben Halß koſten. Du wirſt es noch mit der Haut bezahlen.

Placiadæ, πλακιάδαι καὶ φίλαι.

*Plutarchus oſtendit, dici conſueuiſſe de deprehenſis adulteris & contumelioſe ſicut merentur, tractatis.*

Hipparchorum tabulas, Ἱππάρχων πίναξ.

*Dici conueniet, quoties haud impune ſignificabimus ſi quid peccatur.*

Habet.

*Quum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus eſt, Terent.*

Longæ regum manus.

*Quod ab Ouidio ſcriptum eſt.*

*An neſcis longas regibus eſſe manus?*

*Nimirum quod per ſuos, quibus brachiorum vice vtuntur, poßint etiam procul diſsitos affligere.*

Scarabæus aquilam quærit. κάνθαρος ἀετὸν μαιεύεται.

*Quum imbecillior atq; impotentior mali quippiā molitur, ſtruitque inſidias inimico longe potentiori.*

Promeri canes.

*Dici ſolitum vbi quis nouo caſu pœnas daret iis, quos aliquando læſiſſet. Diogen.*

Improbi conſilium in extremum incidit malum. ἁ δὲ κακὰ βουλὰ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

*In eum qui poſteaquam diu peccauit impunè tandem in calamitatem incidit, vt pœnas omnium ſcelerum dependat.* Der Krug gieng ſo lang zur bach / biß er endlich zerbrach.

Ibyci grues. αἱ Ἰβύκου γέρανοι.

*Quod dici conſueuit, quoties ſceleribus nouo quodam & improuiſo caſu proditis ſceleſti pœnas dant iis, quos læſerunt.*

Dii laneos habent pedes. *Plut.*

*Ænigma prouerbii indicat, Deos ad ſcelerum vltionem lente quidem procedere, ſed tamen aliquando de maleſactis pœnam ſumere vel inopinato.*

Oetæus genius. Οἰταῖος δαίμων.

*Diogenianus inquit, hunc ferociam & arrogantiam non ſinere ultam.*

Adraſtia Nemeſis. Rhamnuſia Nemeſis. Ἀδράστεια Νέμεσις.

*Licebit vti, vel in eos quibus ob inſolentiam arrogantiamq; fortunæ ad commutationem minamur: vel qui à rebus florentißimis ad calamitoſam fortunam redacti ſunt.*

Ad Deorum aures peruenit. εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.

*Vbi facinus aliquod clanculum patratum reſciſcitur ab iis, qui poſſunt vel remunerari recte factum, vel punire ſecus admiſſum.*

Bos laſſus fortius figit pedem.

*Poteſt alluſum videri ad hoc quod iuuenes corporis agilitate præpollent: Senes in ſtataria pugna ac viribus ſuperiores ſunt. Hieron.*

Euenit malo male.

*Quum ſcelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabuntur & optabant, vſurpabitur illud Homer.*

Θεοὶ δ' ἐπετέλεσαν ἐπαράς.

*Expleuerunt inimici precamina Diui.*

Mala

Mala malis eueniunt.

*Scitum eſt illud Socratis, vt ſe quiſque præſtaret re, qualis haberi cuperet. Vnde Eurip. in Hecuba regiſsime.*

Τὸν μὲν κακὸν
Κακὰ δὲ πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.
*Bonis bona euenire ſed malis mala.*

Salis onus, vnde venerat, illuc abiit. ἁλῶν φόρτος ἔνθεν ἦλθεν ἐνθέον.

*In eos, qui parta tueri nequeunt. Aut in eos quibus male parta male diſpereunt.* So gewunnen/ſo zerrunnen/wie es kompt/ſo fället es auch dahin.

Habet muſca ſplenem. ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα.

*Simillimum illi: Et pueri naſum Rhinocerotis habent: Item illi: Ineſt & formicæ bilis.*

Ductus per phratores canis. ἀγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων.

*Vbi quis inciderit in eos, quibus pœnas det.* φρατρία *erat tertia pars cuiuſque tribus apud Athenienſes. In comitijs autem ſi quis canis incurriſſet, continuo petebatur à populo.*

Inuitus Iupiter nouit. ἄκων μὲν ὁ Ζεὺς οἶδεν.

*Vbi quis pollicetur quippiam ſed inuitus. Mihi videtur recte quadraturum, vbi ſeruus pœnas dant nocentes.*

In tergore bouis diſcedit. ἐπὶ βύρσης ἐκαθίζετο.

*Id eſt: Supplex implorat auxilia. Natum adagium à conſuetudine vernacula Scythis. Nam apud hos ſi quis forte læſus eſſet, neque ſuppeteret vlciſcendi facultas, immolato boue carnes minutim ſectas coquebat, ipſe in tergore humi ſtrato ſedebat, manibus in tergum reductis. Accedebat quicunque vellet opitulari, & carnium portio ne guſtata, dextroque pede tergori impoſito pollicebatur pro viribus auxilium. Atque hoc fœdus apud Scythas ſanctiſsimum habebatur.*

Ineſt & formicæ ſerpho bilis. ἔνεστι κἂν μύρμηκι κἂν σέρφῳ χολή.

*Nullum eſt animal tam puſillum, neque tam inualidum, quod laceſsitum non cupiat vlciſci ſeſe.*

Stultus qui patre cæſo, liberis pepercit. νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείποι.

*Erit vſus adagio, quoties admonebimus, aut non prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in poſterum reliquiæ nos exerceant.* Von böſer Art ſoll man auch keine Jungen laſſen bleiben.

Nunc dii beati. Νῦν θεοὶ μάκαρες.

*Vox erat adgaudentis & adgratulantis, quoties nocentibus ſupplicium meritis dignum contigiſſet, perinde quaſi Dijs & iucundum & honeſtum ſit, vt ſcelerati dent pœnas.* Da lebet Gott. Da frewen ſich die lieben Engel

Super te hæc omnia Leparge. ἀνὰ σὲ τὰ δὲ πάντα Λίπαργε.

*Hemiſtichium Heroicum, dici ſolitum in eum, cui ne poſt laborem quidem exhauſtum datur reſpirare.*

Anus ſimia ſero quidem. γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν μετὰ χρόνον δ᾽ ἁλίσκεται.

*Anus ſimia ſero quidem capitur, ſed tamen aliquando capitur. Vbi verſutus aliquis, qui dijs eluſerit, tandem dat pœnas.*

Boliti pœnam. Βολίτου δίκην.

*Dicunt vbi quis de re friuola, nihilique plectitur.*

Vel capra mordeat nocentem. κἂν αἲξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν.

*Nam capra minime alioqui mordax eſt, niſi quod improbis omnia ſunt infeſta.*

Virum improbum vel mus mordeat. κἂν μῦς δάκῃ ἄνδρα πονηρόν.

*Quo ſignificatum eſt quacunque ratione vindictam non deeſſe malis, ſed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Competit & in eos qui de re quantumuis friuola rixam mouent, ſeſeque læſos queruntur.*

In me hæc cudetur faba.

*Terentius in Eunucho. At enim iſthæc in me cudetur faba. Hoc eſt: In me malum hoc recidet, in me hæc vindicabitur culpa.* Es wird mir vber mein halß oder Rucken gehen. Es wird vber mich außgehen.

Ob textoris erratum. ὑφάντου πλαίσματος Ὑπήτης ἐτύφθη.

*Id eſt: Ob textoris erratum Hypetes vapulauit. Quumque hic peccauit, alius dependit. Qui ſit Hypetes nondum conſtat.*

Æſopicus ſanguis. Αἰσώπειον αἷμα.

*Delphi Æſopum quondam, nihil commeritum, interemerunt, vnde & ipſi graui peſtilentia immiſſa à Dijs puniti ſunt.*

Auriculam mordicus.

*Quum impotentem inimicitiam ſignificamus, impatientemque vindictæ cupiditatem, dicimus: vel auriculam illi lubens mordicus amputaſſem.*

Qui prior læſit.

*Homerus ei qui prior laceſſeret, minitatur vindictam hoc verſu:*

Ἐπαγγέλλομαι
Ἄνδρ᾽ ἀπαμύνεσθαι ὅτις πρότερος χαλεπήνῃ.
*Denuntio*
*Vlturum me hominem quiſquis prior irritarit.*

Sortem & vſuram perſoluere. καὶ τὸν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον τίνειν.

*Dicuntur qui ſerius quidem ſed grauius puniuntur, aut qui differunt vindictam, vt per occaſionem lædant grauius. Nam prorogatione creſcit vſura.*

Deus vlciſcetur.

*Quum ſignificabimus nobis in præſentia deeſſe facultatem depellendi, verum optare, vt ſuperi puniant aliquando, Homeri:*

Ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντας,
Αἴκε ποθὶ Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι.
*Aſt equidem immortales implorauero diu,*
*Si fors Iupiter ipſe vices aliquando reponat.*

Flagitiorum turpis exitus.

*Quum res perperam inſtituta male cedit, conuenit Homeri:*

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα.
*Haud bene ſuccedunt facta improba.*

Male parta male dilabuntur.

*Plautus in Pœnulo: Male partum male diſperit.* […]*ius ex Næuio citat:* Vbel gewunnen / vbel verſchlun[…] herkommen/ſo gehet es wider dahin.

Mala perditio. κακὴ πρόδοσις.

*Vbi quis pactam mercedem non accipit, quum turp[…] conditionem.*

Malis ter mala. τοῖς κακοῖς τρὶς κακά.

*Hoc eſt: Dignis digna eueniunt.*

Miſeram meſſem metere. πυγκήλαυσον ἐξαμᾶν θέρος.

*Eſt pro malefactis luere pœnas. Vt ſementem fecer[…]* Was du ſäheſt/das wirſtu einerndten. Wie du ſäheſt […] Erndten.

Canis ſæuiens in lapidem.

*In eos, qui mali ſui cauſam imputant non ipſi autori, culpiam.*

Canis peccatum ſus dependit. τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀποτίνει.

*Canis malum ſus dependit. Quoties pro ijs, quæ pecca[…] dabit pœnas.* Mancher muß entgelten/ das er nit ge[…]

Fortis in alium fortiorem incidit. ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου […] τυχεῖν.

*Dici ſolitum, vbi quis nimium fretus ſuis viribus al[…]ciſcitur a quo vincatur Zenodot.*

Ne ſpina quidem vulnerabit bonos. μηδ᾽ ἄκανθα ἀγ[…]θούς.

*Nemo moleſtus fuerit innocenti. Nam ſpina natura [...] libet, ſed vbique tuta eſt innocentia, vitaque integritas.*

Sui cuique mores fingunt fortunam. ἤθεα ἀνθρώποις […] nel. Nepos.

*E medio vulgo videtur ſumpta ſententia Nam plerum[…]mus mala malis euenire, digna dignis, idque vulgo dictit[…] malum reperit. Atteſtatur & verſiculus prouerbialis:*

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρί τ᾽ ἐσθλὰ καὶ δίδοῖ θεός.
*Viro bono fortuna ſuppeditat bona.*

Fumantem naſum vrſi ne tentaueris.

*Admonet non eſſe tentandos, qui poſsint nocere. Marti[…]*

*Rabido nec perditus ore*
*Fumantem naſum viui tentauerit vrſi.*

Vindicta tarda, ſed grauis.

*Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in ex[…]lum adducitur, ſimulque dependit ſuperiora flagitia, [...] Homeri:*

Νῦν δ᾽ ἀθρόα πάντ᾽ ἀποτίσεις.
*Nunc cuncta lues ſemel adglomerata.*

Vitandæ potentum offenſæ.

*Qui dicit formidandas diuitum & principum offenſa[…]*

Χαλεπαὶ δέ τ᾽ ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.
*Sunt formidandæ regum offenſæque minæque.*

Aratro iaculari. ἀρότρῳ ἀκοντίζειν.

*Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircumſp[…] haud proſpicientes, quid ſit in poſterum euenturum: [...] magno incommodo conantur alterum lædere.*

Dulce pomũ, cũ abeſt cuſtos. γλυκεῖ ὀπώρα φύλακος [...]

*Quum ſignificamus impunitate malos ad peccandum [...] Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, inquit Sapiens Hebræus.*

Serò molunt Deorum molæ. ὀψὲ μύλοι θεῶν ἀλέουσι [...]

*Dici ſolitum de his, qui licet ſerius, tamen aliquando [...] malefactorum vindici Deo.* Es muß ein armer Wirt [...] ein Irten borgen kan. Lang geborgt/iſt nit geſchenckt.

¶ EMBLEMA.

Iuſta vltio.

Emblema CLXXII. Andr. Alciati.

*Raptabat volucres captum pede coruus in auras,*
*Scorpion, audaci præmia parta gulæ.*
*Aſt iſte infuſo ſenſim per membra veneno,*
*Raptorem in Stygias compulit vltor aquas.*
*O riſu res digna! alijs qui fata parabat,*
*Ipſe perit, proprijs ſuccubuitque dolis.*

¶ FABVLAE.

De Equo & Ceruo.

Tenuerat equus pratum aliquando ſolus, poſtea c[…]lud & ceruus ventitaret, & pabulum conſumeret, cup[…] vindictæ, quærit ab homine, vtrum ope ipſius adiutus, [...] cerui vlciſci poſſet? Cui reſpondit homo, poſſe, frenum [...] piat equus, & ſe conſcendi patiatur ab armato. Annuente [...]

...ntum abijt, vt de ceruo ſperatas pœnas ſumere liceret, vt ...e in ſeruitute deinceps viuere cogeretur.
...a monet, ne cum illo tam graues inimicitias exerceamus, vt ...illius cupiditate malum etiam nobis non dubitemus ac... Horatius ita explicat:

*Qui pauperiem veritus, potioris*
*Libertate caret, dominum vehet improbus, atque*
*Seruiet æternam qui paruo neſciat vti.*

Vipera.

...pera non parere fœtus ſuos, ſed ab his perrodi traditur, quod ...eſſe multi negant. Sed quæ morſus illos grauida quondam ...s, accuſaſſe impietatem ſuorum fertur, & multum queſta ...e immanitate ſe erga illorum. Quibus reſponderint hi: Fe... meſſe ipſi à ſe, quod ab ipſa tulerit mater. Quin etiam ſe pa... interitum vlciſci. Traditur enim ab hac maris caput mordi...
...ri. Feram igitur, mater, ſed & vos feretis, inquit.
...la ſcelerum vindictas, & delictorum ſupplicia congruentia ...cet.

Seruus fugitiuus & Piſtrinum.

...gitiuum ſeruum aliquantiſper quæſitum conſpexit quodam... dominus, quem dum inſequitur, vt traheret ad ſe, ille pœ... & delicti territus fugere, atque in piſtrinum, quod proxi... eſſet, ſeſe abdere. Ibi dominus ipſo inuento: Quonam, in... loco deprehendi magis idoneo potueras?
...la indicat, diuinam vltionem ſceleratos & tempore & loco ...nere.

*Vide Vindicta.*

# Vltio diuina.

¶ Poeticae Sententiae.

Vltio diuina.

Antholog. Sacr. Iacob. Bill.

*Nulla Deum oblectat miſerorum pœna reorum,*
*Nec ſcelerum vindex ira mouet placidum.*
*Omnipotentis enim recta & tranquilla voluntas,*
*Quidquid decerni conuenit, hoc ſtatuit:*
*Vt nullis pateat regis cenſura querelis,*
*Cum iuſte accipiat debitus ordo malos.*

¶ Similitudines.

...tarchi: Quemadmodum Iſchiacis medici pollicem inurunt, ...um alibi doleat, alibi admouent remedium: Sic Deus nonnun... vt patres ſanet, ſæuit in filios. *In Moral.*
...medici quibuſdam morbis occurrunt, priuſquam appareant: ...Deus quædam punit, ne fiant. *In Moral.*
...amnes quidam repente ſe condunt ſub terram, nihilominus ...eruntur, quò tendunt: Ita numinum iræ licet occultæ, tamen ...remas calamitates auferunt aliquando nocentes. *In Moral.*
*...lengij:* Quemadmodum dolor, quo mulier parturiens affici... vbicunque inuenerit, detinet, nec effugiendi locus eſt: Sic ... hoſtes vbi ſunt, quum Deo viſum fuerit, diuinam vltionem ...untur, omniſque fugiendi adimitur poteſtas. *in Pſalm.* 48.
...lani terrificum eſt atq; horrendum, nauem videre onerariam ... in freto, hinc inde à ventis impeti, agitari, ſpondaſque fluctib... ...peti, ingemiſcere, rimiſque fatiſcere, ac ſuo modo nautarum ... metu exanimatorum implorare ſubſidium: Sic etiam hor... ...m, imò horribilius id eſſe ſpectaculum, ſi humanis cerni poſ... ...ulis, cum Deus improborum corda multorum ſcelerum con... ſuo vehementi ſpiritu, in medio ipſo vanitatis atq; ambitionis ...ſtu exagitare cœperit. *in Pſal.* 48.

¶ Fabulæ.

Dominus aſper ſeruis.

...at cuiuſdam in ſeruos magna ſæuitia, qui neq; illis quicquam ...oris indulgeret ad quietem, & victum parciſſime præberet. ...dam tempore quum abeſſe ſerui illum putarent longius, que... ...que ſecum miſerias ſuas: tum vnus ſiue temere, ſeu inſtin... quodam diuino: Non ille, inquit, huius anni fructus vindemia, ...verum dixiſſe omnes comperietis. Sed dominus audierat hoc, ...ab illis non conſpectus, acceſſerat propius, atque perculerat ...triſtius animum ipſius: contemnere tamen illud, & nihilo ...durum erga ſuos ſe præbere. Cum vindemia copioſa fuiſſet, ...intra dolia conditum, recordatus dicti, ſeruum illum, qui ...atus malum ſibi eſſet, poculum eluere, & muſtum afferre iu... ...od diceret ſe illo inuito vindemia ſua frui velle. Hic quidem ...qui domino parabat, &, Deo tamen volente, dicere debueras, inquit, here: Magnæ enim res, & mirabiles euentus celeriter exiſtunt. Abi, inquit ille, nugator, & quod iuſſus pergе. His dictis, nuntiatur neſcio quid in ædibus tumultus oriri. Ille procurrens, vt rem cognoſcat & componat, de ſcalarum gradibus in feſtinatione præcipitatur, & ceruice fracta prius moritur, quam guſtaſſet vindemiæ ſuæ muſtum.

Fabula & diuinam vltionem præſto eſſe docet, & animi peruicaciam redarguit. Ariſtotelem aiunt narraſſe de Ancæo filio Parthenniæ ſimilem hiſtoriam. Cui deridenti ſeruum, quum poculum iam manibus teneret, ſubito nunciatum fuerit, hortum in agro, vbi tum forte eſſet, ab apro vaſtari, ibiq; illum procurrentem ictum dente apri interiiſſe: quum quidem ſeruus ante ei, fidens prædictioni ſuæ, verſum commemoraſſet, qui poſtea in prouerbium abierit: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, vel (vt alii) κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου.

Aquila.

Ea auis, quam Latini aquilam vocant à colore, Græci ἀετὸν, à velocitate, homo fuiſſe aliquando perhibetur, & quidem locuples, multiſq; diuitiis abundans, ſed omnium mortalium inhumaniſſimus, & inhoſpitalitate exſecrabili. Quare irati Dii, quibus hoc ſcelus eſt inprimis inuiſum, cum in illam, quam dixi, auem conuerterunt, hoc inſuper ſupplicio addito, vt poſtquam conſenuiſſet, ita ei roſtrum incuruaretur, vt cibo ſumendo non magis idoneum, cum permitteret paſcendo vitam ſuſtentari, ipſa fœdiſſima morte, fame interiret.

Fabula hoc ait, meritis Deum pœnis hominum ſcelera vlciſci: Eſſeque, vt ait Herodotus, Μελπομένη τῶν μεγάλων ἀδικημάτων καὶ μεγάλας τὰς τιμωρίας παρὰ τῶν θεῶν.

Aquila & Vulpes.

Iniit quodam tempore ſocietatem aquila cum vulpe, quæ vt vſu familiaritatis confirmaretur, etiam nidos illis vicinos habere viſum. Et aquila quidem ſuum in arbore fixit procera, ac vulpes propinquas arbuſculas occupauit. Accidit forte, vt paruulis ſuis relictis domi vulpes ad quærendum paſtum exiret: aquila, cui eo die non fuiſſet præda oblata, eſuriens vna cum pullis ſuis, arreptos catulos neceſſariæ vulpis in ſuum nidum deportat, & illis ſeſe ac ſuos exſaturat. Reuerſa paulo poſt vulpes, vbi rem geſtam cognouit, incredibili dolore affecta fuit, quumq; ſuorum interitum ferret iniquiſſime, tum hoc illam excruciabat, & in deſpectum ſe ab aquila, & vindicandæ tantæ iniuriæ nullam ſibi viam apertam eſſe. Facile enim intelligebat, celeritate illam atq; viribus longe præſtare. Fecit igitur, quod concedebatur, vt obſequeretur animo ſuo, & prope arborem aſſiſtens, maledictis, & conuitiis, non magis iam neceſſariam ſuam, ſed hoſtem capitalem inſectata, Deos ad tam indigni facinoris vltionem aduocauit. Aquila deſuper hæc ridere, & illam contemnere. Non diu autem poſt hæc, quum forte eo in loco feriæ eſſent ruſticanæ, & exta mactati pecoris adolerentur, aduolauit aquila, vt conſueuerat, ad exta, quæ dum rapit, adhæſit de fauilla ex carbonibus aliquid, quo in nidum vna cum illis delato, & forte vento exorto, materia, qua nidus congeſtus fuerat, flamma concepta, excuſſit, quumq; illa incendio diſſiparetur, delapſi ſunt & pulli aquilæ in terram, ſemiuſti, quos tum vulpes, inſpectante aquila, in ſua dumeta auferens, in magna lætitia vindictæ deuorauit.

Fabula hæc docet, perfidos & ſceleratos, quamuis iniurias & vim potentia ſua aliquantiſper defendant, numinis tamen animaduerſionem & vltionem euadeſe non ſolere: ſecundum Horatianum hoc:

*Rarò antecedentem ſceleſtum*
*Deſeruit pede pœna claudo.*

Accipiter & Luſcinia.

Inuolauerat in arborem accipiter, auras vt captaret. Ibi forte reperto nido luſciniæ, quum prehenderet iam pullos, ſuperuenit mater, & vt ſuis parcat, illum obteſtatur, per omnia diuina & humana, cum fletu miſerabili. Quid fletu opus eſt, inquit accipiter, aut precibus? pretio me citius moueris. Quodnam eſſet, rogantem, ipſa quod perſoluere poſſet: carmen accinere iubet, vt delectetur. Hoc mœſtiſſima mater ſummo ſtudio, de animo quidem triſtiſſimo, ſed ab intimis præcordiis promit. Cumq; ceſſaſſet: non mihi placuit, inquit accipiter, cantus tuus, neq; bellum carmen fuit, & arreptos pullos in conſpectu matris deuorauit. Mox ab aucupe, quem in illa inſolentia & ſuperbia inſidiantem ſibi non animaduerterat, captus, non mediocre gaudium præbuit miſeræ auiculæ, quæ plane diuinitus vindicari iniuriam ſuam poteſt.

Fabula docet, ſæuitiam potentum, inferiorum dolores ludibrio habere, neque cogitare,

*Vltorem poſt caput eſſe* DEVM.

# Vnctio.

¶ LOCI BIBLICI.

VNctio, pro Spiritu ſancto, 1. *Ioan.* 2. *v.* 20. 27. tranſlatione ſumpta à conſuetudine vnctionum, quæ in lege vſurpabantur Chriſti, *Dan.* 9. *v.* 24. Spiritus ſancti, eſt, 1. *Ioan.* 2. 27.

Vnctionis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Vnctionis oleum *Exodi* 30.*v*.23.*&c.* Vnctio extrema Sacramentum, *Iac.*5.14.

Vnctio, vngendi actus, Græce χρῖσις, ἄλειμμα. Hebr. *Miſchchah*, à verbo *Maſchach*, vnxit oleo, *Maſchiach*, Meſſias, vnctus, ſacerdotes, Reges, in lege olim Vncti, vt & prophetarum nonnulli.

Vngebantur corpora mortuorum, *Geneſ.*50.*v*.2. non vnguntur oleo ſuo inobedientes, *Deut.*28.40. vngebantur Reges, 1.*Sam.*10.1. & 16.3. Sacerdotes, *Exodi* 27.7. Prophetæ, 1.*Reg* 19.16.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Vnctio miraculoſa.*

Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur. *Marc.*6.

Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros. *Iacob*,5.14.

# Vnguenta.

### ¶ Apophthegmata.

*Socrates* aiebat, vnguenta relinquenda fœminis, in iuuenibus nullum vnguentum melius olere, quam oleum, quo inter exercendum vtebantur. Nam amaracino, aut foliato, protinus idem olent ſeruus & ingenuus. Rogatus quid ſenes olere deceat? Probitatem, inquit. Rogatus, vbi hoc vnguentum venderetur? recitauit Theognidis carmen:

*Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεται.*
*Qui bonus eſt, ab eo bona diſcito.*

Huius generis quædam congerit Xenophon in conuiuio. *Eraſ. lib.*3.*apoph.*

*Idem*, quum taxaret vnguentis delibutos, Phædon interrogatus, quiſnam adeo vnguentis delibutus eſſet: Cui reſpondit Ariſtippus: Ego, ait, infelix: ſed me multo infelicior Perſarum Rex. At te vide, inquit, vt quemadmodum hac parte nullo cæterorum animalium eſt ſuperior, ita nec hominum vllo ſit præſtantior. Quo dicto ſenſit, vnguentis & odoribus hominem nihil fieri meliorem: cum & equus balſamo oblitus idem oleret, quod rex: & mendicus vnguento ſimili delibutus non minus bene olet, quam ſummus pontifex. *Laert.l.*2.

*Anacharſis*, Oleum dicebat eſſe venenum, inſaniam gignens, eo quod athletas videret vnctos in ſe inuicem inſanire. Nec olei vſum, vt arbitror, nouerant Scythæ: vt quod nec apud illos proueniret, nec aliunde importaretur. Athletæ non pugnant niſi vncti: putant enim corpus fieri robuſtius, ac Scytha ſimulabat ſe credere illis oleum eſſe cauſam inſaniæ. *Laert.lib.*1.*cap* 9.

*Diogenes* nactus vnguentum, eo pedes inunxit, præter morem publicum. Id demirantibus, dixit: Quoniam vnguentum capiti infuſum exhalatur in aerem, à pedibus autem aſcendit ad nares. Similiter alius reprehendit publicam conſuetudinem, qua coronas capiti imponunt, cum magis conueniat infra nares ponere, quod fragrantiæ vapor non tam deſcendat quam aſcendat. *Laertius libro ſexto.*

*Idem*, Cuidam habenti capillos vnguento delibutos; Caue, inquit, ne capitis ſuaueolentia vitæ maleolentiam adducat: nam Græcarum vocum iucundam affinitatem vtcunque reddere ſtuduimus, εὐωδίαν & δυσωδίαν. Vnguentum enim in viro arguit vitæ mollitiem: fama porro velut odor eſt hominis: Simile quiddam dixit Martialis:

*Neuole, non bene olet, qui bene ſemper olet.*

*Laert.lib* 6.*& Stob.*

*Idem* aiebat, Faciles eſſe Deos ad donandum hominibus vitam: cæterum hanc ignorari ab his, qui quærunt vnguenta. *Laertius libro* 6.

*Lycurgus* vnguenta eiecit è Republica, tanquam olei corruptelam ac perniciem. Nam oleum (inquit) odoribus vitiatum, nullum habet vſum, nec ad eſum, nec ad membrorum vnctionem: atque dum rem neceſſariam ad delicia corrumpunt, fit vt minor ſit copia. *Plut.in Lacon.apoph.*

*Fl.Veſpaſianus* Ei quum adoleſcens quidam gratias ageret, pro impetrata præfectura, quoniam vnguento fragrabat, & nutu contemptus eſt, & grauiter increpatus, Mallem, inquit Veſpaſianus, allium oboluiſſes. Mox & literas conceſſas reuocauit. *Suetonius in eius vita.*

# Vocatio.

### ¶ Loci Biblici.

Vocatio, ex Hebræorum idiotiſmo, interdum declarat ipſius ὑπάρξεως initium, quod Deo tribuitur, vt qui ſolo verbo omnes condat, *Roman.*4.*v*.17. Interdum contra vocandi verbo, non eſſentiæ principium, ſed manifeſtatio Filii Dei [...] *Lucæ* 1.*v*.32.35. Interdum publicam, eamque minime [...] cupationem ſignificat, ſed quæ cum re ipſa conſentiat [...] *v*.2. *Matth.* 22. *v*.3. Interdum vocationis nomine ipſa [...] poſtolici functio aut vitæ genus ſignificatur, 1.*Corinth.* [...] *Epheſ.*4. 1. Interdum cauſa efficiens exprimitur, à qua [...] illa dignitas, ad quam quis vocatus eſt, nimirum à Deo [...] Vocare pro inuitare, *Matth.*22.3.

Vocare dicitur Deus eos, ex Hebræorum idiotiſmo [...] exiſtere. Et viciſſim à Domino vocari dicuntur, qui [...] piunt, ſiue id referatur ad ipſam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, *Rom.* [...] qualitates aut attributa, 1.*Corinth.*7 *v*,20,21,22. ſiue ad [...] lii Dei publicam declarationem, qua nos certo [...] ſcopo in hoc mundo deſtinatos quaſi in eius poſſeſſion[...] *Rom.*1,7. 1, *Corinth*, 1, *v*,2. ſiue id, de quo agitur, ſit o[...] commune, vt cum electioni ſubordinatur vocatio, *Rom.* [...] peculiarem functionem reſpiciat, vt cum dicit Chriſt[...] vocatum eſſe, *Eſaiæ* 49, *v*,1. Sic *Actorum* 13.2.*Romanorum* [...] *rinth.*11.

Vocari, pro palam & re ipſa eſſe ac haberi, Hebraiſm[...] 76, & 2,23. *Matth.*5.*v*,9,19, & 21,13. *Marci* 11,17. 1.*Ioan.* [...] pro gratis aſciſci, *Gal.*5,13.

Vocatio Metonymice, non pro ipſa vocandi actione, [...] ipſo, ad quod fideles vocati erant, nempe pro cœleſti[...] 2.*Theſſ.*1.11. 12.

Vocationi propriæ ſedulo inſeruiendum, *Prou.*27,[...] 22, & 10.5. *Lucæ* 9.*v*.2,3,60,61. & 10,*v*,3,4, & 5.1 *Cor.*7[...] *Epheſ.*4.*v*.1,4.1,*Theſſ.*4,11. *Exempla*: Chriſtus, *Matth.* [...] 2.49. & 4.43. *Ioan.* 4.34. & 9.4 & 17,4. quidam Dæmon[...] ſto ſanatus, *Lucæ* 8.*v*.19. Matthæus, *Lucæ* 5.28. miniſtri [...] *Ioan.*2.7. Ioannes Baptiſta, *Ioan.*3.23. Apoſtoli, *Actorum* [...] 5,42. & 9,2. Philippus, *Actorum* 8,40. Paulus & Barnaba[...] 7. & 15,36. & 18.6. & 20,*v*,20,24,26,31. Paulus, 18,*v*.28. [...] 15,19. 1.*Cor.*9.*v*.16,23. & 15,10. 2.*Cor.* 11,5. *Coloſſ.*1,29, & 2,1. [...] ham, *Hebr.*11,8. Petrus, 2.*Pet.*1,*v*,13,15. Vocatio gentium [...] & 22,9. à Prophetis prædicta, *Rom.*9,30. à Moyſe, 10,26. [...] & electionem noſtram vt bonis operibus firmam effi[...] mus, monemur, 2.*Pet.*1.10.

# Voluntas.

### ¶ Definitio et Etymolog[...]

Voluntas, Græce θέλημα, ατος, τὸ, θέλησις, εως, ἡ, dic[...] voluntatis nomina apud Hebræos, 1. *Chephets*, [...] tas prompta, voluptas, beneuolentia, à *Chaphets*, [...] habuit, voluit, amplexus eſt amore & beneuolentia, [...] Græce ἀθέλω, cupio, deſidero. 2. *Ebeh*, & *Abijonah*, appe[...] derium habendi aliquid, voluntas, à verbo *Abah*, volui[...] propenſionem habuit erga aliquem. 3. *Ratſon*, acceptatio[...] beneplacitum, beneuolentia, à verbo *Rathſah*, gratum ha[...] ptauit, beneuolentia complexus eſt. In voce paſſiua, *Nirſa*[...] tus eſt. Eſt autem voluntas appetitus boni cum ratione. [...] *lib.*1.*Rhetor.*

Voluntarium eſt, cuius principium eſt in ipſo ſcien[...] quæ agit. *ſec.Ariſt lib* 3.*Ethic.*

Voluntarium dicitur, quod eſt ſecundum inclinatione[...] tatis. Et hoc dupliciter, ſcilicet agendum & patiendum. ex [...] 1.*part.q* 82.*art.*1.*c.*

Voluntas completa non eſt, niſi de poſſibili, quod eſt b[...] lenti. Velleitas vero, ſecundum quoſdam incompleta de [...] li. Quia ſcilicet aliquid vellet, illud ſi eſſet poſſibile. *ex B.T*[...] *ma Secund.q.*13.*art.*5.

### ¶ Loci Biblici.

Voluntas pro naturali propenſione. *Rom.*8,20. pro cogit[...] conatu animi, *Rom* 9,16. pro libidine, *Ioan* 1.13. Voluntas [...] minis peccati ſerua eſt, *Geneſ.*6,5, & 8,21 *Rom.*7.*v*.15,19. bo[...] nis voluntas regenerationis donum eſt, *Rom.*7.21.22. *Phil.* [...] luntas Dei, *Matth.*7.21. & 12.50. *Marc.*3,35, *Ioan.*6,39, *Rom.*12.[...] 5.17. *Coloſſ.*1.9. 1.*Theſſ.*4.3. 1.*Tim.*2.4. 1.*Ioan.*2.17.

Voluntas Dei non eſt, vt aliquis pereat, *Ezech.*18,*v*.23. [...] 1.*Tim.*2.4. 2.*Petr.*3, 9. voluntas noſtra diuinæ voluntati acc[...] danda, 1.*Sam.*18, 2,*Sam.*10,12, & 15,20, 1,*Macch.*2,60, *Matth.* [...] 26.39. *Marci* 14.36. *Lucæ* 22.42. *Act.*21.14. 1.*Cor.*4.19. *Heb.*6,[...] 15. Voluntatem pro opere acceptat Deus, *Geneſ.*20.*verſ.*3.6.[...] 2.*Sam* 11. & 12,9. 1.*Reg.*21.10.

Voluntas, eſt facultas animæ qua volumus: deinde actus [...] facultatis. Poſtremo, obiectum, id eſt, res quam volumus. V[...] tas Patris cœleſtis eſt, vt quicunque credit in filium, non pe[...]

...nam æternam. In veteri teſtamento vocatur 1. Anima, quod ... animæ. *Pſalm.* 22.12. & tantum ad homines, qui ratione ... refertur, 2. vocatur acquieſcent a in aliquo propoſito: ... proprium eſt, vt in iis quæ ſibi ab intellectu, vt bona pro ... acquieſcat. 3. huic affinis eſt vox Complacitum, Beneplacitum. Voluntas enim ex oblatis eligit quæ magis placent ... & ſcriptura alio vocabulo, 1. *Sam.* 15.22. quo voluntatem approbatione, amore, & delectatione ſignificat. 5. Eſt & a... quæ ſpontaneitas exponi poteſt, *Exod.* 35.29. qua proprium ... exprimitur, nempe naturalis libertas, qua homo quic... ſiue bonum, ſiue malum, liberè, voluntariè, ſponte, ſine ... vult.

...ntas propriiſſimè & veriſſimè Deo conuenit: & quæ antea ... dicta ſunt, in homine imperfecta agnoſcuntur. In An... voluntas magis perfecta eſt. Voluntas Dei variè à ... diſtinguitur, 1. In voluntatem antecedentem & conſe... 2. Beneplaciti & ſigni, ſeu non reuelatam, & reuelatam, 3. ... & conditionalem, 4. In voluntatem, quam Deu facere ... & de omnibus rebus creatis atq; in voluntatem quam ... nobis, in Lege & Euangelio patefactam. Omnes au... conſentiunt vnam tantùm eſſe Dei voluntatem. Nam ... permultaque ſunt quæ vult Deus per ſe vt bona: vel quæ ... aliud permittit fieri, vt mala, vel abſolutè, vt quæcunq; a... ſi Deum ipſum volentem ſpectamus, dicemus voluntatem ... eſſe liberum, æternum, ſapientiſſimum, immutabileq; de... tum de vniuerſis & ſingulis creaturis ſuis ad certos vſus & ... per certa media deducendis, tum de malis, quæ nec fecit, nec ... faciet nempè peccatis, fieri permittendis idq; ad ſuam glo...

...luntatem, quam vult fieri à nobis, in Lege & Euangelio ex... Quicquid vult in cœlo pro ſalute Eccleſiæ militantis in ... ſancti Angeli exequuntur. Nonnunquam Angelorum re... opera vtitur, vt iudicia ſua erga impios, miſericordiæ er... peculiari quadam ratione luceant. Voluntas Dei Patris, ... Euangelio manifeſtè diſtinguitur. Voluntas filii dupliciter con... quatenus Deus eſt, & quatenus mediator ac ſponſor Ec... Aliquoties eſſentialiter, nonnunquam perſonaliter conſi... & Patrem reſpicit.

Voluntas Dei reuelata in N.T. 1. Charitatem Dei erga electos, & ... beneplacitum in eis ſeruandis per Chriſtum ſignificat. 2. Huius cha... declarationem per Euangelium. 3. Conſilium Dei, reſpectu ... electorum, nempe vt vocentur efficaciter, iuſtificentur, ſanctificen... in omne opus bonum, & glorificentur.

Voluntas, hominis variè conſideratur pro vario eius ſtatu, nempe ... hominis naturalis & regeniti; tum in rebus malis, bonis, mediis: i... rebus ad hanc & futuram vitam pertinentibus.

In voluntate patefacta Dei quædam peculiaria occurrunt, in qui... exequendis etiam non regenitorum hominum miniſterium ei ... teſte Nebucadnezare Iudæos in captiuitatem deducente, & ... Cyro reducente.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Voluntas Dei incomprehenſibilis.*

Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati: *Gen.* 50.

Deus noſter in cœlo omnia, quæcunq; voluit, fecit. *Pſalm.* 113.

Voluntas Domini in æternum permanebit. *Prou.* 19.

Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Eſa.* 46.

Iuxta voluntatem ſuam faciet Deus, tam in virtutib. cœli, quam in habitatoribus terræ, & non eſt, qui reſiſtat manui eius & dicat ei: Quare feciſti? *Dan.* 4.

Voluntati eius quis reſiſtit? *Rom.* 9.

*Vtilis, ideo implenda.*

Vnam petii à Domino, hanc requiram? Vt videam voluntatem Domini. Quoniam vita in voluntate eius. *Pſalm.* 26. & 29.

Doce me facere voluntatem tuam 142.

Voluntas eius in his, qui ſimpliciter ambulant. *Prou.* 11.

...vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. 2 *Matth* 1.

Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. *Matt.* 7.

In terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc.* 2.

Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. 22.

Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius *Ioan.* 4.

Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. 5.

Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. 6.

Nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta. *Rom.* 12.

Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. *Epheſ.* 5.

Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui paſſus eſt in carne, deſit à peccatis, vt iam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt, in carne viuat temporis. 1. *Pet.* 4.

Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum. 1. *Ioan.* 2.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Intereſt quemadmodum verbum procedat ex animo Reum linguam non facit, niſi rea mens. *Auguſt. de verbis Apoſt. ſerm.* 28. & *hab.* 22 *q.* 2. *can. Homines falſum.*

Deus eſt author meriti, qui & voluntatem applicet operi, & opus applicat voluntati. *Auguſt de lib. arbitr.*

Cum vult, non poteſt: quia quando potuit, noluit. Ideo per malum velle perdidit bonum poſſe.

Sola voluntate miſer quiſq; efficitur, ſed miſerior, cum deſiderium malæ voluntatis impletur. *Auguſtin. de verb. Apoſtol. Petri. & Pauli.*

Mala voluntate non ſolum quiſq; miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur. *Aug de Trinit. lib.* 13.

Voluntas auerſa ab incommutabili bono, & conuerſa ad proprium bonum, aut ad exterius, aut ad interius, peccat. Ad proprium conuertitur, quum ſuæ voluntatis vult eſſe. Ad exterius, cum aliorum propria, vel quæcunq;, quæ ad ſe non pertinent, cognoſcere ſtudet. Ad interius, quum voluntatem corporis diligit. *Auguſt. lib. de lib. arbitr.*

Si cui etiam non contingat voluntas concumbendi cum coniuge aliena, tamen planum ſit eum aliquo modo cupere, & ſi poteſtas detur eſſe facturum; non minus reus eſt, quam ſi in ipſo facto deprehenderetur. *Auguſtin. de libero arbitr. & habet. ibid. can. Si cui.*

Voluntas nihil habet, niſi ex ſe iudicatur. Neque quidem tardum ingenium nec labilis memoria, nec inquietus appetitus, nec ſenſus obtuſus, nec vita languens reum per ſe ſtatuerunt hominem, ſicut nec contraria innocentem. Et hoc non ob aliud, niſi quia & hoc neceſſario & præter voluntatem poſſe peruenire probatur. *Auguſt. de lib. arbitr.*

Cum ſe voluntas, relicto ſuperiore, ad inferiora conuertit, efficitur mala. Non quia malum eſt, quo ſe conuertit, ſed quia peruerſa eſt ipſa conuerſio.

Nemo quærat efficientem cauſam voluntatis malæ Non eſt efficiens, ſed deficiens: quia nec effectio, ſed defectio eſt. *Auguſt. lib.* 2. *de ciuit Dei.*

Iuſtitia Dei eſt aliquando, vt ſanus ſis, aliquando vt ægrotes. Si quando ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei: & quando ægrotas, amara eſt voluntas Dei: non recto corde es: quare? quia non vis dirigere voluntatem tuam ad voluntatem Dei: ſed Dei vis curuare ad tuam, illa recta eſt, ſed tu curuus. Voluntas tua corrigenda eſt ad illam, non illa curuanda eſt ad te, & rectum habebis cor. *Auguſt. ſuper Pſalm.* 35.

Quia Deus cor quærit, cor inſpicit intus, teſtis eſt, iudex, approbator, adiutor, coronator: ſufficit, vt offeras voluntatem. Cum potes, ore confitere ad ſalutem, cum autem non potes ore, corde ad iuſtitiam, corde laudas, corde benedicis, corde in ara conſcientiæ victimas ſacras imponis, & reſpondetur tibi, pax in terra hominibus bonæ voluntatis. *Auguſtinus ſuper Pſalmum centeſimum trigeſimumquartum.*

Quicquid vis, & non potes: factum Deus computat: *idem ſuper Pſalm.* 57.

Qui quærit, quare Deus voluit mundum facere, cauſam quærit voluntatis Dei. Omnis autem cauſa efficiens maior eſt, quam id, quod efficitur. Nihil autem maius voluntate Dei. Non igitur cauſa quærenda eſt. *Auguſt lib.* 83. *quæſtionum.*

Non eſt conſiderandum, quid homo faciat, ſed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deum Patrem; in quo & Iudam: Patrem benedicimus, Iudam autem deteſtamur. Nam traditio Chriſti facta eſt à Deo Patre & Iuda. Vna res facta eſt, quam tamen Pater & Filius fecit in charitate: Iudas in proditione. Diuerſa facit facta. *Auguſtinus ſuper Epiſtol. Ioannis homil.* 7.

Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia quare feceris, non quomodo illi euenerit tibi imputabitur. *Aug ſup. illud Matth* 6. *Si lumen quod in te eſt, &c.*

Odi, & proieci feſtiuitates veſtras, non capiam odorem cœtuum veſtrorum: quod ſi obtuleritis mihi holocauſta, & munera veſtra non accipiam: & vota pinguium veſtrorum reſpuam. Odit autem Deus, & non ſolum odit, ſed proiicit feſtiuitates eorum, qui non celebrant feſtiuitates Dei, ſed ſuas: Et poſt pauca. Odiſſe autem, & proiicere, & non odorari, humana loquitur ſimilitudine, vt nos affectum Dei noſtris ſermonibus agnoſcamus. Et ſi holocauſta obtulerint, vt videantur ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, quæ holocauſta ſunt vera: non ea ſuſcipit Dominus. Nam & non ſacrificiorum magnitudines, ſed offerentium merita, cauſaſq; diiudicat. Vnde & vidua, quæ in carbonam duo minuta miſerat, omnibus à Saluatore præfertur: quia Dominus non ea, quæ offeruntur: ſed voluntatem reſpicit offerentium. *Hieron. in Amos Proph & hab.* 24. *q.* 1. *c. Odi, & proieci.*

Si quis non iratus, ſed propter diſciplinam aliquem verberauit, vel palmam alicui dederit, & caſu occiderit, ſicut caſu fieri ſolet: quantum ad gratiam, innocens eſt; quia voluntatem, non

op[e]ris hominis Deus reddiderit: quantum ad legem, reus eſt: quia opera ex quærit. *Hieron. & hab. 15. q. 1. can. Si quis.*

Volens Deus rationalem creaturam voluntarii boni munere & liberi arbitrii poteſtate dotare, vt boni ac mali capax, vtrunq; naturaliter poſſet, & alterum voluntate deflecteret. Licet quippe nobis eligere, refutare, probare, reſpuere: nec eſt, quo magis rationalis creatura cæteris præferatur, niſi quod cum omnia animalia conditionis tantum ac neceſſitatis bonum habeant, hæc ſola habet etiam voluntatis.

Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, &c. Apud eum, cui nota ſunt omnia, antequam fiant, voluntas perfecta faciendi pro opere reputatur facti. *Hier. ſuper illud Matth. 7. Vbi eſt theſaurus tuus.*

Non eſt, quod cuiquam noſtram aſcribamus ærumnam, niſi noſtræ voluntati. Nemo noſtrum tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus. Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum, inuidia, quam in alios deriuamus. Voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi Diabolus auctionatur, & acquirit ſuo iuri. Neminem iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet, niſi ſe ei prius peccator ære vendiderit. *Ambroſ. de vita beata, & habetur 15. q. 1. can. Non eſt.*

Plurimum refert, vtrum ex voluntate facias, quod placeat, an neceſſitate. Deniq; voluntarius miniſter habet præmium, coactus diſpenſat obſequium. Vnde Apoſtolus: Si volens euangelizauero, mercedem habeo: ſin autem inuitus: diſpenſatio mihi tradita eſt. *Ambr. ſuper Beati immaculatos.*

Valde laborioſum eſt cuſtodire, ne mala homo faciat, ne in bonis actibus per intentionem titubet, & intra recta opera ſiniſtra cogitatis illudat. *Greg. Moral lib. 10.*

Deus non intuetur, quantum quilibet valeat, ſed quantum velit: Et quia Deus corda penſat, iam in eius oculis fecit quod cogitauit. *ibid. lib. 12.*

Caro cum concupiſcitur, penſetur quid ſit exanimis, & intelligitur quid amatur. Nihil quippe ſic ad edomandorum deſideriorum carnalium appetitum valet, quam vt quiſq; quod viuum diligit, quale ſit mortuum penſet. *Gregorius libro decimo ſexto Moralium.*

Humanæ aures talia verba noſtra iudicant, qualia foris ſonant: diuina vero iudicia talia foris audiuntur, qualia ex intimis proferuntur. Certe nouerit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis: quia non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem, quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni. *idem lib. 26. Moralium.*

Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. Voluntas autem bona eſt, ſic proximi aduerſa ſicut noſtra pertimeſcere; ſic de proſperitate proximi ſicut de noſtro profectu gratulari, aliena damna noſtra credere; aliena lucra noſtra deputare, amicum non propter mundum, ſed propter Deum diligere, inimicum etiam amando tolerare, nulli, quod pati non vis, facere: nulli, quod tibi iuſte impendi deſideras, denegare. Neceſſitati proximi non ſolum iuxta vires occurrere, ſed prodeſſe etiam vltra vires velle. *Gregor. in homil. 5. ſuper Euangelia.*

Non tam praue facta Dominus, quam cuſtodiam prauitatis inſequitur. In factis enim ſæpe infirmitate, ſæpe negligentia, in ſtudiis vero ſemper malitioſa intentione peccatur, *ibidem libro ſeptimo,*

Cauſa actum poterit decorare. Si autem neceſſitate ſubſiſtat aut vtilitate vigeat, aut honeſtate ſplendeſcat, aut cum affectu mentis tota valeat ſubſtantia operis tolerari: opus non ex ſe, ſed ex cauſa fit crimen. Nec aliqua virtutis oſtentatione clareſcit, cui voluptas originem præbet. *Ioannes Chryſoſtom. de tractatu Symboli.*

Facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis non Deum formidat, ſed hominem. Hic peccandi differt facultatem, ſed non aufert voluntatem.

Apud Deum, qui hominem occidere diſponit, antequam occidat, homicida habetur. Voluntas autem eſt, quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo. Opera autem teſtimonia ſunt voluntatis. Non igitur quærit Deus propter ſe, vt ſciat, quomodo iudicet, ſed propter alios, vt intelligant, quia iuſtus eſt Deus, *idem ſuper Matth.*

Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua. *Iſidor. ſoliloq. li. 2. cap. 1.*

In initio reſiſte cogitationi peſſimæ: ſi titubat prona cogitatio, non conſentias illi *Iſidor. lib. 2. cap. 3.*

## ❡ Sententiae Poeticae.

Ouid. 9. Met.

*Temerata eſt noſtra voluntas:*
*Vt nihil adiiciam, non poſſum inoxia dici,*
*Quod ſupereſt, multum eſt in vota, in crimina paruum.*

Ouid. 3. Pont. 4.

*Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas:*
*Hac ego contentos auguror eſſe Deos.*
*Hæc facit, vt veniat pauper quoq; gratus ...*
*Et placeat cælo non minus agna boue.*

Idem 4. Pont. 8.

*Vt nihil præſtes, animi ſum factus amici.*
*Debitor, & meritum velle iuuare voco.*

Ibidem.

*Parua quidem fateor pro magnis munere ...*
*Cum pro comeſſa verba ſalute damus.*
*Sed qui, quam potuit dat maxima gratus ...*
*Et finem pietas contigit illa ſuum.*
*Nec quæ de parua pauper Diis libat acerra*
*Thura minus, grandi quam data lance ...*
*Agnaq; tam lactens, quam gramine paſta ...*
*Victima Tarpeios inficit icta focos.*

Lucanus ad Piſonem.

*Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina ...*
*At voluiſſe ſat eſt: animum non carmina ...*

Iuuenal. 13.

*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ...*
*Facti crimen habet.*

Proper. 2. 10.

*Quod ſi deficiant vires, audacia certe*
*Laus erit, in magnis & voluiſſe ſat eſt.*

Terent. Andr. 2. 1.

*Quoniam non poteſt id fieri, quod vis,*
*Id velis, quod poſſis.*

Ter. Heaut. 4.

*Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vult, ſi ...*

Ouid. 1. Art.

*Pectoribus mores tot ſunt, quod in orbe figuræ,*
*Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.*

Hor. 2. ſerm. 1.

*Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem,*
*Pugnis; quod capitum viuunt, totidem ſtudiorum*
*Millia.*

Perſius 5. Satyr.

*Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus,*
*Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.*
*Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti*
*Rugoſum piper, & pallentis grana cumini:*
*Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno;*
*Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille*
*In Venerem eſt putris.*

Ter. Phorm. 2. 4.

*Verum ita eſt:*
*Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos.*

Anthol. Sacr, Iac. Bill.

*Principium mundi Deus eſt, quo cuncta mou...*
*Et quæ permittit, vel iubet, auctor agit.*
*Hinc mutabilium rerum immutabilis ordo*
*Æternis ſeruit legibus artificis.*

Ibidem.

*Non ſemper vere eſt felix impleta volunta[s],*
*Cum ſæpe iniuſtis ſint mala vota animis,*
*Recta igitur cupiens, etiamſi non ſit adeptus,*
*Perſiſtendo tamen velle bonum, bonus eſt.*
*At prauus quod fert animo ſi non habet a...*
*Tam miſer eſt, quam ſi quod cupit obtine[t].*
*Inq; ſuos fines procedit quæq; voluntas,*
*Nec variis meritis arbiter æquus abeſt,*
*Corda regens, vires tribuens, peccata remitt[ens],*
*Mitis ſubiectis, implacidus tumidis.*
*Vt nec pœna malum quenquam, nec gloria ...*
*Suſcipiat, niſi cum laude & honore Dei.*

## ❡ Sententiae Philosophorum.

Finem potius ſpectat voluntas, conſilium & ſuſcep... finem pertinent: vt valere volumus, deligimus autem ... letudinem adipiſcamur. Et beati omnes eſſe volumus ... dicamus? at ſi illud nos diligere dicamus: inepte loquamur ... *cap. 2.*

Idem eſt id, quod ſub actionem cadit, & id, quod volun... cioq; ſuſcipitur. *Lib. 5. Metaph. c. 1. T. 1.*

Quod in poteſtate & voluntate eſt, erit. *Lib. 2. Rhetor... dect. c. 19.*

Omnia melius eſſet lege fieri, quam hominum, quæ ... regula, voluntate. *Lib. 2. de Republ. c. 8.*

Hoc certe confitendum eſt, quarum rerum in nobis ... principia, eas in noſtra eſſe poteſtate, noſtræq; eſſe volunta... *l. 3. c. 5.*

In iis rebus, quæ voluntate ſuſcipiuntur, laudi & vitio ... quitur: in non voluntariis, veniæ, interdum etiam miſericordiæ ... *thic. l. 3. c. 1.*

Si quis non imprudens gerit ea, ex quibus iniuſtus neceſſ... profecto voluntate ſua efficitur iniuſtus. *Ethic. l. 3. c. 5.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...imus, quæcunq; ſcientes & non coacti facimus. *Lib.1.* ... c.10.

...&recte facta definita ſunt *Ethicorum lib.5.ca-*...

...tarium id, quod in ſua quiſq; poteſtate poſitum ſciens ... ignorat, in quo verſetur actio: nec quo quaſi inſtru- ... nec finem ipſum: vt verbi cauſa, quem verberet ac ... inſtrumento, quaq; de cauſa pulſet, atq; illa non caſu; ... velut ſi quis correpta manu alterius alium pulſet, non ... voluntate: quandoquidem in eo id ſitum non eſt. *Eth.* ...

... voluntarium eſt, latius patet, quam electio. Eius enim ... & pueri ſunt & belluæ participes: conſilii non ſunt, ... *Lib.3. Ethic.c.2.*

... quæ fieri non poſſunt, vt in immortalitate ... ſi voluntas in iis etiam cernitur, quæ non ſtatuat agere qui ...

... non voluntaria quum agit, dicenda eſt actio. *Lib.* ...

... volens facere, qui Prudens ſciensq;, & non coactus fa- ... *Lib.1. Rhet. c.12.*

... is, quippe in quo principium poſitum ſit commo- ... partium, quæ actionibus eiuſmodi perficiendis, quaſi in- ... adhibentur. *Lib.3. Ethic.c.1.*

... rerum in quoq; ſunt poſita principia, eas vt agat & non ... ſitum eſt. Sunt igitur hæc talia voluntatis. At non ... voluntaris omnino, quandoquidem nemo quicquam eorum ... *ibid.*

... intereſt, verum ſponte noſtra quid faciamus, an inui- ... *Lib.3. Ethic.c.5.*

Bona quæ voluntaria ſunt partim conſulto, partim inconſul- ... Conſulto, quum antegreſſa eſt deliberatio: incon- ... quum non eſt antegreſſa deliberatio. *Libr.5. Ethicor. ca-* ...

... peccat quiſq;, quum in eo incluſum eſt cauſæ principium. *ibid.*

Quod in poteſtate cuiuſquam eſt, ſi voluntas, cupiditaſve per ira- ... aut aliam cogitationem acceſſerit, etiam fiet. *Lib.2. Rhet.* ...19.

... ſunt voluntates hominum, multique quum iuſti non ... præ ſe ferunt iuſtitiæ ſpeciem & opinionem. *Libr.10. Ethic. ca-* ...

Non dubium eſt, quin in affectu & voluntate perfectio & quaſi ſumma conſiſtat. *ibid.*

Aliud fere eſt tacitum hominum iudicium, aliud palam loquun- ... orationes quidem ſunt quam honeſtiſſimi, voluntas au- ... & tacitum animi iudicium id ſemper ſpectat, quod maxime v- ... videtur. *Libro de reprehenſione Sophiſtarum, cap.1.*

Voluntas eſt quidam appetitus: & cum ratione duce mouetur & ... motus tum ille voluntarius eſt. *Lib.3. de Anima, cap.1.* *T.50.*

Voluntas eſt appetitio boni cum ratione coniuncta, quia nemo vult præterquam quod ſuſpicatur eſſe bonum. *Lib.1. Rhet. c.10.*

Voluntas & propoſitum non ſine ratione ſunt. *Lib. num.10. Me-taph. c.7.*

... dicam, quæcunq; propter ſeipſos agunt, omnia vel bona ſunt, vel bona eſſe videntur: & aut iucunda, aut videntur iucun-da. Verum quoniam quæ propter ſeipſos agunt, hæc ſponte agunt, non ſponte autem, quæ non propter ſeipſos: omnia, quæ volentes a-gunt, bona erunt, vel apparentia bona: & aut iucunda, aut apparen-tia iucunda. *Lib.1. Rhet. ad Theodect. c.10.*

Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis, quam natura reformi-dat, voluntas amplectitur. *Boethius de Philoſophica conſola. lib.3. proſa 2.*

Duo ſunt, quibus omnis humanorum actuum conſtat effectus: Voluntas ſcilicet, ac Poteſtas: quorum ſi alterutrum deſit, nihil eſt, quod explicari queat. Deficiente enim voluntate, ne aggreditur quidem quiſq;, quod non vult: at, ſi poteſtas abſit, voluntas fruſtra ſit. Quo fit, vt quem videas velle adipiſci, quod minima adipi-ſcatur, huic obtinendi, quod voluerit, defuiſſe valentiam, dubitare non poſſis. *ibid. lib.4 proſa.2.*

Diuina prouidentia rebus gerendis neceſſitatem non impoſuit, quia ſi omnia euenirent de neceſſitate, præmia bonorum, & malo-rum pœnæ perirent. *idem lib.5.*

Voluntatem in omnibus rebus ſpectari conuenit: quæ conſulto facta non ſunt, in eis fraudem eſſe non oportet. *Cic. Rhetor. nov. lib.2.*

Quo animo quiſque faciat, non quo caſu vtatur, ad rem perti- ...

... luntario facinori nulla eſt excuſatio imprudentiæ, *idem lib.2.*

Vt Promptam ad res gerendas voluntatem frangere non eſt ho-...eſtum: ita quum illa nos reliquit, impetu violento non eſt oppri-menda. *Plutarch. in opu.*

Valentior fortuna eſt voluntas, & in vtramque partem ipſa ... duas ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. *Sen.72. epiſt.*

¶ FABVLAE.

Fur & Canis.

Fur allatranti cani offerebat panem. Cui canis: At nunc ego, inquit, ſatiatus, quum tu domum noſtram compilaueris, me ſilen-te, vnde mihi mox cibum petam, aut quomodo ſedabitur fames mea?

Fabula docet, cauendas fraudes fallacium, neq; facta illorum, ſed conſilia ſpectanda eſſe. Referri & illud poteſt, quod à iuriſconſultis memoratur: Tolle voluntatem, nec erit diſcrimen in actu. Quæ ſententia in conuiuio Platonis elegantiſſime memoratur. Expoſita & à Gellio, *lib.17. Noctium Atticar. c.20.*

Coruus & Lupi.

Petebat à lupis partem prædæ coruus, quos totum diem ſectatus fuiſſet. Cui illi: Non tu nos quidem, ſed prædam ſectatus es, eo quidem animo, vt ne corporibus quidem noſtris velles parcere, ſi exanimarentur.

Fabula docet, ſpectari in actionibus non tantum quid fiat, ſed etiam quo animo & voluntate fiat.

# Voluptas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Voluptas, Græce ἡδονὴ, ῆς, & ἡδυπάθεια, ... voluptuoſus dicitur. Hebr. *hedhem, hedhnah,* & *homegh,* delectatio, oblectatio, deliciæ, à verbis *hadan,* & *himegh,* delicate vixit, voluptuoſus fuit, voluptatibus abundauit. Eſt autem voluptas iucundus motus in ſenſu. *ſecun. Cic. lib.2. de fin. bon. & mal.*

Voluptas eſt cum quadam lubrica ſuauitate ad illicita ſordidæ mentis inclinatio. *ſecund. Iſidor. in ſynon.*

Voluptas eſt motus quidam animæ, & affectio tota ſimul & ſenſibiliter in naturam proficiſcens. Cuius contrarium eſt dolor, *ſec. Ariſt. lib.1. Rhet.*

Voluptas eſt præter modum elata lætitia opinione præſentis alicuius magni boni. Diciturq; voluptas, quod talia maxime volumus. Hinc voluptuarium, hoc eſt, voluptatis plenum, & voluptuoſum, eiuſdem ſignificationis.

Voluptas eſt citra rationem ad oblectandum commotio, & animi, vt Zeno inquit, ad oblectandum cum propoſito motus. Plato voluptatem omnium malorum eſcam vocat.

Ariſtoteles, voluptas, inquit, & eorum, quæ à nobis demum abfuerunt, cupiditati acceſſio, non eandem cuiuis afferens ſuauitatis rationem.

DIVISIO.

*Voluptatum aliæ*
- *Animales, quæ per ſeſe animæ deputantur: quemadmodum quæ circa diſciplinas atq; inſpectionem omnem verſantur.*
- *Corporales, quæ ex communicatione corporis acq; animæ gignuntur, ob idq; corporales appellatæ: ſicut quæ circa cibos & coitus exiſtunt.*

Neceſſariæ pariterq; naturales, ſine quibus viuere impoſſibile eſt, vt cibi, potus, neceſſaria indumenta.

Naturales, ac non neceſſariæ Legitimæ Veneres: quod ad generis humani propagationem faciant.

¶ LOCI BIBLICI.

Voluptates fugiendæ, 2. *Petr.* 2.10,12. Voluptates huius ſeculi impediunt, ne qui verbum audierunt, referant fructum, *Luca* 8.14.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Minus voluptatibus ſtimulatur, qui non eſt, vbi frequentia eſt voluptatum. Minus auaritiæ moleſtias patitur, qui diuitias non videt, *Aug. de ſingul. cleric.*

Semper voluptas famem ſui habet, & tranſacta non ſatiat, *Hier. epiſt. ad Damaſ. Papam.*

Nihil prodigæ ſatis eſt voluptati. Semper famem patitur ſui, quæ alimentis perpetuis neſcit impleri. *Ambr. ſup. Luc.6.*

Licet ſæpe in medio carnalium Deus protegat vitam electorum, tamen ſatis ratum eſt, vt quiſq; inter ſeculi voluptates poſitus, à vitiis maneat illibatus, in quibus etſi non cito implicetur, aliquando tamen attrahitur. Nec enim diu poteſt eſſe ſecurus, qui periculo fuerit proximus, *Iſid. de ſum. bon.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid 7. Met.

*Vſq; adeo nulla eſt ſincera voluptas,*
*Sollicitumq; aliquid lætis interuenit.*

Idem. 6. Faſt.

*Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis,*

*Nec populum toto pectore feſta iuuant.*

Idem 4. Pont. 4.

*Nulla dies adeo eſt Auſtralibus humida nimbis,*
*Non intermiſſis vt fluat imber aquis.*
*Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo*
*Mixta fere duris vtilis herba rubis.*

Idem 1. Amor. 8.

*Impia ſub dulci melle venena latent.*

Horat. 2. Serm. 16.

*Lætus in præſens animus quod vltra eſt,*
*Oderit curare: & amara lento*
*Temperet riſu, nihil eſt ab omni*
*Parte beatum.*

Iuuen. 10.

*Sed quæ præclara & proſpera tanti,*
*Vt rebus lætis par ſit menſura laborum,*

Sen. Thyeſt. Act. 3.

*Nulla ſors longa eſt: dolor, ac voluptas*
*Inuicem cedunt breuior voluptas,*
*Ima permutat breuis hora ſummis.*

Boet. 3.

*H:bet omnis hoc voluptas,*
*Stimulis agit furentes,*
*Apiumq; par volantum,*
*Vbi grata mella fudit;*
*Fugit & minus tenaci*
*Ferit ictac da morſu.*

Plaut. Amph.

*Satin' parua res eſt voluptatem in vita,*
*Atq; in ætate agundis,*
*Præ quam quod moleſtum eſt: ita quoq; comparatum*
*Eſt in ætate hominum,*
*Ita dis placitum, voluptati vt mæror comes conſequatur.*

Idem in Curc. 2.

*Nulli homini perpetuum bonum,*
*Iam huic voluptati hoc adiunctum eſt odium.*

Statius 2. Sil. 7.

*O ſæue nimium, graueſq; Parcæ!*
*O nunquam data feſta longa ſummis!*
*Cur plus ardua caſibus pietatis?*
*Cur ſæua vice magna non ſeneſcunt?*

Claud. 1. Stil.

*Etenim mortalibus ex quo*
*Tellus cœpta coli, nunquam ſincera bonorum*
*Sors vlli conceſſa viro, quem vultus honeſtat,*
*Dedecorant mores: animus quem pulcrior ornat;*
*Corpus deſtituit.*

Ouid. Pont. 11.

*Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas.*

Hor. 1. Epiſt. 12.

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Silius. 15.

*Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem,*
*Ambroſias diffuſa comas, & veſte refulgens,*
*Oſtrum quæ fuluo Tyrium ſuffuderat auro,*
*Fronte decor quæſitus acu, laſciuaq; crebras*
*Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.*

Silius lib. pun. bell. 5.

*Moneo certare periclis*
*Deſine & armiſonæ caput obiectare procellæ.*
*Ni fugis hos ritus, Virtus te ſæua iubebit*
*Per medias volitare acies, mediosq; per ignes.*
*Hæc patrem patruumq; tuos, hæc prodiga Paulum;*
*Hæc Decios Stygias Erebi detruſit ad vndas:*
*Dum cineri titulum, memorandaq; nomina buſtis*
*Prætendit, nec ſenſura, quid geſſerit, vmbræ.*
*At ſi me comitare puer, non limite duro*
*Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas.*
*Haud vnquam trepidos abrumpet buccina ſomnos, &c.*
*Sed current albusq; dies, horæq; ſerenæ.*
*Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.*

Silius 15.

*Sed enim indignata voluptas*
*Non tenuit voces nil vos tam demoror vltra,*
*Exclamat, venient, venient mea tempora quondam,*
*Cum docilis noſtris magno certamine Roma*
*Seruiet imperiis & honor mihi habebitur vni,*

Silius 15.

*Inde aſpice late*
*Florentes quondam luxus quas verterit vrbes:*
*Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes*
*Quantum ſola noces: animis illapſa Voluptas.*
*Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris*
*Circa te ſemper volitant Infamia pennis.*

Ter. Hec. 3. 5.

*Sane hercle homo voluptati obſequens*
*Fuit, dum vixit, & qui ſic ſunt, hæ*
*iuuant.*

Virg. Eclog. 2.

*Trahit ſua quemq; voluptas.*

Antholog. Sacr. Iacob. Bil

Senſiles voluptates præ iis quæ anin
nullius momenti eſſe.

*Ingens Abrami perfudit corda volup*
*Ex Agara ſeſe vidit vt eſſe patre*
*Aſt vbi ſe nato ſenſit meliore parent*
*Lætior hinc multis partibus ipſe f*
*Ergo etiam dulcis primum ſolet eſſe v*
*Quam caro ſenſibilibus percipit a*
*At cum animus meliora cupit, potir*
*Rebus ab humanis tum fugit omni*

Dolorem mundi voluptates

*Quem ſcabies vrget, tenet hunc nonn*
*in frictu: ſequitur maior at inde d*
*Quærendis opibus gaudens inſudat*
*Quæſitas ſequitur cura, grauiſq; n*
*Sic quoq; qui molles riſus & gaudia*
*Perſequitur, Liber quemq; Venuſq*
*Huius erit tandem riſus Sardonius: h*
*Lætitia in luctum deſinet inq; cru*

Quam breues ſunt mundi v

*Sirenes procul eſte, procul fuge bland*
*Deſine, nos cantu perdere velle tu*
*Gaudia nam nobis quod primum oſ*
*Id facis, vt miſeris cauſa ſit iſta n*
*Nam velut ex molli nil vnquam exc*
*Vt ſemel vt præli fluxerit inde li*
*Sic ſemel vt prælo mortis caro noſtr*
*Non viret ad luſas poſt redimua*

## ¶ Sententiae Philosop

Recte Eudoxus videtur primas partes tribu cum in bonis eſſet ipſa, neq; laudaretur: declara omnibus præſtare, quæ eſſent laudabiles: in eo modo ac ſummum bonum eſſe, quoniam ad *Ethic. l. 1. c. 12.*

Voluptatum blanditiis deliniti, ad ea geren ſunt, impellimur: & dolorum quum admouent deducimur. *Lib. 2. Ethic c. 3.*

Ob voluptatem res improbas agimus: ob do habemus honeſtas. *Lib. 1 Mag. Mor. c. 6.*

A voluptatibus & doloribus habitus vitioſi ea quod ea quis ſequatur aut caueat: vel qu que non ſint, vel quando vel quomodo facie uenda, quæq; ſunt eiuſdem generis, quæ ratio pr *c. 3.*

Difficilius, vt ait Heraclitus, eſt voluptati ob diæ. *ibid.*

Quia propenſiores ſumus ad voluptates natu perantiam ſumus quam ad moleſtiam procliui *cap. 8.*

In omni negotio, cum id omne, quod volup maxime vitanda voluptas eſt; quippe de qua n rupti ad iudicandum. *Lib. 2. Ethic c 9.*

Se quiſq; ab ea voluptate, quæ ſibi accidit, i debet deducere. *ibid.*

Qui in voluptatibus animi occupati ſunt, n intemperantes nominantur. *Lib. 3. Ethic. c. 10.*

Difficilius eſt res moleſtas periculorumque ab iis, quæ voluptatem afferant, abſtinere. *pit. 9.*

Voluptas expetenda eſt, dolorq; fugiendus. *cap. 12.*

Dolor quidem naturam eius, in quo eſt, à ſ labefactat: Voluptas nihil tale facit, quoniam e tate proficiſcitur. *ibid.*

Eſt cum per ſe voluptatis inſatiabilis & ine tum omni ex parte in eo, qui à ratione diſcedit.

Impedit voluptas conſilium eoq; magis, quo n *Lib. 7. Ethic. c. 11.*

Sunt quæ dolore & cupiditate vacant volu quæ cognitionis, contemplationiſq; gratia ſuſc natura nil deſiderat, *Lib. 7. Ethic.*

Illud non eſt præclare dictum, voluptatem mo cum ſuauitate ad ſenſus effluentem: ſed definien eſſe habitus naturæ congruentis: & pro illo ad ſ impeditus. *ibid.*

Voluptas eſt quædam animi commotio ſubit & manifeſta propenſione inclinationeve accipit in ſuam cuiq; naturam. *Lib. 1. Rhet. c. 11.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

... diſcendo & contemplando capiuntur voluptates, in iis ... quædam inſunt, quibus magis ad dicendum, cogno... monentur. *Lib.7.Eth.c.12.*

... nonnullæ per ſe bonæ & honeſtæ, aliæ non ho... pueri & belluæ ſequuntur. *ibid.*

... eſt natura diuinum quiddam inſitum mortalibus. *Lib.* ...

... Veneris cupiditate, & quibusdam eius generis, non ſo... perturbantur, ſed etiam corpora. Nonnulli etiam ad in... adiguntur. *Lib.7.Eth. c.3.*

... Cyprigenam inſidias nectentem ait Homerus, balthe... quo doli eſſent. *lib.7.Eth.c.6.*

... ex ſaporum iudicio libidinoſis non admodum placet: ... quæ ex tactu percipitur, in eſculentis, poculentis, iis... Venereæ nominantur. *lib.3.Eth.c.10.*

... voluptas conſilium, eoque magis, quo maior ſit, vt Ve... in ea ſit, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil co... conſequi poteſt. *lib.7, Eth c 11.*

... dolens paret libidini. At qui per iram facit, omnis dolens ... libidini obſequitur, libenter facit. *lib.7.c.6.*

... ſummum bonum eſſe quandam voluptatem, et... numerentur in malis. *ibid.*

... bonum voluptas corporis, duabus de cauſis: qu... actiones deprauatæ naturæ: aut ſimul vt orta eſt, qualis eſt ... aut conſuetudine, vt flagitioſorum hominum. *lib.7. Eth.* ...

... vacant dolore voluptates, earum nullæ ſunt exuperantiæ ... ſunt, quæ ex iis gignuntur, quæ habent ſuapte natura: ... & caſu, oblectationem. *ibid.*

... voluptas non eſt, quandoquidem propria eſt omnis mo... celeritas & tarditas, & ſi non per ſe, veluti ei, quæ mundo at... per comparationem ad aliud. At neutrum horum volu... *lib.10, Eth.c.3.*

... voluptas eſt generatio, *lib.2, Mag. Mor.c.7.*

... non capit voluptatem, *lib.10, Eth.c.3.*

Voluptas eſt in quolibet tempore perfecta forma. *lib. 10, Ethic.* ...

... actionem voluptas. Et in omni ſenſu voluptas verſatur. ...

Quoniam voluptate nemo continenter afficitur, aut labo... idcirco ne voluptas quidem manet vlla ſempiterna; ...

... actiones vndique abſolutas voluptas efficit, vitam etiam, ... cupiditate incenſi ſumus omnes. *ibid.*

Voluptas ſine actione eſſe nullo modo poteſt: & perficit actio... voluptas. *ibid.*

... dicatæ & propriæ ſunt voluptates, quæ actionem per ſe ... Alienæ vero dictæ ſunt, quæ ſimile quiddam faciunt ... *lib.10, Eth.c.5.*

Quoniam tum, quum voluptas gignitur, ac dolor, virtus et... oriuntur: voluptates autem, & dolores, commuta... motus quidam ſunt eius partis, in qua ſenſus ineſt: profe... alicuius commutatione ac motu & amittantur, & ac... eſſe eſt. Itemque ortus earum eſt cum immutatione: ... ortus commutatio eſt. *Libro ſeptimo, de Nat. capit.* 3. *T.*...

... voluptate affici, aut dolore, nihil aliud, niſi partem eam animi, ... eſt particeps, ad bonum aut malum, aut alia eiusdem ge... conuertere & adhibere: in quo quidem & declinationis, & ap... vſus cernitur. *lib.3. de Animo, c.7.T.29.*

Quod dolor affert, id eſt, quod declinandum eſt: quod autem vo... expetendum, *lib. de motu animant.c.6.*

Quæ res voluptatem ſine detrimento afferunt, eæ non ſolum ... congruunt, ſed etiam ad quietem pertinent. *Lib.8. de Re...*

Qui voluptuariam vitam traducunt, ii facile deſpiciuntur: mul... dant impetui faciendo opportunitates. *Libro 5. de Republic.* ...

Qui agit & perſequitur, quæ voluptatem efficiunt, idque ex in... hoc ipſo, quod ſibi ita animum induxit, is melior videatur, ... non ratione, ſed impotentia ducitur ad agendum, quo faci... curatio adhiberi poteſt. *Ethic.lib.7.cap.2.*

Voluptate affici in iis numeratur, quæ in animo inſunt. *Ethic.lib.* ...

... multitudinis vndique à voluptate tenduntur inſidiæ: ... quum nec bona ſit, & tamen eſſe videatur. Itaque plerique voluptatem appetunt, vt bonum: dolorem fugiunt, vt malum. *Ethi.* ... 4.

Voluptas quid ſit, quid dolor, quæque eorum vis & natura: philoſophi ciuilis eſt tenere & cognoſſe. *Libro ſeptimo Ethicorum,* ...

Omnino quidem non eſt bonum voluptas: quod voluptas om... motus quidam, qui cum ſuauitate quadam naturam mouet, ... affluit & illabitur. *ibid.*

Non omnes voluptates eſſe in bonis, hinc perſpici poteſt, quod earum quædam obſcœnæ ſunt, & vt probra obijciuntur, & quæ nocent. Quædam enim eorum, quæ ſenſum dulcedine quadam permulcent, morbos afferunt. *ibid.*

Neque ſunt motiones voluptates, nec copulatæ ſunt omnes cum motu: ſuntque potius actus & finis, nec dum gignuntur, eueniunt, ſed cum ad vſus adhibentur. *Libro ſeptimo Ethicorum, cap.12.*

Moleſtos autem philoſophos in medium producamus, quibus non videtur ſecundum naturam voluptas eſſe, ſed accedere naturæ conſentaneis; iuſtitiæ, temperantiæ, liberalitati. Quid ergo, anima quidem bonis corporis exiſtentibus minoribus gaudet, & tranquillatur (vt inquit Epicurus) ſuis autem bonis, quæ ſunt maxima, non delectatur? Quin & natura largita mihi eſt verecundiam, & crebro erubeſco, quum quid turpe à me dici puto: iſte me motus non ſinit voluptati ſtatuere bonum, & finem vitæ. *Ex Epicteti libris.*

Otium, & requies, ſtudiumque literarum, voluptatem contemplationemque rerum afferens, conuenientiſſima eſt ſeni laboribusque domi & militiæ defuncto recreato. At voluptati, tanquam is finis rerum præclarè geſtarum eſſet, ſe dare, & poſt bellicos ciuilesque magiſtratus veneris ſacris vacare, ludendo luxuriandoq; id vero indignum eſt academia præclara, neque eius qui Xenocratem imitetur, ſed qui ad Epicurum inclinet. *Plutarch. in Compar. Cimonis & Luculli.*

Quia corpora reſoluit voluptas, indies emolliens deliciis, quarum aſſiduus vſus tollit vigorem, relaxans vnde morborum & laſſitudinum copia egregie proficit, & ſenectæ rudimenta in iuuentute præcludunt. *idem, l. cont. volupt.*

Fera eſt mancipans ſibi homines voluptas, ſed non fera: nam ſi aperte pugnaret, cito caperetur: nunc autem etiam ideo inuiſa magis, quod celat inimicitiam: induta habitum beneuolentiæ: Itaque dupliciter auerſanda, & quod nocet, & quod fallit, *idem, ibidem.*

Quid autem de corporis voluptatibus loquar? quarum appetentia quidem plena eſt anxietatis: ſatietas vero pœnitentiæ, quarum motus quid habeat iucunditatis, ignoro. Triſtes vero eſſe voluptatis exitus, quisquis volet reminiſci libidinum ſuarum, intelliget: quæ ſi beatos explicare poſſet, nihil cauſæ, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur. Nihil igitur dubium eſt, quin ad beatitudinem deuiæ quædam ſint. Nec perducere quenquam eo valent, ad quod ſe perducturas eſſe promittunt. *Boet. lib.3. de philoſ. conſol.*

Quis hoſtis in quenquam tam contumelioſus fuit, quam in quosdam voluptates ſuæ? Quidam ſe voluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinem adductis, carere non poſſunt, & ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo peruenerunt, vt illis, & quæ ſuperuacua fuerunt facta ſint neceſſaria. Seruiunt vtique voluptatibus ſuis, non fruuntur: & mala ſua (quod malorum eſt vltimum) amant. *Senec. epiſt.39.*

Indurandus eſt animus, & à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. Vina Annibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, victus eſt. Nobis quoque militandum eſt quodam genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ ſunt imprimis voluptates, quæ, vt vides, ſæua quoque ad ſe ingenia rapuerunt. Si voluptati ceſſero cedendum eſt dolori. *idem, 52.*

Non eſt mihi crede, tantum ab hoſtibus armatis ætati noſtræ periculi, quantum ab circumfuſis vndique voluptatibus. Qui eas ſua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus maioremque victoriam ſibi peperit, quàm nos hoſte victo habemus: *Liuius, Deca. 3. lib.10.*

Vince animum, caue deformes multa bona vno vitio, & tot meritorum gratiam maiore culpa, quam cauſa culpæ eſt, corrumpas. *ibidem.*

Peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animorum multum poſſunt: tantum contagio diſciplinæ morisque accolarum valet. *idem, decad.4. l 8.*

Turpe eſt, modo ea voluptate duci cuius poſt pœnitet: indignumque eſt eos qui hoſtibus ſuis ſuperiores euaſerint, voluptatibus ſuccumbere. *Dion. l.41.*

Voluptuoſi imminentium periculum remedium ipſa pericula putant. *Tacit. hiſt. Annal. lib.11.*

Voluptatibus Romani plus aduerſus ſubiectos quam armis valuerunt. *idem, hiſt. l.4.*

Imitatrix eſt boni voluptas, malorum mater omnium, cuius blanditiis corrumpuntur, quæ natura bona ſunt. *Cicero. 1. de Legibus.*

Malorum eſca, voluptas: qua homines capiuntur, vt hamo piſces. *Cicero in Cato maior.*

Voluptate capimur omnes. 1. *de Leg.*

Voluptates blandiſſimæ dominæ ſæpe maiores partes animæ à virtute detorquent. 2. *Offic.*

Maximas virtutes iacere oportet, voluptate dominante. *Ad Att. l.5.*

In voluptatis regno non poteſt virtus conſiſtere. *Cato Maior.*

Qui voluptati deditus eſt, huic omnia ſenſu, non ratione ſunt iudicanda: eaque dicenda optima, quæ ſunt ſuauiſſima. 2. *de Finib.*

Impedit conſilium voluptas, rationi inimica, ac mentis, vt ita dicam, perſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. *Cato Maior.*

Semouenda eſt voluptas, non ſolum vt recta ſequamur, ſed etiam vt loqui doceat frugaliter. 2. *de Finib.*

Quo maior eſt voluptas, eo magis mentem à ſua ſede & ſtatu dimouet, *Paradox.* 1.

Nemo eſt dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit eſſe in voluptate. 2. *de Finib.*

Fieri non poteſt, vt animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus literis operā dare poſſit. Nec eſt alia cauſa, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore tam ſint pauci, ſemperque fuerint, qui in hoc labore verſarentur. Omittendę enim ſunt omnes voluptates? relinquenda ſtudia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, ſermo etiam pene omnium familiarium deſerendus: quæ res in hoc genere homines à labore, ſtudioque deterret, *in oratio: Pro M. Cælio.*

Plerique propter voluptatem, & paruam, & non neceſſariam, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt: ſæpe etiam legum, iudiciorumque pœnis obligantur. 1. *de Finib.*

Nulla capitalior peſtis, quam corporis voluptas, hominibus à natura data eſt. *Cato Maior.*

Vitium veneris & gutturis non modo minuit ætas hominibus, ſed etiam aufert. *Pro M. Cælio.*

Voluptates dimittamus, & ſuis ſe finibus tenere iubeamus, ne blanditiis eius, illecebriſque capiatur nimia voluptas. 3. *de Finibus.*

Amores & deliciæ mature & celeriter defloreſcunt. *Pro M. Cælio.*

Fluit voluptas, & prima quæque euolat: ſæpiuſque relinquit cauſas pœnitendi, quam recordandi. 2. *de Finib.*

Vna cum ſocietate moritur memoria voluptatis. 2. *Offic.*

Omnibus in rebus voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt, 2. *de Orat. ad M. Brutum.*

## ❡ Apophthegmata.

*Demoſthenes.* Corinthum aliquando nauigauit, illectus famā nobiliſſimi ſcorti Laidis, vt & ipſe famoſo potiretur amore. At cum illa pro nocte decem drachmarum millia peteret: Non emo, inquit, tanti pœnitere.

*Architas Tarentin' Pythagoricus* dixit, nullam peſtem eſſe voluptâte capitaliorem. Siquidem ex ea, tanquam ex fonte, prodit quicquid eſt in hominum vita ſcelerum & calamitatum.

*Ariſtoteles* admonebat, vt voluptates contemplemur, non venientes, ſed abeuntes. Venientes enim fucata ſpecie blandiuntur: abeuntes dolorem ac pœnitentiam relinquunt.

*Zenon* incuſabat plerosque inquiens: Cum liceat è laboribus voluptates capere, eos è popinis potius petere.

*Muſonius* dicebat, extremæ impudentiæ eſſe in ſubeundis vel ſuſtinendis quidem laboribus meminiſſe corporis imbecillitatis, erga voluptates autem obliuiſci.

*Plato* dicebat, difficile eſſe inuenire, intemperantibus quidem bonam voluptatem, ægrotantibus autem ſalubrem. *Stobæus in memorabilibus dictis.*

## ❡ Similitvdines.

*Chryſoſtomi:* Sicut nauis aquis impleta, vt exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: Ita & homo, cum crapulæ & ebrietati ſeipſum exponit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit. *Homil. 9. in Geneſin.*

*Quemadmodum* acuti vepres vndecunque capiuntur, atque conſtringuntur, manus cruentant: Eodem modo deliciæ pedibus manibus, capiti, oculis, omnibus ſimiliter membris officiunt. Steriles autem ſunt, nullum, ſicut vepres, fructum producentes, ac multo magis, quam cætera pene omnia, hominem conficiunt. Deliciis enim ſenectus citius ſubrepit, ſenſus obtunditur, cogitatio retardatur, corpus diſſoluitur, maioris ſtercoris copia reconditur atque reponitur. Ita ex ingenti afflictionum aceruo, nauigio nimium oneribus oppreſſo, crebra contingunt naufragia. Adeo mala deliciarum laſciuia eſt, vt irrationalibus quoque peſtifera. Sit. Nam vt volucres nimia ſaturitate, & ſibi, & nobis inutiles efficiuntur: ſuperfluitates enim indigeſtæ, ac putredo humidior à pinguedine oriuntur, quæ vero animalia non copioſe aluntur, ſed quaſi ieiunantia, mediocri victu ſimul & labore exercentur: hæc animalia, tam ſibi ſanitatem ſeruant, quam nobis accommodatiora ſunt. Quare qui his veſcuntur, ſani viuunt: qui vero illis pinguioribus ventres voraciter replent, illis ſimiles efficiuntur, tardi, & ad ægrotandum ap[...]
ſtrictiora illis vincula comparantes. Quare amentiam [...]
maxime quis admirabitur, quia nec ita ſibi parcere [...]
bus cæteri. Nam qui vna huc illucque traducunt, [...]
vtres replere, ne diſtenti rumpantur: iſti vero ærumno[...]
nec vtris quidem dignitate condonant, ſed diſtentant [...]
que ad fauces, duplices, non vt animalia, ſibi facientes [...]
*mil. 45. in Matthæum.*

*Non ita fluuialium* fluctuum vita ripas excedere [...]
ſolet, vt deliciæ laſciuiaque bonam valetudinem, & [...]
cile ſubtrahit. Vt tenuis menſa bonæ valetudinis: Ita volupta[...]
ter eſt crapula, & vt morborum: ita faſtidii & fons eſt [...]
21. *in Ioannem.*

*Vt coronæ* virginum capiti imponuntur, quod victoria[...]
quod ſcilicet antea libidini impenetrabiles, ita demum [...]
ingrediantur, quia ſcilicet à voluptate ſuperatæ non ſu[...]
*ad Hebr.*

*Viuens* in deliciis mortuus eſt. Ventri enim ſolum[...]
cæteris ſenſibus mortuus. Neque aſpicit, quæ aſpicienda [...]
dit, quæ neceſſario audire conuenit, neque loquitur, [...]
qui. Quemadmodum mortuus quiſpiam in lecto iacens, [...]
palpebris, clauſiſque luminibus, nullum omnino ſenſum [...]
& hic, imo longe hic deterius, quam ille, affectus eſt. Ille e[...]
æque atque mala eadem ratione non ſentit, hic autem [...]
tantum amittit ſenſum, nihilque boni penitus ſentit. [...]
his, quæ in futura vita ſeruantur, mouet, ſed per omnia [...]
mobilis, atq; ita mortuus eſt, quemadmodum in c[...]
dam obſcurum & tenebroſum antrum præcipitans, [...]
ditia omni plenus, intimis & opacis vitiorum finibus [...]
ſemper in tenebris, inſtar mortuorum, degit. Iam vero [...]
tempeſtatem illam ingentem eloqui, quæ ex huiuſmo[...]
ſo deliciarum vſu in animam & corpus irrumpit? Quem[...]
enim vaſta ac perpetua nubium denſitas radios ſolis [...]
nit vim ſui fulgoris oſtendere: Ita vini ac deliciarum [...]
cerebrum, non ſecus quam ſcopulum nocte, illumque [...]
tegentes, non permittunt libere vſquam ſe intendere, [...]
nebris perpetuis detinent eum, qui ſic miſerabiliter [...]
Neque explicari poteſt omnino, quanta intus tempeſta[...]
Quemadmodum enim ſæpe, quum inundatio vehemen[...]
fuerit, aquarum vis officinarum aditum occupauerit, [...]
qui intus, cernimus, & diſcos, & amphoras & ſpongias, [...]
ma ad exhauriendum aquam excogitata deferre, [...]
fundamentis, atque commotis, omnis poſthac ſupellex [...]
Ita & anima, quoties nimis deliciis oppreſſa fuerit, [...]
nis ratio: cæterum quod iam coactum eſt, cum ex[...]
mum, quod rurſum aliud è veſtigio ingreditur, [...]
quanta perturbatio, quantuſque fluctus immineat. Qua[...]
pinguedine, craſſitudineque diſtenditur, tanto illa [...]
gis, atque imbecillior fit, tanto item obruitur & ſepelitur [...]
in oculorum pupilla, ſi quidem exterius impoſitas [...]
res effeceris, cernendi vim emittere ex ſe nequit, & [...]
quum radius ille oculorum ex ea pinguedine obtunditur, [...]
bris plena ſunt omnia: Ita & corpus quum fuerit obeſum [...]
quoque obtuſiorem euadere neceſſe eſt. At mortu[...]
putredinem tabemque vertuntur, ingenſque ab eis [...]
Ita & in ea, quæ deliciis ſoluitur, videas, quippe rheuma [...]
gamenta narium, ructus ac vomitus extra prodeunt. [...]
anima mortua, quid ex eo cibo potuque percipitur [...]
Neque ſi cadauer iaceat exanime, pulchra veſte [...]
flore veſtis proficiet quippiam: Ita neque anima mortua, [...]
corpore amicta, aliquid ex eo decore lucrabitur, *in* 1. *ad T*[...]
*milia* 13.

*Canis* inſtar eſt voluptas, ſi pellitur, fugit: ſin fouetur & [...]
permanet. *Hom. 12. tomo. 6.*

*Vt ancillæ* voluptas dominæ mœrenti nihil confert, [...]
magnifica debili corpori: Ita nec animæ quicquam con[...]
corpus floreſcit, omnibus bonis fruens. *Homilia ſexage*[...]
*de Ira.*

*Meretricem* appello hanc vitam, quæ in deliciis & vo[...]
tranſigitur: & eam quidem turpiſſimam, cuius facies [...]
aſpera, amara, crudelis: & licet tam turpis vultus eius & [...]
multos decipit, quum videant apud eam cruenta omnia [...]
mortibus, inſidiis, inuidia, tormentis plena, quumque [...]
videant peſſimis ſodalibus, contumeliis, inſania, inuidia, [...]
cioſis, metu iugi, tremore frequenti, & mille aliis inf[...]
bus, velut anguium corona circumdari: fructum vero in [...]
niſi interitum eſſe, perniciem, pœnamque perpetuam [...]
men à pluribus, amabilis & exoptabilis habetur. Tanta [...]
qui decipiuntur, ſtoliditas, vt cum eos ratio nulla ex [...]
reuocet, ne euidentia quidem indeſinenter percuntium [...]
deterreant. Non ego iſtos ſtolidiores multo, quam [...]
dicem vel regem, quos puerilis ludus, vbi aut circulus [...]
aut turbo vel trochus verberibus agitatur, & longis [...]
curua ſpacia rotantur: ita intentos & inhiantes pueri[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...vt auelli inde nullatenus queant, ignorantes penitus, per ætatis ſingularitatem nihil in illo ludo vtilitatis, nihil perfecti operis habere. Sed epulis ſatisfacit ætas immatura. Iſti quid habebunt excuſationis, qui ætate perfecta puerilem, imo & puerili imbecilliorem dementiam gerunt? *Homilia 30. Quod nemo lædatur niſi à ſe ipſo.*

*D. Baſilij*: Sicut qui in cœno ſeſe obuoluunt, continuò ſibi lutum augent: Sic qui in carnis affectus facile ruunt, nec fœditatem ex voluptate ſingulis diebus ſibi accumulant. *in Pſal.* 1.

*Sicut* ſplendens aliquid viſum perficit, ſumme autem ſplendens, hebetat atque vaſtat: & magni ſonitus ac ſtrepitus ob exceſſum, auditum tollunt: Sic & iſti ob aſſiduam atque immodicam voluptatem ſeſe vaſtant atque corrumpunt, & à delectationis via omnino aberrant. *De ebrietate.*

*Quemadmodum* piſcator hamo capit piſces: Sic diabolus homines voluptate. *Apud Antonium in Meliſſa, parte prima, ſermone* ...

*Procopij*: Quemadmodum interdum quidam nimis Veneris ſtimulis exagitati, rem habent cum muliere turpiſſima, omnibus ridiculum debentes, quamuis ipſi putent eam eſſe formoſiſſimam: Ita ... & mulieri. Voluptas & nimia licentia dabant, vt prohibita ... ipſi allubeſceret. Proinde non temere dicit in prouerbiis Salomon: Viro ſcortatori panis omnis iucundus & gratus eſt. *in Geneſ.* c.

*Olympiodori*: Rete malum eſt è multiplici vitio ac iniquitate contextum. Eſt ſiquidem, & bonum rete, ſagina ſcilicet è preceptis ... tum antiquis, tum recentioribus Saluatoris noſtri contexta. Homines ergo, qui fluitans & inſtabile huius vitæ pelagus ... varias voluptatum illecebras inſectantes, quaſi carentes ratione piſciculi, malis retibus implicantur. Illi quoque, qui opinione ... ſcientiæ ſuperbiunt & efferuntur, cum ſibi videantur exceſſi ... atque aerambuli, veluti volantes aues, dæmonum laqueis facile capiuntur, & incidunt in malum tempus infernorum ſuppliciorum, cum repentinus interitus illis adueniat. *In Eccleſ. c.*9.

*Lyſis Pythagorici*: Homo, qui à ventre vincitur, beluæ ſimilis eſt. ... *Eum.*

*Æneæ Platonici*: Omne vitium, imo totam ſimul vitioſitatem velut mandragora ſopit ac ſedat. Nempe enim non modo in corporum morbis, verum in animarum quoque ægritudinibus contraria contrariis ſæpe curantur. Non ſemper autem futura nequitia morbo præcedente comprimitur. *In Theophraſto.*

*Maximi monachi*: Quemadmodum diebus ſuccedunt noctes, & æſtates ſuſcipiunt hyemes: Sic inanem gloriæ cupiditatem, & voluptatem ſuſcipiunt dolores, & triſtitia aut in præſenti aut in futuro. *lib. 2. de charitate.*

*Quemadmodum* famelici animus panem imaginatur, & ſitientis aquam: Sic homines crapuloſi, & ventri ſeruientis ciborum varias copedias & lautitias, & voluptatum amantis mulierum formas, & inanis gloriæ cupidi honores, qui ſibi habeantur ab hominibus, & amicorum lectum, & iniuriarum memoris, vindictam eius, à quo læſus eſt, & inuidi afflictionem eius, cui inuidet. *ibid.*

*Diogenes*: Quemadmodum imperitus iaculator fruſtra ſe laboraſſe, & inanem operam conſumpſiſſe fateri cogitur, eo quod ſcopum non attigerit: Ita illi, qui omnes curas ſuas ad voluptatem dirigunt, omnem beatitudinis ſpem amittunt, à ſcopo enim propoſito hominibus procul aberrarunt. *apud Laert. lib.* 6.

*Plutarchi*: Vt qui in carcere detinentur, vnde non ſit effugium, tamen aliquando ludunt teſſeris: Sic qui in vita voluptatibus vtuntur, cum ſint ſcelerati. *in Moral.*

*Vt maior* dolor obſcurat minorem: Sic animi voluptates corporis delectationem. *ibid.*

*Lyſimachus*, ob ſitum coactus ſe dedere Scythis, denique quum frigidam bibiſſet aquam: Dii boni, inquit, quam breuis voluptatis cauſa, quantam depoſui felicitatem? Ita nobis cogitandum, poſtquam ob potatiunculam intempeſtiuam, aut Venerem, in longum morbum incurrimus. *ibid.*

*Si ebrij* comeſſatores irrumpant in domum luctu funeſtam, non ſolum nihil adferunt hilaritatis, ſed eiulatum potius excitabunt: Ita voluptates in corpore ægro offendunt quoque. *ibid.*

*Qui corpus* ægre affectum ad balneas ac voluptates trahit: quaſi putrem ac laceram nauem deducit in mare. *ibid.*

*D. Hieronymi*: Sicut vinum & ebrietas eum qui biberit, mentis ſuæ impotem facit: Ita fornicatio ac voluptas peruertit ſenſum, animamque debilitat, & de rationali homine brutum efficit animal, vt ganeas & lupanaria & libidinum luſtra ſectetur. *In caput quartum Oſe.*

*D. Ambroſ.* Duæ mulieres vnicuique noſtrum cohabitant, inimicitiis ac diſcordiis diſſidentes, velut quibuſdam zelotypiæ contentionibus noſtræ replentes animæ domum. Vna earum nobis ſuauitati & amori eſt, blanda conciliatrix gratiæ, quæ vocatur voluptas, quæ eſt meretrix. Nam quid tam meretricium, quam ſecularis voluptas, quæ à feneſtra domus ſuæ intrat: oculis prima tentamenta prætendens, & penetrat cor: ſi tu in plateas proſpiciens, id eſt, in publicas tranſeuntium vias, non in legis interna myſteria, obtutum mentis intendas? Ea profecto eſt, quæ validioribus vinculis, velut cubile quoddam conſociatæ nobis communitatis intexit, vt qui inclinauerit ſe ligetur, & opprobrioſæ fraudis vela non operiat corporis ſui ſtratum, ad ſolicitandum animos iuuenum, abſentiam viri, hoc eſt, incuriam legis obtendens. Lex enim peccantibus abeſt. Nam ſi adeſſet, non delinqueretur. Ideo ait: Non eſt vir in domo eius: quia in gratiam ſui legem velint eſſe venialium. Spargit odores ſuos voluptas, quia Chriſti odorem non habet. Theſauros oſtendit, regna promittit, amores ſpondet continuos, diſciplinas ſine pædagogo, ſine monitore ſermones, vitam ſine ſolicitudine, mollem ſomnum, inexplebilem cupiditatem. *libro 1. de Cain & Abel, capit.* 40.

*D. Antonij Abbatis*: Vere etenim dico vobis nati mei, quia vas iſtud, in quod ſumus inhabitantes, in perditionem nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro certo filioli dico vobis, quod omnis homo illectus in voluptatibus ſuis, & proſtratus à cogitationibus propriis, complexuſque à maligno, ſeminauit in corde, qui congaudet eis, & recepit ſenſu veluti magna exiſtentia ſacramenta in eo, quod agit, iuſtificans ſemetipſum: huiuſmodi anima exiſtit malignis ſpiritibus conſiliatrix in malum: corpus quoque illius cuſtodia eſt horrendorum arcanorum, quæ occultat in ſemetipſo. *in epiſt. ad Arſenoitas.*

*Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ*: Sicut phrenetico imponenda eſt cuſtodia, conſtituenda eſt lex: Ita & voluptati noſtræ. Ipſa enim peccatorum origo, criminum fomes, ac omnium malorum incendium eſt *In ligno vitæ, de obedien. c.* 1.

*Sicut impoſsibile* eſt, vt ignis inflammetur in aqua: Ita & præter naturam exiſtit in compunctione cordis, & ſpirituali delectatione vigere delicias temporales. *Lib. de vita ligna, c.* 4.

*Vt caro* hominis mollibus nutritur: ſic duris anima. Spiritus enim deficit, vbi corpus voluptatibus acquieſcit. *Libr. de ligno vitæ cap.* 4.

*Ciceronis*: Non eſt neceſſe, tanquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere. *lib. 2. de Finibus.*

*Senecæ*: Sicut in aruo, quod ſegeti proſciſſum eſt, aliqui flores internaſcuntur, non tamen huic herbæ, quamuis delectet oculos, tantum operis inſumptum eſt: aliud fuit ſerenti propoſitum, hoc ſuperuenit: Sic voluptas non eſt merces; nec cauſa virtutis, ſed acceſſio. Nec quia delectat placet: ſed quia placet, delectat. *De beata vita, cap.* 9.

*Sicut deprehenſi* mari Syrtico modo in ſicco relinguuntur, modo torrente vnda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, & amore cœco rei. Nam mala pro bonis petenti periculoſum eſt aſſequi. Vt feras cum labore periculoque venamur, & captarum quoque ſolicita poſſeſſio eſt: ſæpe enim laniant dominos: Ita habentis magnæ voluptates in magnum malum euaſere, captæque cepere. Quæ quo plures maioreſque, eo ille minor, ac plurium ſeruus eſt, quem felicem vulgus appellat. *ibid. cap.* 14.

*Vt vlcera* quædam nocitura manus appetunt, & tactu gaudent & fœdam corporum ſcabiem delectat, quicquid exaſperat: Non aliter dixerim his mentibus, in quas voluptates velut mala vlcera erumpunt, voluptati eſſe laborem vexationemque. *libr. 1. de tranquill. vita, c.* 2.

*Quemadmodum* qui beſtiarum cubicula indagat & laqueo captare ferias magno æſtimat, & magnis canibus circumdare ſaltus, vt illarum veſtigia premat, potiora deſerat, multiſq; officiis renuntiat: Ita qui ſectatur voluptatem, omnia poſtponit, & primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit: nec voluptates ſibi emit, ſed de voluptatibus vendit. *ibid.*

*Vt Latronum* genus, quod Ægyptii Philiſtas vocant, in hoc amplectuntur, vt ſtrangulent: Sic voluptates, dum blandiuntur, necant. *apud Eraſ.*

*Vt æque* mortuus eſt, qui conditus eſt in odoribus, & qui trahitur vnco: Ita æque ſunt infelices, & qui voluptatibus indulgent, & qui ambitioſis negotiis vacant. *ibid*

*Eraſmi Roterodami*: Qui biberint ex Clitorio lacu, iis vini tædium obruitur: Ita qui ſemel guſtarint poeticen, abhorrent à philoſophiæ præceptis, aut contra: ſiue qui ſe mundanis voluptatibus ingurgitatur, abhorrent ab honeſtis illis, ac veris oblectamentis. *In ſimil. lib.*

*Plinij*: Sicut Maronæum vinum, cuius meminit Homerus, vicies tanto aquæ mixtum, tamen vigorem ſuum ſeruat: Ita ſapiens nullis ſoluitur voluptatibus. *lib. 14. c.* 4.

*Tradunt* Phyſici veteres, ſolem marinis aquis paſci, lunam dulcibus: Ita ſapientes amara quærunt, modo vtilia: ſtulti quæ delectant modo, ſectantur. *ibid.*

*Thriueri*: Quemadmodum canis ille Æſopicus vana ſpe luſus eſt, qui, dum vmbram carnis venatur, ipſam carnem reuera amiſit: Ita hodie falluntur, qui pro veris animi deliciis, hoc eſt, virtute, ſequuntur voluptatem carnis. *in apoph.* 34.

*Pruritus* qualeſcunque fuerint, non citra dolorem exiſtunt: Et nulla eſt corporis voluptas, quæ non ſaltem leniore fermentata eſt dolore. *in apoph.* 125.

*Non ſolent* homines admodum deſiderare, quæ optimus quiſq; contemnit. Tanto magis admirandum, quod omnes ad voluptates ferimur, quas ſapientiſſimus quiſque fugit. *in apoph.* 70.

*Inſipiens* admodum Lyſimachus, qui neceſſitudine ſitis tradidit totum exercitum: multo incontinentiores nos, qui breuiſſimarum rerum libidine contenti ſumus, nos in perpetuum perdere. *in apophthegm* 99.

## ❡ Exempla Profana.

Celeberrimi omnium ob delicias Perſæ, quorum reges Suſis hyemabant: æſtate degebant Ecbatanis. Suſa ob loci amœnitatem vocata fuiſſe, ſcriptum reliquit Ariſtobulus: ac etiam Chares. Eſt enim Suſum, lilium. Verſantur per autumnum in Perſepoli, ac reliquam totius anni partem in Babylonia. Parthorum Reges Rhagis vere commorantur: hyemant in Babylonia.

*Byzantij* notati ſunt à Græcis, vt acolaſti, & intemperantes, qui in Venerem & Vinum ferrentur præcipites. Plurimum enim verſabantur in caupona. *Theat Zuing. fol.* 2204.

*Ionum* mollities quondam abiit in prouerbium. Primi vnguenti, coronarumque conuiuiis dandarum, & ſecundæ menſæ conſuetudinem repererunt. Hinc Horat.

*Motus doceri gaudet Ionicos*
*Matura virgo.*

*Theopompus* de Theſſalorum deliciis ſcribit lib. 4. quod cum ſaltatricibus viuant, ac in orcheſtris alii taxillis ac potu diem abſumunt: ſumptuoſiſſimi ſunt omnium Pharſalii, ac pigerrimi. *Athenaus lib.* 12. *c.* 10.

*Lydorum* mollitiem *Athen. lib.* 11. *c.* 4. narrat.

*Sybaritæ*, populi Calabriæ, deliciis & voluptatibus adeò indulſerunt: vt luxurioſa omnia dicerent Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus: & Sybaritici libelli, id eſt, impudici. Conuiuia celebraturi, anno prius per fœminas ſumptuoſiſſime veſtitas inuitabant. Erant & faſtu præturgidi, hinc adagium Sybaritæ per plateas. Artes, quæ ſono conſtabant, è ciuitate eijciebant, ne qua ratione interpellaretur quies. *Athen. lib.* 12. *c* 6.

*Syracuſani*, opibus florentiſſimi, voluptatibus ac deliciis addictiſſimi fuere. Vnde & Syracuſana menſa tranſit in prouerbium. *Rauiſius.*

*Campani* eò deliciarum prouecti ſunt, vt ad gladiatorum paria conuiuas inuitarent ad cœnam, numerum eorum pro cœnarum dignitate definientes. Cum vero Annibali ſeſe dedidiſſent, exercitum eius in hybernis ita corruperunt: vt Hannibal ipſe Viros ſeſe introduxiſſe: Fœminas eduxiſſe affirmaret. *Strabo libr.* 5. *Valer. lib.* 9. *c.* 1.

*Tarentini*, populari primum dominatione potentiſſimi fuere: poſterioribus annis illecebroſæ inualuere deliciæ, propter fortunas nimium ſecundas: adeo vt plures dies per annum impenderent ludis, feſtisque celebritatibus, quam reliquis rebus. *Athen. l.* 12 *c.* 7. & *Strabo lib.* 6. *Coſmograph.*

*Tyrrhenorum* regionem nequitiæ officinam *Athen. lib.* 12. *cap.* 5. multis verbis deſcribit.

## ❡ Fabulæ.

### Capra & Lupus.

Conſpicatus in alta rupe ſtantem capram. Quin tu, inquit, vel Leo, vel Lupus, huc in herbidos campos, & ad lætas frondes deſcendis, & iſta ſterilia & nuda loca relinquis? Cui reſpondit Capra (ſenſerat enim fraudulenter locutum) Non eſſe in animo ſibi dulcia præponere ſalutaribus.

Fabula docet, Voluptatum ſtudium interdum eſſe exitiale.

### Ab apibus ictus.

Quidam conſpecto alueo, intra quem apes acquieſcerent, acceſſit, & aperit illum, auidus mellis, tum in ipſum apes facto impetu inuolant, & quæcunque partes in corpore patebant, eas configunt aculeis ſuis. Hic verò peſſime acceptus, vix fuga ſe eripuit, & periculum euaſit. Quem conſpicatus alius, quod eſſet ore tumido & vlcerato, cauſam mali ſciſcitatur. Hic vero, quid ſibi accidiſſet, narrat. Tum ille, at tu, inquit, poſthac apes prius repellito & abigito: ita denique mel tuto capere, & frui illo ſecure poteris.

Monet fabula, non cupiditatibus temere obſequendum, & quicquid faciendum ſit, vt cum ratione aggrediamur.

### Muſcæ.

Ad mel profuſum in cella quadam aduolantes muſcæ, illius dulciſsimo ſucco iucundiſsime paſcebantur. Sed iam ſaturæ, cum auolare vellent, pedibus in tenace liquore hærentibus, nitentes etiam alas implicuerunt quaſi viſco quodam mellis. Itaque morituræ: ô miſeræ! inquiunt, quantillus nobis cibus interitum attulit?

Fabula reprehendit voluptuarios & liguritores, qui lenocinio dulcedinis in magna ſæpe mala incurrere, & ſæpe etiam interire ſoleant.

### Vultur.

Vultur inuitatis auiculis ad conuiuium, quod illis dare ... die natali ſuo, poſtquam hæ affuere ad tempus, clauſis for... mus capere & occidere ſingulatim omnes, & de inuitatis epulas ſibi inſtruere cœpit.

Fabula monet, voluptatis ſectatores non prouiſum in ex... incidere ſolere.

*Vide Delitiæ, & Luxuria.*

# Voracitas.

## ❡ Definitio et Etymolog.

Voracitas, Græce βοςὰ, ᾶς, ἡ, & φάγος, ȣ, ὁ, vel βόρος, ȣ, ὁ, edi... tur. Hebr. *Zolel*, voracem appellant, à verbo *Zalal*, in lu... xit, luxuriatus eſt, comeſſatus eſt, prodegit bona ſua ... profuſione. Metaphoricè ſignificat hominem impurum & ... gaſtrimargię deditum, inſtar porci, macelli barathrum, eſcarum ... niciem, fruges conſumere natum, ventrem, &c. Vide *Deut.* 21. ... *Prou.* 23. 20. 21. & 28. 7. 7.

Eſt autem voracitas, guloſitas dicta à vorando. Vorare ... proprie eſt cibum non confectum dentibus deglutire, & per meta... phoram eſt auide ſumere.

## ❡ Apophthegmata.

*Zeno Citticus*, quum in quodam conuiuio vidiſſet homi... immoderatius obſonia vorantem, ipſe piſcem ingentem ... è patina ſuſtulit, quaſi ſolus deuoraturus. Alter intuens Ze... eius admirabatur impudentiam. At quid, inquit, putas con... bus tuis accidere quotidie, ſi meam opſophagiam ferre non po... *Laert l.* 7.

*Diogenes* vulgo canis dicebatur. Sunt autem canum multa ge... ra, ſunt enim venatorii, ſunt aucupatorii, ſunt cuſtodes ... dium, ſunt qui habentur in delitiis. Ergo percontanti, ... canis eſſet, lepide reſpondit: Eſuriens, Melitæus: ſatur, ... quod cibi appetens, blandiretur: ſaturatus, morderet. *Laert.* ...

*Corydus*, Cum Chærephon nudus in conuiuio diſtenderetur ... Chærephon! inquit, nunc te veluti lecythos intueor, quouſque ... nus ſis. In lecythis vitreis apparet, quouſque plenæ ſunt, ... tur à thecis: Ita in cute illius apparebat expletio corporis. ... *lib.*

*Vide Abſtinentia, Intemperantia, Temperantia, ... Ebrietas.*

# Votum.

## ❡ Definitio et Etymolog.

Votum, Græce εὐχὴ, ῆς, & εὔχομαι, voueo, dicitur. Hebr. ... *Nedher* dicitur, id eſt, votum liberum, quod quis ſponte ... bera voluntate promittit: à verbo *Nadhar*, vouit ... cit votum de aliquo munere donando. Cognationem habet ... *Detur*, id eſt, libertas: nam votum eſt quod de libera volunt... Hinc δῶρον, donum: δωρέομαι, dono. Eſt autem votum ali... ni cum deliberatione Deo facta promiſsio.

Votum eſt propoſiti ſupererogantis promiſsio, Deo ... pter bonum finem ex deliberatione firmata. *Richard.* 1. *ſent. diſtinct.* 38. *art.* 3.

Votum dicitur à voluntate, quaſi à primo mouente ... promittendum: *ſecundum B. Thomam ſecunda Secund. q... art.* 1.

Votum eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, ... bet fieri Deo de his, quæ Dei ſunt. *ſecundum eundem ibid.*

Vouere, eſt aliquid Deo ſancte promittere. Quoniam ve... hementer deſideramus, quæ voto à Deo poſcimus fit, vt ... pro deſiderio capiatur: vnde voti compos, qui deſiderium ... aſſequutus eſt. Hinc deuoueo, hoc eſt, deſtino, imprecor. Hinc ... tum, quod modo ad proſperum, modo ad aduerſum refertur.

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

Quæ ſanctificaueris & voueris Domino, tolles, & venies ... cum, quem elegit Dominus, & offeres oblationes tuas. *Deut.* ...

Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis ... quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris ... tabitur tibi in peccatum, &c. 23.

Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit animam ſuam Deo ... æſtimatione dabit pretium. *Leuit.* 27.

Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iu... ramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne, quod ... ſit, implebit. *Num.* 30.

Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pa-
…quod pollicita eſt, & iuramentum, quo obligauit ani
… & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita eſt, & iurauit,
…mplebit. *ibid.*
…eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. *Iob.22.*
… & reddite Domino Deo veſtro, *Pſalm.75.*
… homini deuorare ſanctos, & poſt vota retractare. *Pro-*

…vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infide-
…promiſſio. *Eccleſ.5.*

## ¶ Loci Biblici.

…æ reddenda, *Leuit.27, v.2, Num.30, v.3,6,* Vota Deo red-
…12, v.17, *Pſalm,50, v.14, & 66, v.13. & 76, v.12, Ionæ 2, v.*
…reddenda, *Deut.23, v.21, Eccleſ.5, v.3,* vota quomodo
… *Leuit.27, v.15.*

## ¶ Sententiæ Patrum.

…m quædam, quæ non vouentes debemus, quædam et-
… ſi vouerimus, non debemus: ſed poſtquam ea Domino
…, neceſſario reddere conſtringimur. *Aug & hab.17.q.1.*
…dam.
…nubentes poſt votum aſſerunt adulteros eſſe, ego autem
quod grauiter peccant, qui tales diuidunt. *Idem, lib. de bo-*
… *& hab diſt.27 Quidam.*
… Deo pecunias vouerat, quas poſt, victus perſuaſione
…traxit, ſed qua morte mulctatus eſt ſcis. Si ergo ille
…lo dignus fuit, qui eos, quos vẽderat numos, Deo ab-
…era quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui
…os, ſed ſemetipſum Deo Omnipotenti, cui te ſub mona-
…oueras, ſubtraxiſti. *Greg in Regiſt. & hab.17. q.1. can.*

…promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decre-
…d incaute vouiſti, ne facias. Impia eſt promiſſio, quæ
…pletur. *Iſidorus in Synonymis lib. 2. & habet. 22.q.4.c.In*

…vouiſti, iam te adſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet.
…, ſi non feceris, quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil
… Minor enim tunc eſſes, non peior: modo autem, quod
…, ſi Deo fidem fregeris quanto beatior, ſi perſolueris.
… *epiſt. ad Armentarium & Paulinum.*
…o fuit ſtultus, qui diſcretionem non adhibuit: & in
…us. *Hier. in Hiſtor. Iepht.*
…romiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum.
…e vouiſti, non facias, impia eſt promiſſio, quæ ſcelere
…*ſidor. lib.2 ſoliloquior.*
…idem votum, ſi tamen ibi nihil admiſceatur aduer-
…æ vbiq; deceat iuſtitiam cuſtodiri, in illis tamen rebus
…ſſaria eſt, quæ diuinis obtutibus offeruntur: ne pute-
… Deum, vnde accipiat, ſi fraudatis oblationib. acquie-
…b.3.
…non vouere, quam vouere illud, quod ſibi is, cui pro-
…exſolui. *Bern. in quodam ſerm.*
…itate remiſſio voti, non diſpenſatio, ſed præuaricatio
… contra voluptatem, murmur eſt, non profectus. *De*
…*nſat.*
…r ad ſoluendum, qui non cogitur ad vouendum. *In*

…bitror minora vota impedire debere maiora, nec
quodcunq; ſibi promiſſum bonum, ſi pro eo melius
…perſolutum. Enim vero alicui forte debenti vobis
…anquid ſi pro eis die conſtituta marcam ſolueret ar-
…emini? *epiſt.57.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Virgil. AEneid. lib.6.

*…eſſas in vota, preceſq;*
*…ait, AEnea, ceſſas.*

Lucan. lib.5. Pharſaliæ.

*…bona vota timori*
*…menuto nouo.*

Ouid. Faſtorum lib.5.

*…Iouem vidi, cum iam ſua mittere vellet*
*…ulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.*

Perſius ſatyr.2.

*…d cuiuis promptum eſt, murmurq; humileſq; ſuſur-*
*…*
*…re de templis, & aperto viuere voto.*

Martial. Epigram. lib.8. de columba.

*…minum mundi flectere vota valent.*

Antholog. Sac. Iac. Bill.

*…l voneat Domino quiſquis bene corde volutat,*
*…um ſe totum præparet & voueat.*
*…enim offerri nequit hoſtia mentis in ara,*
*… Chriſti exemplo ſuauior exit odor:*
*…m homo caſtarum … libamina morum.*

*Et de virtutum munere ſacra litat.*
*Sic tamen, vt norit, qui reddit vota Tonanti,*
*Vnum diuinis cultibus eſſe locum.*
*In toto mundo, quem vera Eccleſia præbet.*
*Et ſine quo nullum iuſtitiæ eſt meritum.*

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

Qui optant quæ ſit nefas, dicebat conſentaneum eſſe hos æquè à diis optata non conſequi atq; ab hominibus non adipiſci qui ea rogant quæ per leges petere non liceat. *Xenoph. l.1. Cyripæd.*

Quidam turpiſſima vota diis inſuſurrant, ſi quis admouerit aurem, conticeſcent, & quod ſcire hominem nolunt, Deo narrant. Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat. Sic loquere cum Deo tanquam homines audiant. *Seneca ad Lucilium epiſt.10.*

O quam inimica ſunt nobis vota noſtrorum, eo quidem infeliciora quo ceſſere felicius. *In epiſt.*

Caute vota redduntо. *Cic. lib.2. de Legib.*

Socrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum à diis immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent. Quia ii demum ſcirent, quid vnicuiq; eſſet vtile: nos autem plerunq; id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late parentes errores cœcas precationes tuas ſpargis: Diuitias appetis quæ multis exitio fuerunt, honores concupiſcis, qui complures peſſunded erunt: regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: Splendidis coniugiis iniicis manus, ac hæc vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt: Deſine igitur ſtulte futuris malorum tuorum cauſis, quaſi feliciſſimis rebus inhiare teq; totum in cœleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. *Val. Max. lib.7.c.1.*

## ¶ Apophthegmata.

*Diagoras*, cum in Samothraciam veniſſet, atq; ei amicus quidam dixiſſet: Tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint, in portumque ſalui peruenerint? Ita fit, inquit. Illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, & in mari perierunt. *Bruſ. l.7.c.15.* Riſit ethnicam ſuperſtitionem: quid enim poſſunt ſola & res ludicræ ac nihili?

*Diogenes* eos ſummopere reprehendebat, qui ſi quid ſecus eueniſſet, fortunam incuſarent: id quod vulgus hominum ſolet, dicens ipſos homines potius incuſandos, qui poſtularent à fortuna, non quæ vere bona eſſent, ſed quæ ipſis bona viderentur. Nam ſi permitterent diis, quæ ipſi iudicent optima dari, darent: nunc acceptis his, quæ flagitarunt, impudenter incuſant Deos. *Laert. l.6.*

*Anonymus.* Lacon quum voto ſe obſtrinxiſſet, quod ſe de Leucate petra præcipitem daret, conſcendit montem, & conſpecta altitudine ſeſe auertit. Id cum illi probri gratia obiiceretur: Non putaram, inquit, illi voto maiore voto opus eſſe, ioco illuſit inconſtantiæ formidiniſq; crimen. Etenim qui facinus arduum concipit animo, prius à diis optare debet animum facinori parem. *Plut. in Lacon.*

*Auguſtus Cæſar*, cum Caium ex filia nepotem in Armeniam mitteret, optabat à diis, vt illum Pompeii beneuolentia, audacia Alexandri, ipſius autem fortuna comitaretur. Quod in ſingulis erat præcipuum, id optabat vni contingere. Illud autem ſingularis cuiuſdam erat modeſtiæ, quod vir ingenio, doctrina, conſilioq; præſtans, ſua præclare geſta fortunæ adſcribebat. *Plut. in apophtheg.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Caſsiani.* Neq; opificii cuiuſquam deſertio eſt demutatio ferramenti: aut ſegnitiem arguit viatoris, viæ compendioſioris ac directioris electio: Ita & in hac parte emendatio diſpoſitionis improuidæ non ſpiritualis voti, eſt iudicanda tranſgreſſio: quicquid enim pro charitate Dei & pietatis amore perficitur, non ſolum nulla reprehenſione, ſed etiam laude digniſſimum eſt. *Collatione 17. capit.14.*

*Thriueri.* Qui ex infirmitate carnis perfectioribus ſe votis adſtringunt, iis ſimiles ſunt, qui pecuniam ad vſuram accipiunt: Fere enim neutrum reddunt. *In apoph.45.*

*Res quæ* nimium tenduntur, fere conuelluntur: Sic magnis conatibus & votis ſæpe excidimus, paruis ac mediocribus fruimur. *In apoph.121.*

## ¶ Adagia.

Vtinam mihi contingant ea, quæ ſunt inter Corinthum & Sicyonem.

*Poterit per iocum torqueri in eum, qui quod aſſequi non poteſt, id votis tamen quaſi ſomniat.*

Omne æs alienum cæpe, & mulcta allium.

*Cum quis obſtrictus multo ære alieno, optat vt paruo dependere poſſit quicquid debet.*

Votum munificum. εὐχὴ μεγαλόδωρος.

*Vbi quis animo ſpes regias concipit, tamq; voto diues eſt.*

Alia dantur, alia negantur.

*Quoties è duabus naturæ dotibus altera contingit, altera negata eſt. Veluti ſi cui formæ decus adſit, deſit ingenii laus. Siue cum è duobus poſtulatis, alterum duntaxat impetratur, quadrauerit illud Homeri.*

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.

*Annuit hoc illi diuum pater abnuit illud.*

Canis panes ſomnians καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται ἰχθῦς χηγῶν.

*Somnia cuncta canum, panes: ego ſomnio piſcem.*

*Senſus eſt, vnicuiq; ea per ſomnium occurrere, quæ impenſe deſiderat. Theocrit.*

Etiam dormiens ſomniat. ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων.

*Quoties ſignificant aliquem toto pectore rei cuipiam addictum deditumq;. Terent Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit.*

Ne contra bouem opta. μὴ κατὰ βοὸς εὔχου.

*Admonet adagium non eſſe vitam inſtituendam iuxta votum animi, neq; quiduis ſperandum à ſuperis, ſed vt ea duntaxat ſibi quisque promittat, quæ poſsit induſtria conſequi. Diogen.*

Adoraturi ſedeant. καθῆσθαι προσκυνήσοντας.

*Significat vota certa concipere oportere, & in his, quæ ſunt optima, perſeuerare. Quidam arbitrantur alium ſubeſſe ſenſum: quod oporteat eos qui ſacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes, ſed vacuos ac totos rei diuinæ intentos eſſe.*

Non quiduis contingit quod optaris.

*Qui negabit omnia contingere homini quæ ſperarit, animoq; conceperit, accommodabit illud Homeri.*

Ητοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι,

Γίγνοντ', οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι.

*Friuola ſcilicet exiſtunt & inania quædam*

*Somnia, nec quodcunq; vides, ſic euenit omne.*

Quæcunq; in ſomno videntur. ὅσσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεις.

*De votis immodicis dicitur.*

Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt. *Virgil.*

*Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*

*Nam quod quiſq; credit facile ſperat.*

Quid non fies, profectus Arbelas? τί οὐ γενήσῃ ἰὼν Ἄρβηλα;

*In eo dici ſolitum, qui peregre proficiſcens, ingentia ſibi pollicetur: fretus gentis, ad quam demigrat, inſcitia barbarieq;.*

Semper ſuperioris anni meliora. ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.

*Cum præſentia diſplicent & anteferuntur anteacta. Horat.*

*Laudator temporis acti*

*Se puero.*

## ¶ Exempla Biblica.

Votorum *exempla*: Iacob, *Geneſ.* 28. *v.* 20.21. & 31,13. Iſraelitæ, *Exod.* 36,3, *Num.* 21,2, Iephthe, *Iudic.* 11,30, Michæ mater, 17,3, Anna Elcanæ vxor, 1, *Sam.* 1,11, Saul, 14, *v.* 24, Abſalom, 2, *Sam.* 15,7,8, Pater regis Aſa, 1, *Regum* 15,15, Aſa, 2. *Paral.* 15,18, Iſraelitæ, 1. *Paral.* 29,9, Iudith. 16,22, *Dauid* 2, *Paral.* 5,1, *Pſalm.* 22,26, & 61,9, & 66,13,14, & 1, 16,14, Nautæ, *Ion.* 1,16, Ionas, 2,10, Heliodorus, 2. *Maccab.* 3,35, Paulus, *Actor.* 18,18, Quidam Iudæi, 23. *verſ.*

## ¶ Profana Exempla.

*Clodoueus* Francorum Rex ad Tolbaicum oppidum cum Alemannis congreſſurus humana ſpe deſtitutus, ad opem cœleſtem implorandam verſus, fidei vxori Clotildi in paciſcendis nuptiis datæ memor, Chriſtum ſeruatorem ſe profeſſurum vouit, ſi victor domum rediret. *P. AEmil. l.* 1,

De nauigatione Theſei ſic ſcribit *Plato* in Phædone: Theſeum profectum in Cretam cum bis ſeptem hominibus, votum ſuſcepiſſe: ſi ipſe ſaluus ſaluos ſuos reduceret, ſingulis annis ſpectaculum Delphos ducturum ad Apollinem: quem morem Athenienſes adhuc ſuo tempore ſeruarent, vt ipſam eandem Theſei nauem coronatam Delum mitterent: quo toto nauigationis tempore, quouſq; ad Piræeum rediit, nefas ſit quenquam ſupplicio capitali afficere. *Theat. Zvving.*

*Albertus* Rex Britonum à Normannis afflictus, votum vouit, cũ aſſenſu ſubditorum ſuorum: ſi Deus ſibi victoriam largiretur: ſeſe decimam partem omnium bonorum ſuorum Deo & ſancto Petro Romam miſſurum. *Regino. l.* 2.

*Lacedæmonii* Argiuis agrum, qui Thyrea dicebatur, abſtulerant, concurſum vtrinque infeſtis ſignis: Lacedæmonii tamen victores euaſere. Ex eo tempore Argiui tonſa coma, deuouerunt ſeſe, ne prius comam alerent, neve mulieres aurum ferrent. *Cic.* 3. *Offic.*

*Africanus poſterior*, Cenſor, cum luſtrum conderet inq; ſolito ſacrificio: ſcriba ex publicis tabulis ſolenni eius precationi carmine præiret, quo dii immortales, vt populi Romani res meliores amplioresq; facerent, rogabantur. Satis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt: itaq; precor vt eas perpetuo incolumes ſeruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iuſſit. Qua votorum verecundia deinceps Cenſores in condendis luſtris vſi ſunt. Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano Imperio petendum

fuiſſe, cum intra ſeptimum lap. ... rem autem totius terrarum Orbis partem poſſidens, ... ſet quicquam vltra appetere: ita abunde felix ſi nihil ... nebat, amitteret. *Valer. Max. lib* 4. *cap.* 1.

Locrenſes diis vota facientes, ſe virgines proſtituturos ... ferro ſe digladiaturos, & pro alterius ſalute ſe & ca... uoturos, *Perſæ* viuos homines ſe defoſſuros promiſerunt ... *ab Alex. lib* 3.6.22.

## ¶ Apophthegmata.

Aiunt, qui ſacerdotum AEgyptiorum comment... ctantur, *Tritonem ideo biformem* pingi ſolitum: ſuperiore parte hominem: inferiori vero piſcem: vt ex humore ... tem, & damnum conſequi moneremur: cum illi ex ... bonum: ex piſce, non niſi perniciem interpretarentur. ... 51. *pag.* 284. *F.*

## ¶ Fabulae.

Lunæ nuptiæ.

Lunam narrant voluiſſe aliquando maritum habere ... Iouem auem veritum, ne ſi liberos ſui generis procrea... cœleſtium perturbatio exiſteret, annuiſſe quidem ſed ... ius animantis maximus in terris vſus eſſet, ea de ipſorum ... tu naſceretur. Illo tempore proxime ſecuto Deucal... ex terra innumerabiles mures prodierant, ita vt ca... bus bellum facerent, quando & cum Ranis prælio ... quod carmine poſtea ſuo complexus eſt Homerus. ... furorem & ſuperbiam compeſci neceſſe fuit. Itaq; ... cuit Ioui & reliquis diis, quæ ferocibus muribus oppo... cum nequaquam diutius carendum videretur, feles ... perio eniſa Luna dicitur, quæ in terras dimiſſæ breui ... res attriuere, inq; ſuos ſpecus & cauernulas redegere ... autem ſuæ hæc indicia retinet hoc genus vt ſimul ... Luna pingueſcant feles, cum euaneſcente attenuent... reddantur.

Fabula docet, ſtultorum votorum ſimiles exitus eſſe.

Agricola

Aſſiduus Cereris cultor agricola exorauerat Deam ... menta ſua abſq; ariſtis produceret. Ita enim rebatur ... labore exculpi poſſe. Sed indefenſa grana, de ... ſegete, auiculæ excuſſere roſtris & deuorarunt.

Fabula narratur contra votorum ſtultitiam & ... tes ſpe parui commodi in magnum ſæpe malum ...

Bubulcus.

Bubulcus amiſerat vitulum de armento, quod ... Tum ille ſyluas & ſolitudines obire, & requirere ... ta opera & labore magno nequicquam abſumpto, ... cit, ſe hœdum illi cæſurum, ſi eſſet ſibi fur oſtenſus, ... puiſſet. Ibi forte delatus in ſaltum, videt leonem ... tur vitulus. Ad cuius conſpectum ingenti formi... bulcus: Magne, inquit, Iupiter! reperto vituli fure ... ex voto debere confiteor, ſed nunc opimum bouem ... ex illius vi atq; vnguibus me eripe.

Fabula monet, eſſe quoſdam leuis animi homines ... mere quæ forte concupiuerint, eaq; conſecuti ... mis angi, & quærere, quomodo amittere poſſit. ... bat, nihil à diis nominatim, ſed ea, quæ profutura ... petenda eſſe.

*Vide, Oratio, Preces.*

# Vox.

## ¶ Definitio et Etymol...

VOX, Græce φωνή, ῆς & φωνήεις, ήεντος, ὁ vocalis dic... Kol, ſonus, ſtrepitus, tonitru. Cognationem ... conuocauit: item cum Kalal, leuis fuit. Quid ... us? Hinc καλέω voco, κλέω, dico, &c. Eſt autem vo... inſpirati ad vocalem arteriam moti ab anima, qu... bus. *ſecund. Ariſt. lib.* 2. *de anima.*

Vox eſt aeris per linguam percuſſio, quæ per ... ris partes, quæ arteriæ vocantur, ab animali pro... *dum Boethium in principio additionis ſecundæ ... hermin.*

Vox eſt ſonus cum quadam imaginatione ſignifi... *Boeth. ibid.*

Vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus, natural... tis formatus. *ſecundum Petrum Hiſpanum in ... ca.* Sunt autem naturalia inſtrumenta, quibus ... uem. Verſus:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*[illegible] a vocem ſunt: C[illegible] Palatum,*
*Quatuor & dentes, & duo Labra ſimul.*

...quicquid ſonat, & dicitur ἀπὸ τοῦ βοάω, quod eſt ſono. Virg. ...ad ſidera voces. Eius diminitiuum vocula. Hinc vocifero[r]... feror: quod eſt cum dolore, ſiue indignatione, maiorem vo[cem]... Item vocalis, id eſt, ſonorus.

## ¶ Loci Biblici.

...pro ſono, Hebraico more, 2.*Reg*.6,31, *Ezech*.43,2, *Matth*.24, ...1.*Cor*.14,7,8. pro eo, quem loquentem non videmus, *Apo*... vox è cœlo auditur, *Deut*.4,36, *Luc*.9,35, 2.*Petr*.1,17, *Ioan*. ...9,4. & 26,14, *Apocal*.1,10, & 14,13, vox Dei audienda, ...26, *Deut*.30, ꝟ.8,10, vocem Dei non audientes puniuntur, ...vocem ſuam vt audiamus conuertit nos Deus, *Deut*.4,33, ...nouitates vitandæ, 1.*Timoth*.6,20, De vocibus Dei, Patris, ...Spiritus S. Angelorum, hominum, multa in Theologorum li[bris].

## ¶ Sententiae Philos.

...iiſdem literis, ſic nec vocibus quidē iiſdem omnes vtun[tur]... vero & ſenſa animi quorum primum verba notæ ſunt, & res ...ſenſus animi ſpeciem gerunt, idem apud omnes valent. *lib. ...c.1.*

...nyma dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt: de... autem naturæ nomini congruens alia atq; alia. *In iis quæ Ca... antecedunt.c.1.*

...nyma dicuntur, quorum & nomen commune eſt: & eadem ...attributa naturæ definitio. *ibid.*

Paronyma vocantur, quæ orta ab vno varie commutantur: vt à ...Grammaticus: fortis à fortitudine. *ibid.*

Huius generis ſunt nonnulla, quorum multiplicitatem explicare ...facile: cuiuſmodi ſunt ens, vnum. *lib.1 de reprehenſ. Sophiſt. ...c.6.*

Sunt tres potiſſimum modi quib. omnis homonymia & amphi[bolia] continetur. Vnus, quando aut oratio, aut vocabulum, proprie ...ſe multa ſignificat: vt aquila, canis: a ter eſt quando ex vſu lo... multiplicitas naſcitur: tertius, cum verba coniuncta multis ...accipi poſſunt: ſeparata ſimplicem habent ſignificationem: ...ille illud, ſcire literas. *Ariſt. lib 1. de repreh ſophiſt. c.3.*

Facile quid ſit id de quo agitur, ſi explanatum ſit, quot modis di[catur], intelligetur. *Topic. lib.1. c.14.*

Si quot modis id de quo agitur, dicatur, ſciamus, non decipiemur. *ibid.*

Meditatum & in promptu habere, quot quicq; modis dicatur: ...ad perſpicuitatem habet adiumentum, *Topic. lib.1. c.14.*

Perſpicuum eſt non eſſe admittendum, verba, quæ de multis di[cuntur], hoc aliquid ſignificare: ſed vt quantum, aut quale, aut rela[tum] quippiam, aut aliud quiduis huius generis. *lib. 2. de repreh. ſophiſt. c.3.*

...omnia conuenire debet ſynonymum. *Topic. lib.6. c.5. ſect.59.*

Incertus ſit animus, & infinite feratur neceſſe eſt: ſi quis eo quod ...modis dicatur, perinde vt ſi non eſſet ambiguum, vtatur. Sic ...incertum eſt, qua in ſignificatione id quod dictum eſt, intel[ligatur]. *lib.1. de cæl. c.1. Tex.110.*

Nominum, quæ ſunt æquiuoca, cauillatori conferunt: æquiuoca[tio] enim fraudem parat: quæ vero ſynonyma ſunt, poetis. Dico ...propria & ſynonyma, vt proficiſci, ac ire: nam hæc propria & ſynonyma ſunt ad inuicem, *lib.3. Rhetor. ad Theodect. c.2.*

Sunt ambiguitatum aliæ obſcuræ: aliæ quæ quandam habent ſi[mi]litudinem: quædam vicinæ ſunt & finitimæ, aut genere, aut com[para]tione. Itaq; ſunt ambiguitates, quæ eſſe non videntur, *lib.7. de Nat. c.4. Top.31.*

## ¶ Apophthegmata.

*Zeno Cittieus*, formam dicebat eſſe vocis florem: aut contra, quemadmodum ab aliis refertur, vocem eſſe formæ florem. Nam ...compoſita gratiam addit fortunæ. *Laert. lib.7.*

*Idem* dicebat, eos, qui diſſerunt, ſimiles eſſe oportere tragœdia[rum] actoribus: quibus vox magna, bonaq; latera debent eſſe; cum ...immodice non diducant, quod faciunt ii, qui plurima loquuntur, ...ſupra vires. Dum enim os diducunt, declarant ſe ſatagere verius, ...agere. *ibid.*

*Anonymus.* Carneades fertur admodum fuiſſe vocalis. Itaq; ...tempore gymnaſiarcha, id eſt, ſcholæ princeps, miſit, qui di[ceret], ne tantopere clamaret, cui reſpondit: Da mihi vocis mo[dum]. Ad quod rurſus eleganter princeps: Modum habes, nem[pe] auditores. Siquidem pro numero auditorum temperanda vox. *Laert. lib.4. c.9.*

*Demoſthenes* audiens oratorem quendam immodice vociferan[tem]: Non inquit, quod magnum eſt, bene eſt: ſed quod bene eſt, ma[gnum] eſt. *Hoc & aliis aſcribitur. Eraſ. lib. 4. apoph.*

*Idem* Quodam tempore vox Demoſthenis inter concionandum ...ob multitudinis fremitum, Id obiicientibus ita reſpondit: ...e voce iudicare par eſt, oratorem è mente.

Græce rotundius ſonant, ὑποκριτὴς δεῖ κρίνειν ἐκ τῆς φωνῆς, τὴς δὲ ...ἐκ τῆς γνώμης. Hiſtrio ſeruit populo, orator conſulit: ille delectat, hic prodeſt. Ad bene conſidendum non refert, quam ſis vocalis, ſed quam opportune ſuadeas. Au[di]tori voce opus eſt, quæ vincat multitudinis fragorem: orator talis eſſe debet vt populus ipſum vltro tacitus & attentus auſcultet. *Eraſ. lib.8. apoph.*

*Iſocrates*, inter familiares dicere ſolitus eſt, ſe quidem docere decem minis: cæterum qui ipſum docuiſſet audaciam & vocalitatem, mercedis loco accepturum decem millia. Nam vocis exilitas & animi timiditas reddebant Iſocratem ad dicendum inutilem. Hæc autem, quoniam naturæ ſunt, non artis, à præceptoribus dari non poſſunt. *ibid.*

*Marcus Cato*, quando docebat, iuuenes intrepide pugnare, ſæpenumero dicebat, verba plus quam gladium, & voces plus quam manum, hoſtes in fugam vertere, attonitoſq; reddere. Nolebat militum in prælio mutum eſſe: ſed atrocibus dictis, clamore, vultuque truculentia terrere hoſtem. *Plutarchus in Roman. apoph.*

*Cicero*, Oratores, qui inter dicendum vociferarentur, dicebat claudis eſſe ſimiles, qui ſic ad clamorem, vt illi ad equos, confugerent. Hoc genus homines & hodie videre eſt, qui cum ſentiunt ſe cauſa inferiores, ad furioſa iurgia confugiunt: vt quoniam rationibus perſuadere non poſſunt, improbitate metuq; extorqueant. *Plut. in Rom. apoph.*

*Idem* Cum M. Cœlius, qui credebatur à parentibus non liberis natus, epiſtolam apud ſenatum clara firmaq; voce recitaſſet. Ne miremini, inquit Cicero, nam hic vnus ex his eſt, qui proclamarunt, ſignificans, illum fuiſſe præconem & hoc vſu contigiſſe, vt eſſet vocalis. Solent autem ſerui venales voce præconis commendari, *Eraſ. l.4. apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Videtis mihi vocem factam imbecilliorem, idemque mihi nunc accidere, quaſi ſi quis miles conciſis aliquot ex hoſtibus, magnoq; animo impreſſione facta in hoſtium condenſatam aciem, pluribus proſtratis, mox fracto gladio conſternatus ad ſuos ſeſe referat. Quin potius, quod nobis accidit, periculoſius eſt. Nam militi, qui fregit gladium, licet ab alio quopiam aſtantium enſem eripere, ſuumq; animum exercere, multamq; ſtrenuitatem oſtendere. Cæterum ſi vox laboret, non licet ab alio vocem mutuo ſumere. Quid igitur? ſuffugiemus & nos? At non permittit hoc veſtræ charitatis tyrannis ac violentia. Vereor & patris præſentiam, & veſtram reuereor promptitudinem. *Contra Iudæos orat.3.*

*Plinii.* Taurus auis, quum ſit puſilla, tamen boum vocem imitatur: Ita nonnulli, quum re ſint exigui, tamen loquuntur reges ac ſatrapas. *Lib.10. c.42. lib.9. c.42. & c.31. eod. lib.*

*Vide, Lingua, Sermo, Verbum, oratio,*

---

# Vrbanitas.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Vrbanitas, Græce ἀστεισμὸς, οῦ, ὁ. & ἀστεῖος, ου, ὁ, ἡ, vrbanus dicitur. *Chem* Hebr. vrbanitas dicitur, quæ appellatio Clementiæ gratiæ; fauori tribuitur, quod vrbani homines ruſticis mitiores & cultiores vt plurimum appareant. Eſt autem vrbanitas: quia ſignificamus proprium quendam geſtum vrbis, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem.

## ¶ Sententiæ Philoſophicæ.

In iucunditate, quæ ad iocum accommodatur, qui modum quendam adhibet, is feſtiuus ſeu vrbanus habendus eſt; & affectio vrbanitas & feſtiuitas: at quæ modum egreditur, ſcurrilitas, & in quo ipſa ineſt, ſcurra dicitur: qui vero omnino à iocis abhorret, is agreſtis & ruſticus: affectio ipſa ruſticitas habenda eſt. *lib.2. Ethic. capit.7.*

Qui nec facetum dicunt ipſi, & tamen eos, qui dicunt, permoleſte ferunt, & agreſtes & duri videntur. *ibid.*

Qui ſalibus & facetiis modum quendam adhibent, ii εὐτράπελοι, id eſt, vrbani vocantur. *ibid.*

Quoniam facetiæ ac ſales patent latiſſime, compluresque iudiciis ac dictis plus capiuntur, quam ratio patiatur, factum eſt, vt ſcurræ, vrbani, & quaſi politi homines, appellarentur. *Ibidem.*

Dextri ac ingenui eſt ea dicere, & audire omnia, quæ bono viro ac libero digna ſunt. Eum enim & talem hominem quædam & ioco dicere decet, & audire. Magna enim diſtinctio eſt ingenui & illiberalis ioci, eius etiam, qui bene inſtitutus eſt, & indocti: quod in antiqua nouaque comœdia perſpicuum eſt. Illis enim facetum erat, ſi rerum turpitudini adiuncta etiam eſſet verborum obſcœnitas: hic vero, ſi ſignificatio potius, quibus in rebus multum eſt diſcriminis ad decorum ſeruandum. *Ibidem.*

Politus

Politus & liberalis homo ita animo affectus erit, vt ſibi ipſe lex eſſe videatur: ſiue dexter, ſiue vrbanus nominetur. At vero ſcurra à riſu longe multumq; ſuperatur, qui nec ſibi parcit, nec cæteris, ſi riſum concitet. *ibid.*

¶ Apophthegmata.

*L. Craſſus.* M. Brutus, cum in accuſatione C. Planci duos lectores excitaſſet, & alteri de Colonia Narbonen. L. Craſſi, qui rei Bruti aderat, orationem legendam dediſſet: alteri de lege Seruilia, ex his demonſtrans, illum ſibi pugnantia ſcribere: Craſſus viciſſim tres Bruti patris de iure ciuili libros tribus legendos dedit; in quorum primo erat. Forte euenit, vt in Priuernate eſſemus, hic Craſſus: Audis Brute, pater teſtificatur, ſe tibi fundum Priuernatem reliquiſſe. In ſecundo libro ſcriptum erat, in Albano eramus ego & Marcus filius: hic rurſum Craſſus: Notat hunc gurgitem, metuebat, ne cum is nil haberet, nihil eſſe ei relictum putaretur. Tum ex tertio recitatum eſt, cum in Tiburti aſſedimus ego & Marcus filius: tum Craſſus: Vbi ſunt hi fundi Brute, quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit? Quod niſi puberem te iam haberet, quartum librum compoſuiſſet, & ſe etiam in balneis lotum cum filio ſcriptum reliquiſſet. Ita Craſſus duos lectores aduerſum ſe à Bruto excitatos tribus aduerſus ipſum productis viſus eſt. Hoc vrbanitatis exemplum refert M. Tullius, quod non aſtringitur paucis verbis, ſed per orationem fuſum eſt. *Eraſ. l. 6. apoph.*

# Vrbs.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

VRbs. Græ. ἄϛυ, εος, τὸ, dicitur ab vruo, aratri curuatura. Antiqui enim Hetruſco more iunctis tauro & vacca; quæ interior eſſet, ſulcum aratro circumducebant, intra quem vrbem ædificarent. Alii tamen ab orbe dictam volunt, quod ſulcus ille in orbem duceretur. Vrbs ſunt ipſa ædificia. Ciuitas vero, quæ Græce πόλις, ιος, ἡ, dicitur ſignificat ipſos ciues, diciturq; quaſi ciuium vnitas. Confunduntur tamen hæc quandoq;. Virg. *Inuadunt vrbem ſomno vinoq; ſepultam.* quod tamen illic carminis neceſſitate factum eſt, cum in verſu hexametro ciuitas, & ciuitatem locare non poſſimus.

Vrbs Hebr. *Hir.* dicitur, i. ciuitas, muris, turribus, & amplis ædificiis excitata. Cognationem habet cum *Hor*, excitauit. Hinc ὠρέω, cuſtodio, &c. Vide Etymologic. Triling. Lugdun. pag. 913. vbi multa obſeruatu digna leguntur.

¶ Loci Biblici.

Vrbes Leuitarum, *Numer.* 35. *v.* 23. *Ioſue* 21. 2. De eorum vrbibus ſex profugis deſtinatæ, *Num.* 35. *v.* 6. 10. *Deut.* 4. *v.* 41. 42. & 19. *v.* 2. *Ioſ.* 20. *v.* 2. vrbium protector Deus, 2. *Reg.* 19. 34. & 20. 6. *Pſalm.* 127. *v.* 1. *Eſa* 37. *v.* 35. vrbs ſupra montem poſita, *Matt.* 5. *v.* 14. vrbes ab Hebræis filiæ frequenter appellantur.

¶ Sententiae Philos.

Vrbs ſi ex animi ſententia condenda ſit, & mare & agrum ſpectare debet. *Ariſt. lib. 7. de Repub. c. 5.*

In vrbe ſpectanda eſt, quæ eſt neceſſaria, ſalubritas. Eæ enim vrbes, quæ Orientem ſpectant, eoſq; ventos, qui inde flant, ſalubriores ſunt. *lib. 7. de Repub. c. 11.*

Quoniam habenda eſt valetudinis incolarum ratio, id poſitum eſt in eo, vt vrbs ſita ſit in hoc, vel illo loco, & ad hoc vel illud efficiendum apte & accommodate: dein vt aquis ſalubribus vtatur: eaq; res magnæ ſit curæ. *ibid.*

Ad bellicas quidem res facile & expedite ex vrbe exercitus educi debet: hoſtium contra ægre ad eam penetrare, atq; eam obſidione cingere. *ibid.*

Non ſolum muri vrbib. circumdandi ſunt: ſed diligentia adhibenda eſt, vt & ornamentum vrbi afferant, & bellicis neceſſitatibus cum cæteris, tum iis quæ nunc inuentæ ſunt. *ibid.*

Vrbs & locus quicunq; ſalubris eſt, qui placide aſpiratur: ideo & mare ſalubre eſt. *Ariſt. prob. ſec. 1. num. 54.*

Vrbis ſitus & ad terram, & ad mare iacere debet, & communem eſſe locorum omnium ad auxilia ferenda, & ad importationem fructuum, & lignorum materiam facilem aduectionem. *Idem Polit. 7. c. 5.*

Vrbis curatores eligantur ad vias ædificiorum ſtructuras: & ornatum huc pertinentem, vt & homines, & reliquæ beſtiæ nullam iniuriam inferant, & tum in ipſo ciuitatis ambitu, tum in ſuburbio ea, quæ ciuitatibus conueniunt, fiant, ad fori gubernationem AEdiles, ad templa ſacerdotes. *Plat. de leg. dial. 6.*

Vrbis curatorum cura ſit viarum in vrbe, & quæ earum, quæ ex regione ad ciuitatem ſemper tendunt, & extructionum, vt omnes ſecundum leges fiant, & aquarum, quas cuſtodes ad ipſas curatas miſerint, & delegerint, quoad fontes iuſto modo, & pure progredientes ciuitatem ornent, ſimulque commodent. *Idem ibidem.*

Vrbis curatores oportet vt potentes ſint, & o[...] blicarum rerum curam gerant: quapropter quiſque [...] cenſibus curatorem proponat, quemcunque volue[...] autem, & ad ſex, quibus plurima ſuffragia contige[...] ſortiantur tres, quibus hoc ſtudium incumbit. Pl[...] al. 6.

Vrbis curatores iudicent in communi mulctam v[...] & cum ædibus duplum. *idem ibid.*

Vrbis curatores animaduertere debent, vt nullus [...] quam de publico aut extructionibus aut foſſis occupe[...] quarum pluuialium commodæ profluxionis, hos cu[...] portet, & omnium, quæ intra aut extra ciuitatem h[...] rit. *ibid.*

Vrbium rectores non relinquunt curam regend[...] num, etiamſi in cœlum recepti ſint. *Macrobius in ſ[...] pionis, lib. 1.*

Vrbs quomodo condi debeat, in libris de Republ. ne[...] dem facit Plato, quia illam reliquit cœlo, in libris de le[...] ris ædificat ad exemplaris illius, quoad fieri poteſt, ima[...] *Plat. de leg. dial. 4.*

Vrbem antequam veteres ſtatuerunt, varia ſuperſt[...] nium ſacrificiis propitiare conſueuerunt. *Franc. Patric.* [...] 8. c. 2.

Non ab aſpectu, ſed à potentia vrbes æſtimari debent [...] *lib. 1.*

In bellis profundæ altæq; foſſæ non ſunt munime[...] nea ad certam ſecuræ ſalutis ſpem hominibus incluſ[...] ſed hoc tantùm pollicentur, oppidanos repentina hoſt[...] ne obſeſſos cladem nullam accepturos. *Dion. Hal. l. 2.*

Vrbes exiguæ & infrequentes, ac propterea infirm[...] neq; ſe ipſas regere poſſunt.

Vrbem in periculis deſerere, omnibus publicæ ſalut[...] eſt metuendum. *l. 5.*

Vrbes ſunt humanarum cladium conſepta miſeran[...] *l. 7. c. 2.*

Agreſtrem incultamq; hominum in initio ſæculi [...] munione brutorum animalium, vel ferarum, vrbium [...] prima diſcreuit. In his nomen reipublicæ peperit c[...] tas. Ideo potentiſſimæ nationes ac principes conſe[...] maiorem gloriam putauerunt, quàm aut fundare no[...] aut ab aliis conditas, in nomen ſuum, ſub quadam am[...] transferre. *Veget. l. 4. de re milit. in præfat.*

Maximæ vrbes bello magnæ fiunt ſolitudines, ſi [...] ſtes, ſi celeritatem adhibeas, ſi cunctationem tollas. P[...] *br. 6.*

Multas vrbes magnis affecit calamitatibus ciuium [...] lus. Sed funditus quidem perierunt, Ilium ob Alexan[...] laum contumeliam. Mileſii etiam vrbis ſuæ excidio [...] fœdos amores Heſtiæ aluerunt. Sic Philomelus ſacrileg[...] lum Leontinorum Reipublicæ infixit. *Pauſ. l. 10.*

Corbulo donum à legatis Tigra nocertæ cum hono[...] quidquam vrbi detractum eſt, quo proximus obſequium [...] tinerent. *Tacit. annal. l. 14.*

In bellis ciuilibus eſt grande momentum in nomine [...] prætextu ſenatus. *Tacit. hiſt. l. 1.*

Sic eſt rerum humanarum natura, vt capite ſublato [...] mario oppido expugnato) cætera breui tempore corru[...] *bello Vandal. lib. 1.*

¶ Apophthegmata.

*Lycurgus*, percontantibus, cur prohibuiſſet vrbem [...] Quoniam, inquit, non caret mœnibus ciuitas, quæ non la[...] viris cincta eſt. Indicauit, id genus munimenta magis ar[...] um ignauiam, quam fortitudinem. *Plut.*

*Agis Archidami F.* cum præteriret Corinthiorum m[...] ſpiceretq; excelſa munitaq; eſſe, & in longum porrect[...] Quæ ſunt (inquit) mulieres, hunc locum inhabitantes? [...] tibus viris non eſſe opus mœnibus. *Plutarch. in Lacon.*

*Ageſilaus.* Quum quidam interrogaſſet, cur Sparta [...] non cingeretur? Ciues armis inſtructos & vnanimes o[...] Hi, ſunt vrbis mœnia. Significans, eam demum ciui[...] tam eſſe, in qua infracti, & bene armati milites eſſent. Plu[...] *con.*

*Theopompus.* Cuidam oſtendenti ciuitatis ſuæ mœnia [...] tanti: num valida & alta viderentur? Minime, inquit, [...] ſint mulierum. Sentiens, ciuitatem ſatis munitam eſſe, [...] beat: ſin minus, nihil prodeſſe quamlibet operoſa munim[...] *in Lacon.*

*Pantholidas* legatus miſſus in Aſiam, oſtendentibus [...] probe munitum: Per deos (inquit) o hoſpes, bellum conc[...] rum. *Plut. in Lacon.*

*Iſæus ſophiſta.* Cum olim Lacedæmonii inirent co[...] uitate mœnibus cingenda, Iſæus ſophiſta, aliis conſulta[...] meri hæc recitauit verba.

… aui, galea galea, atq; viro vir.
… ſecit … ciuitate Lacedæmonii, & muris cincti ſumus.
… Apophth.

Alexander. Quum audiſſet de rupe quadam apud Indos, quæ ob … veluti auibus inacceſſa, ἄορνος dicebatur: quod ipſe … locus expugnatu difficilis eſſet, ſed qui eum teneret formi… Nunc, inquit, locus captu facilis eſt. Significans, nihil pro… munimenta, niſi vir fortis ea tueatur. Arx enim non tam foſſis … tuta eſt, quam viris. *Plut. in apoph.*

*Vide, Ciuitas, Reſpublica.*

---

# Vſura.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Vſura, Græcè τόκος, ου, ὁ. i. partus. quod pecunia pecuniam pariat, … δανειστής, ου, ὁ, vſurarius dicitur.

Vſuram hebræi *Neſchec*, i. morſuram appellant, quod hominum ſubſtantiam arrodat & mordendo perdat. Vide *Deut.* 23.16. *& Pſal.* … à verbo *Naſchac*, momordit, arrodit,. Cognationem habet cum *Nachaſch*, Serpens, quæ omnia tanto huic malo apprime conueniunt: Eſt autem vſura, quodcunq; ſolutioni rei mutuatæ accedit, ipſius rei vſus gratia pactione interpoſita: rei mutuatæ accedit, ipſius rei vſus gratia pactione interpoſita: vel hac intentione habita poſt contractum, vel exactione habita poſt contractum. *ſecund. Hoſtienſ. in ſumma.*

Vſura eſt, quicquid præter ſortem accedit ſiue iuſto titulo, ſiue in mutuis, ſiue in contractibus aliis. *ſecund. B. Thom. in quæſt. de malo q.* 13. *art.* 4. *cap.*

Vſura eſt pretium pecuniæ mutuatæ, vel cuiuſcunque rei, cuius vſus eſt conſumptio vel diſtractio eius. *ſecund. eund ſecunda Secundæ q.* 78. *art.* 4. *cap.* 1.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Vſura inter Hebræos prohibita, *Exod.* 22.25 *Deut.* 23.19 *Nehemia.* 5 v. 7. 8. *Pſalm.* 14.5. *Prouerb.* 28. 2.. *&* 12. 16. *Ezech.* 18.8. *Ierem.* 15.10. *Ezech.* 22.12. *Luc.* 6.34. *&* 19.8.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. *Exod.* 22.

Pecuniam tuam non dabis ad vſuram. *Leu.* 25.

Non fœneraberis fratri tuo. *Deut.* 13.

Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. *Pſalm.* 14.

Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudati timuerunt. *Eccl.* 29.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Si fœneraueris hominem, id eſt, ſi mutuo dederis pecuniam tuam, à quo plus, quam dediſti expectes, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quam dediſti, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, ſi plus, quam dediſti, expectes accipere, fœnerator es, & hoc improbandus, non laudandus. *Auguſt. ſup. Pſalm* 26. *& hab.* 14 *q.* 3. *c. Si fœneraueris.*

Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges & iudices reddi iubent: an crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel detrahit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Hæc vtrique atque huiuſmodi male vtique poſſidentur, & vellem, vt reſtituerentur: ſed non eſt, quo iudice repetantur. Iam vero prudenter intueamur, quod ſcriptum eſt: Fideli homini totus mundus diuitiæ ſunt, infideli autem nec obulus. Nonne omnes, qui ſibi videntur gaudere conquiſitis, eiſq; vti neſciunt, alienum poſſidere conuincimus? Hoc enim certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur. Hoc autem iure poſſidetur, quod iuſte: & hoc iuſte, quod bene. Omne igitur, quod male poſſidetur, alienum eſt, male autem poſſidet, qui male vtitur. *Aug. ad Maced. & hab.* 14. *q.* 4. *can Quid dicam.*

Putant quidam, vſuras tantum eſſe in pecunia, quod prouidens diuina ſcriptura, omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quam dediſti. Item alii pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſis generis accipere, & non intelligunt, ſcripturam vſuram appellare & ſuperabundantiam, quicquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus re acceperint. *Hieron. ſuper Ezech. lib.* 6. *& hab.* 14 … *n. Putant.*

C… fr… udem conuertis naturæ induſtiam? cur affectus inopiam? c… op… ri facis pauperibus ſterilitatem, fles publicam fertilitatem … explorans, quando ſterilior prouentus. Hanc vocas induſtriam, … æ eſt calliditatis verſutia, fraudis aſtutia. Et quod tu remedium … eſt commentum nequitiæ. Latrocinium autem fœnus appellem. Captentur tanquam, latrocinii tempora, quibus in viſcera hominum durus inſidiator obrepas. Cui conditæ frugis multiplicatur vſura? quid imprecaris mala omnibus lucrum tuum damnum publicum. *Amb. l.* 3. *offic.*

Plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, in pecunia vſuras exigunt, ſed de mercibus eorum tanquam vſurarum emolumenta precipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: Neque, inquit, vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Item: Eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcunque accedit ſorti, vſura eſt, & quod velis nomen ei imponas, vſura eſt. Item, ſi quis inſtaurandum conuiuium putet, ad negotiatorem mittit, vt Piabſinthiaci cupellam deferat ſibi gratis: ad cauponem dirigit, vt hillam ſibi cenum vinum, aut Tyriacum requirat, ad Ianium, vt hillam ſibi procuret: ad alium, vt ſibi poma adornet. *Amb. & hab.* 4. *quæſt.* 3. *Plerique.*

Si quis vſuram accipit, rapinam facit, vita non viuit. *Amb. lib. de bono mortis, & hab.* 14. *q.* 4. *can. Si quis vſur.*

Ab illo exige vſuram, cui merito nocere deſideras, cui iure inferuntur arma, huic legitimæ auferuntur vſuræ: quem bello vincere non potes, ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuras flagitat, ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuit vſurarius exactor inimici: Ergo vbi ius belli eſt, ibi ius vſuræ. *Ibid. can. Ab illo.*

Non ordinandos cenſemus illos, qui vſuras accepiſſe conuincuntur. *Greg & hab. diſt.* 33. *can. Maritum duarum.*

Mutuo da, ampliores cape vſuras, mutue da accepturus, ſed licet vbi nulla inuidia, nulla accuſatio, inſidiatio, neque terror: mutua nulla indigenti, ſed Chriſto. & propter te neceſſitatem habenti, eſurienti, & omnes nutrienti. Hæ enim vſuræ regnum illæ gehennam præparant. Hæ ſunt pietatis & miſericordiæ, illæ crudelitatis & auaritiæ. *Ioan Chryſoſt. ſup. Matth.*

Nihil vſuris turpius, nihil crudelius. Alienas negotiatur miſerias, & lucrum ſuum alterius aduerſitatem facit. Talis eſt quaſi manum ſuſcipiens, & in naufragium impellens.

Similis eſt pecunia vſurarii morſui aſpidis. Percuſſus enim ab aſpide quaſi delectatus vadit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic qui ſub vſura accipit ſub tempore quaſi beneficium ſentit, ſed vſura per omnes ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. *Idem ibid.*

Nec hoc prætereundem quoque duximus, eſſe quoſdam lucri turpis cupiditate captos, qui vſurariam exercere pecuniam, & fœnore volunt diteſcere. Quod nos, vt non tantum dolemus in eos, qui ſunt in clericali ordine conſtituti, ſed etiam laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acrius in eos, qui fuerunt confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur. *Leo Papa, & habetur* 14. *quæſt.* 4. *c. Non hoc prætereundum.*

Sicut non ſuo, ita non alieno nomine aliquid clericorum exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim, crimen ſuum in commodis alienis impendere & exercere. Fœnus autem hoc ſolum, aſpicere & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, a Domino, qui multipliciter & in perpetuum manſura tribuit, recipere valeamus. *Idem & hab. diſt* 4. *c. Sicut non.*

Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura: & quodcunque ſorti accidit vſura eſt. Quod velis ei nomen imponas, vſura. *Amb. l.* 1. *de Dauid.*

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Lucan. 1. lib. bel. ciuil.

*Hinc vſura vorax, auidumq́; in tempore fœnus,*
*Et concuſſa fides, & multis vtile bellum.*

Auſon. Ædil. 15.

*Quod vitæ ſectabor iter, &c.*
*Si turpia lucra*
*Fœnoris, & velox inops vſura trucidat?*

Anthol. Sac. Iac. Bill.

Sterilitatem ex vſuris plerumque & crudelitate in pauperes naſci.

*Quod tepeant hyemes, æſtiuaq́; tempora rurſum*
*Algida ſint, fruges terra negetq́; ſuas.*
*Deſine mirari ſtultaſq́; explode querelas:*
*Hoc etenim læſi poſtulat ira Dei.*
*Nam quia iam nobis ſunt ferrea pectora, reddit*
*Cælum etiam nobis durius ære Deus.*
*Et quia iam numos gignunt per fœnera numi,*
*Ante ferax tellus deſinit eſſe ferax.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Thales* aſſidue in ore habuiſſe fertur. Noli ditari nequiter: Quo admonuit, vt à turpi lucro vbique abſtineamus, ne grauetur proximus. *Laert. l.* 1. *c.* 1.

*Anacharſis* aiebat, forum eſſe locum mutuis hominum fraudibus ac rapinis deſtinatum. Notans mores vendentium fœneratorum, qui per fas nefaſque plebem expilant, numiſque exhauriunt. *Laert. l.* 1. *c.* 9.

*Antiphanes* dicere ſolebat: Vſuram quæſtumq; illicitum breues habere delitias, longam autem calamitatem. *Stob.*

*Ageſilaus* quum Agidi perſuaſiſſet, vt debitorum fœnerantiumque nomina, tabulæque vna comburerentur: adportatæ ſunt in forum

ſorum Clarium, ac coaceruatæ ſuppoſito igni, dum concremarentur, flentibus ergo fœnerantibus ac diuitibus cum triſtitia, Ageſilaus illorum calamitates irridens, Nunquam ſe ignem puriorem vidiſſe iactabat. *Plut. in Lac. apoph.*

*Muſonius*? Rutilius quum aliquando Romæ adiſſet Muſonium, rogauit: Dic mihi Muſoni, Iupiter Seruator, quem tu imitaris, num fœneratur? Notans illius inopiam, qui cogeretur interdum accipere mutuum. Ad hoc arridens Muſonius: At ne fœnerant quidem, Rutili. Turpius eſt ad fœnus dare, quam accipere. At Rutilius, cum ipſe faceret quod grauius eſt, obiecit illi quod erat leuius. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*M. Cato.* Ex Catone Cenſorio quum quiſpiam percontaretur, quid in re domeſtica maxime expediret? reſpondit: Bene paſcere, bene veſtire, & bene agrum colere, & illi qui quæſierat: Quid fœnerari? Cato. Quid hominem (inquit) occidere? Non minus igitur fœneratorem peccare cenſuit quam homicidam. *Cic. l. 2. Offic.*

*Alphonſus*, Fœneratores vtpote labores mortalium depaſcentes, harpyias vocare ſolitus erat Quemadmodum enim Virgilianæ illæ Harpyiæ raptu viuebant, ſic hodie fæneratores ex pauperum laboribus magnas per nefas opes reponunt ſibi & ſuis. *Panorm. l. 4.*

*Idem* Iuſtitiæ æquitatis amator ardentiſſimus, audiens illicito lucro hominibus inſidias à fœneratoribus ſtrui: Fœnus nil aliud ſibi quam animæ funus videri dixit. Damnauit autem vniuerſam fœnerandi rationem, quæ plane eſt contra naturæ regulam, cum ex nihilo nihil gignatur. *Idem l. 3. de Alphon. reb. geſt.*

*Bernard. Senenſ.* Fœnus ita demum ſine peccato exerceri poſſe affirmauit, ſi pecunia iis crederetur, qui nec capitalem ſummam reddere poſſent. *Æne. Sylu. de dict. Sigiſmund. & Fiderici imper. & l. 3. de dict. Alphon.*

¶ SIMILITVDINES.

*D. Chryſoſt.* Sicut qui ab aſpide percutitur, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & ſic per ſuauitatem ſoporis moritur: Sic & qui accipit ſub vſuris, pro tempore delectatur, quaſi qui beneficium accipit, & ſic per ſuauitatem beneficii non ſentit, quomodo captiuus efficitur. *c. 5. Matth. hom* 12.

*Sicut venenum* aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit, & corrumpit: ſic vſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum. *Hom.* 12.

*Sicut* fermentum modicum, quod mittitur in multam farinam, totam conſperſionem corrumpit, & trahit illam, & facit illam totam fermentum: Sic quum vſura in domum alicuius intrauerit, totam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuertit in debitum. *Hom.* 11.

*Fænerant* quidem poſt multos annos ſortem recipere concupiſcis cum periculo, neq; forte recipiendi, vt moras, maius accipies fœnus. Hic vero ſtatim repetis, & hoc cum non hic ſemper, ſed illic continuo ſis manſurus, non hic iudicari, ſed illic pœnas ſubire debeas. Et ſi quis tibi quidem domos, vbi manere non debeas, paraſſet, magnum exiſtimares detrimentum, id factum. Nunc autem hic vis locupletari, vnde frequenter & ante veſperam es migraturus. Neſcis, quod in aliena regione moramur, tanquam hoſpites & peregrini? Neſcis quod peregrinorum eſt expelli: cum nec expectauerint, neq; ſperauerint? Quod & nos patimur. *Hom. 15. epiſt. ad Hebr.*

*Plut.* Qui in lutum inciderit, eum oportet aut fugere, aut manere: nam ſi voluat, magis etiam inquinatur: Sic qui rem habet cum fœneratoribus. *in Moral.*

*Cholerici* qui purgare nolunt ſub tempus, collecta in dies maiore bile, poſtea grauiter diſcrutiantur? Sic qui ſinunt fœnus accreſcere, cum adeſt dies, grauiter è capite laborant. *In Moral.*

Plato *vetat* aquam à vicinis petere, niſi prius domi foderis vſque ad terram, quam ceramitidem vocant, repereriſq; non ſpem eſſe venæ: Ita prius excutiendum, vt parſimonia, aliaue via tibi ſuppedites, priuſquam à menſariis pecuniam mutuam petas. *In Moralibus.*

*Vt ignis* inualeſcens, alia poſt alia corrupit: Sic vſura. *in Mor.*

*Lepus* ſimul parit, & aliud alit, & rurſum ſuperfœtat: Ita fœneratores alienum, priuſquam conceperit, parit. Nam dantes ſtatim petunt, & ponentes tollunt & fœnerant, quod pro fœnore accipiunt. *In Moral.*

*Eraſmi Roterodami.* Vulneres ipſi nihil occidunt, ſed ab aliis occiſa inuadunt: ita nonnulli alienis fruuntur ſudoribus. *In Similibus,*

*Alutarium* piſcem ſemper ſequitur piſcis nomine ſargus, qui illo cœnum fodiente excitatum deuorat pabulum: ita ſunt qui ſe miſceant alienis negotiis, vt eis laborantibus fructum ipſi præripiant. *In ſimil.*

¶ ADAGIA.

Citius vſura currit, quam Heraclitus. Θᾶττον ὁ τόκος Ηρακλείτου περιεῖτω τρέχει.

*Idem vero adagium, abſtinendum à mutua... ad vſuram. Nam opinione celerius recurrere...* ſchlaffen oder wachen/ ſo ſchlafft doch der N...

Eſt pylus ante pylum, ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο, ...λος.

*In eos accommodabitur, quibus alia vſura... vbi quid alteri præfertur velut antiquius &... aliquis iactat ſe, quaſi vel ſolus vel ſummus... & alij qui poßint cum eo decertare.*

Fœlix qui nihil debet. εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφε...

*Quid enim calamitoſius, quam toties erube... faciem, fugitare, latitare, mentiri, diſſimular... re, nunc flagitare: palam appellari, vitari, ... nunquam tui iuris eſſe.*

Animam debet. τὴν ψυχὴν ὀφείλει,

*Dictum titulo de paupertate.*

Semel rubidus ac decies pallidus. ἅπαξ πυ...

*Suidas admonet dictum de iis, qui mutuum... eſt crebro tum rubeſcere pudore, tum metu pal...*

# Vſus.

¶ DEFINITIO ET ETYM...

VSus, Græce χρῆσις, ἡ, & χρᾶομαι, vtor dici... poſſeſſio, detentio, apprehenſio, vſurpati... nuit, apprehendit, apprehenſum ditinuit, firm... bonæ fidei poſſeſſores & qui rebus ſuis vtun... vtendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia. *ſe...*

Vſus nullo modo ſignificat habitum vel p... actum cuiuſcunque habitus & potentiæ. *ſecu... rate, q. 17. art. 1. c.*

Vſus ad vtor venit, & aliquando ſignifica... nem, Virg. *Nam neque erat coriis vſus.* Non... nem, conuerſationem. Terent. *Sic mihi eſt...* eſt. Virg. *Nunc viribus vſus. Nunc manibus... te magiſtra.* Nonnunquam vtilitatem ſignif... *ex vſu meo non eſſet.* Vſu venire, eſt accidere... *ter vſu venit, vt mali bonis præferantur.*

¶ BIBLICI LOC...

Vſu rerum legitimus, 1. *Tim.* 2. 9. & 4. 31. ... 3 19. *Gal.* 3. 24.

¶ SENTENTIAE POE...

Ouid. 1. Amor. 8.

*Æra nitent vſu: veſtis bona qu...*
*Caneſcunt turpi tecta relicta...*

Lucan. ad Piſon.

*Abdita quid prodeſt generoſi ve...*
*Si cultore caret? quid inertis con...*
*Si ductoris eget, ratis efficit, omn...*
*Armamenta egerat, teretiq; flu...*
*Poßit & excuſſo dimittere vela...*

Ouid. 1. Art.

*Ferreus aßiduo conſumitur an...*
*Interit aßidua vomer adunc...*
*Quid magis eſt durum ſaxo? qu...*
*Dura tamen molli ſaxa caua...*

Ouid. 4. Pont. 10.

*Gutta cauat lapidem, conſumit...*
*Et teritur preſſa vomer adu...*

Luc. 1. de nat. rer.

*Quinetiam multum ſolis redeu...*
*Annulus in digito ſubter tenu...*
*Stillicidi caſus lapidem cauat...*
*Ferreus occulte decreſcit vome...*

Idem 1.

*Nam leuiter quamuis quod cre...*
*Vincitur in longo ſpatio tamen...*
*Nonne vides etiam guttas in ſ...*
*Humoris longo in ſpatio pertun...*

Propert. 2 25.

*Sed tamen obſcura teritur rub...*
*Ferreus, & paruo ſæpe liqu...*

Hor. Art.

*Multa renaſcentur, quæ iam...*
*Quæ nunc ſunt in honore voca...*
*Quem penes arbitrium eſt & ...*

Claud. de rap. Proſerp...

*rerumque re...*

POLYANTHEA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Kalck hat/ Der muß mit Leymen mauren. Item, Man muß mit pferden pflůgen/ Die man hat. Man muß mit Eulen beitzen/ wo nit Habich vorhanden ſein.

Altera nauigatio. δεύτερος πλοῦς.

*Conuenit, vbi quoties quæ potiſsima fierent, non contingunt, ad proxima confugitur auxilia.*

Præſentem fortunam boni conſule. τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι.

*Admonet adagium ne nos maceremus alienarum rerum cupiditate, ſed quæcunque contigit ſors, eam velut optimam amplectamur.* Man muß nemen wie es kompt. Du muſt der zeit vnd deß glůcks erwarten.

Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris? τὴν παρεοῦσαν ἀμέλγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις?

*Præſens lucrum non omittendum ſpe commodorum.* Germani dicunt: Nimb an was dir werden mag/ vnd laß das ander fahren.

Quod adest boni conſule.

*Oportet boni conſulere quicquid à fortuna conceditur.* Eſſet was jhr findet/ vnd dencket was jhr wöllet. Item, Nemet für gut/ ein ander mal wird es beſſer.

Quæ dantur. τὰ μετὰ διδόμενα.

*Admonet adagium, quod à fortuna datur, id boni conſulendum eſſe, & ferendum æquo animo, quod mutari non queat.*

Quod datur.

*Nonius Marcell. citat hunc verſiculum è Cæcilio Plotio:*

*Patiere quod dant quando optima non danunt.*

*Danunt antiquè dictum eſt, pro dant, conuenit cum præcedente* τὰ μετὰ διδόμενα.

¶ FABVLAE.

De Satyro & igne.

Allata igne in terras, quem Heſiodus ſcribit Prometheum Ioui furto ſubtractum apportaſſe mortalibus: tum igitur Satyrum delectatum ſplendore & claritate flammæ voluiſſe aiunt plecti ignem & oſculari: Sed Promethea monuiſſe, futurum hoc cum detrimento barbæ ipſius: Aduret enim hanc, inquit, & cum cruciatu exulcerabit mentum. Ibi ferunt Satyrum repræhendiſſe factum Promethei, qui malum ſplendidum mortalibus attuliſſet. Prometheus vero docuiſſe malum nō eſſe. Nam vrere quidem ignem, ſed lucem etiam atque calorem ſuppeditare, cum ad vitæ iucunditatem, tum omnium atrium vſum & opificia, ſi quis illo vti recte ſciat.

Fabula docet, exquirendum vſum verum in rebus omnibus, ne peruerſa vſurpatione damna nobis accerſamus.

---

# Vtilitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

VTilitas, Græce ὠφέλεια, ας, ἡ, & ὤφελον, vtinam & ὠφέλιμος, ου, ὁ, ἡ, vtilis dicitur dupliciter, ſcilicet ſicut via ad finem, vt meritum ad beatitudinem & ſicut pars ad totum, vt miniſteria angelorum ad beatitudinem eorum, *ex B. Thom. 1 par. q. 62. art. 9.*

Vtilitas, vtilis & vtiliter, ab vtor ducuntur.

Vtilitas, Græce φαυλότης, ητος, ἡ, & φαῦλος, ου, ὁ, ἡ, vilis dicitur. Vile autem proprie dicitur, quod parum valet, cuius contrarium eſt carum. Venit autem vilis à villa, vt quidam volunt, vna litera abiecta quoniam omnia in villa viliora ſunt, & minori pretio venduntur quam in vrbe. Hinc vile pro abundanti ponitur, quia quicquid nimis abundat, vile eſt, hoc eſt, paruo venditur pretio. Virg.

*Vilemque phaſelum.*

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Communem vtilitatem apud te vniuerſæ multitudinis conſidera. *Macca 2. c. 4.*

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Vtilior eſt in conflictu lorica ferrea, quam ſtola linea licet hæc ſit oneri, illa honori. *Bern. in quodam ſerm.*

Hæc dicta ſunt de ſermone, de virtute, de pecuniis, de omni diſpenſatione quæ vnicuique commiſſa eſt. Vnumquemque enim ad communem vtilitatem vti oportet his quæ habet, ſiue ſapientia, ſiue principatu, ſiue diuitijs, non ac nocumentum conſtruorum. *Chryſ. ſuper illud Matth. 25. Beat.*

Commodum enim debet eſſe cum modo tantum: ſi menſuram æqualitatis exceſſerit, vim ſui nominis non habebit. *Caſſ. lib. 2. epiſt.*

## ¶ DICTA POETARVM.

Periand. per Auſo.

*Nunquam diſcedat vtile à decoro.*

Ter. Hec. 5. 2.

*Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum*
*eſt ferre.*

Ouid. 2. Pont. 3.

*Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur,*
*Vulgus amicitias vtilitate probat.*

*Cura quid expediat prior eſt, quàm quid ſit honeſtum,*
*Et cum fortuna ſtatq; caditq; fides.*
*Nec facile inuenies multis in millibus vnum,*
*Virtutum precium qui putet eſſe ſui.*
*Ipſe decor recti facti ſi præmia deſint,*
*Non mouet & gratis pœnitet eſſe probum.*
*Nil niſi quod prodeſt carum eſt, an detrahe menti*
*Spem fructus auida, nemo petendus erit.*
*At reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit*
*Vtile ſollicitis computat articulis.*
*Illud amicitiæ quondam venerabile nomen*
*Præſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.*

### ¶ Sententiæ Philoſophicæ

Vtilitas eſt præſertim bonorum cōſeruatio aut abſentium comparatio, aut malorum inſtantium propulſio, aut futurorum incommodorum inhibitio, & hoc diuiditur in corpus, animam & res externas. *Ariſt. reth. ad Alex.*

Vtilitatem vbique quærere non congruit magnanimo, & ingenuo homini. *idem polit. 8. c. 3.*

Vtilitas libri poſteriorum prima eſt vtilitas ſcientiæ logicos, ex notitia entium veritatis vniuerſaliter. *Auer. 1. poſter.*

Vtilitas introductionis Porphirii quatuor rebus deprehenditur facilem prædicamentorum cognitionem tradit, & integram definitionem, & perfectionem in rectam diuiſionis, & concluſionem veriſſimam in demonſtrationum. *Boet. in Porphyr. ex dialect.*

Vtilitas ſemper conſideratur ratione illius, quod eſt vtile, neceſſitas autem per ſe. *ibid.*

Vtilitas eſt circa futurum tempus. *Plat. in Theat.*

Vtilitas in continua rei poſſeſſione conſiſtit. *Leo Heb. de amo. dialect.*

Omnes expetimus vtilitatem, ad eamque rapimur, nec facere aliter vllo modo poſſumus. nam quis eſt qui vitia fugiat? aut quis potius qui ea non ſtudioſe perſequatur? *Cic. 3. Offic.*

Nemo eſt qui non putet expetendam eſſe maxime dignitatem, ſed vincit plerumque. *Idem 2. Orat.*

Cum vtilitas ad ſe rapere, honeſtas contra reuocare ad ſe videtur, fit vt diſtrahatur deliberando animus, afferatque ancipitem cogitandi curam.

Noſtræ vtilitates nobis omittendæ non ſunt cum iis ipſi egeamus, ſed ſuæ cuiq; vtilitati, quod ſine alterius iniuria fieri poſſit ſeruiendum eſt. *idem 2. Offic.*

Res honeſtæ & vtiles ſemper apud homines potius quam nūſquā opportune dici poſſit. *Dion. Halic. lib. 11.*

Præcipua vtilitas eſt, non iniuſtè agere. *Thucyd. lib. 1.*

Vtile iudicamus commune bonum tueri, & cum his qui periclitantur ex æquo bono agere. *idem, lib. 3.*

In bellis ſola ſpectari ſolet vtilitas. *Appian lib. de bel. Pun.*

Communis vtilitas ſocietatis maximum eſt vinculum. *Liu. dec. 4. lib. 6.*

Facilè omnes appetunt quæ pro cunctorum vtilitate tentantur. *Iornand. de reb. Getic.*

### ¶ Apophthegmata.

*Antiſthenes.* Hoſtes ſemper obſeruandos eſſe dicebat, ideo quod ii primi omnium ſentiant, ſi quid delinquas. Igitur plurimum vtilitatis ex his capere poſſumus, cum errores noſtros caſtigari cognoſcimus, vt cognita corrigamus deinceps. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Anacharſis,* Forum eſſe locum mutuis hominum fraudibus ac rapinis deſtinatum; notans mores vendentium, per fas nefaſque lucra venantium. *Laert. l. 1. c. 9.*

*Lyſander.* Cum egregius ſimulandi artifex euaſiſſet, at pleraque quæ crudeliter & auare gerebat, callidis fucis ornaret, iuſtum non alia re quam vtilitate, & honeſtum commodo mentiens, fatebatur quidem, veritatem mendacio præſtantiorem eſſe ſed vtriuſque dignitatem ac pretium vtilitate æſtimandum. Inuertit vir improbus philoſophorum dogma, qui quod honeſtum eſt, idem volunt vtile eſſe; hic quicquid eſſet vtile, idem ducebat honeſtum. *Plut.*

*Cato Vticenſis,* Cum Romam veniſſet, reuocatus eſt ab exercitu; non quidem vt ipſi gratificarentur, ſed quod per illum cito Carthaginem ſe capturos crederent. *Plut. in Rom. apoph.*

### ¶ Similitudo.

*Seneca.* Quemadmodum incommodorum onere vſque ad miſerum non deprimitur; Sic commodorum inopia non deducitur à beatiſſimo, *Lib. 2. epiſt. 93.*

### ¶ Hieroglyphicum.

Aiunt, qui ſacerdotum Ægyptiorum commenta curioſius ſectantur, *Tritonem ideo biformem* pingi ſolitum, ſuperiori quidem parte hominem; inferiori vero piſcem; vt ex humore nos vtilitatem & damnum conſequi moneremur: cum illi ex humana natura bonum ex piſce, non niſi perniciem interpretarentur. *Pier. Valer. lib. 31. pag. 284. F.*

### ¶ Emblema.

Ex damno alterius, alterius vtili
Emblema. cxxv. Andr. Alci
*Dum ſæuis ruerent in mutua vulnera*
*Vngue leæna ferox, dente timendus a*
*Accurrit vultur ſpectatum & prandia*
*Gloria victoris, præda futura ſua eſt.*

# Vulgus.

### ¶ Definitio et Ety

Vulgus, Græce εἰκαῖον, ȣ, τὸ, & εἰκαῖος, ȣ, ὁ, vul *Hamon,* à verbo *Haman,* copioſus fuit, in co gnationem habet cum *Hamah,* tumultuatus eſt & *Hom,* turbauit cum tumultuatione, impetu uit, tumultum magnum concitauit.

Eſt autem vulgus & maſculino & neutro ge liter multitudo. Virg. *Sæuitq; animis ignobile vu* quidem volunt) à voluendo, quod ſtulte huc Hinc vulgaris dicitur, hoc eſt, vilis ac communi go, hoc eſt emitto, ac vile & quaſi commune o etiam promulgo, quaſi prouulgo. Vnde lex pro primum in vulgus educitur.

### ¶ Loci Biblici

Vulgus, facile commouetur, *Matth. 27. 24.* opinio de Chriſto, *Matth. 16. 13. Marc. 8. 21. Luc.*

### ¶ Sententiae Poeti

Iuuen. 12.

*Sed quid*
*Turba tremens ſequitur fortunam ſe*
*Damnatos idem populus ſi Nurſia Th*
*Fauiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectu*
*Principis, hac ipſa Seianum diceret hor*
*Auguſtum,*

Sen. Her. fur. act. 1.

*Inuidia faſtum, ac ſermo popularis pre*

Idem in Hyp.

*Tradere turpi faſces populus*
*Gaudet, eoſdem colit, atq; odit.*

Sen. Oct. act. 4.

*O funeſtus multis populis*
*Diruſq; fauor qui eum flatu*
*Vela ſecundo rates implenit*
*Vexitq; procul, languidus idem.*
*Deſerit alto, ſæuoque mari.*

Sen. Hen. fur. act. 1.

*Illum populi fauor attonitum,*
*Fluctuq; magis mobile vulgus,*
*Aura tumidum voluit inani.*

Hor. 1. epiſt. 19. ad Mœcen

*Non ego ventoſæ plebis ſuffragia ven*
*Impenſis cœnarum & trita munere*

Ouid. Met. 5.

*Tum vero indomitas ardeſcit vulgus*
*Telaq; coniiciunt.*

Virg. 1. Æn.

*Sæuitq; animus ignobile vulgus.*
*Iamque faces & ſaxa volant furor a*

Ouid.

*Vulgus amicitias vtilitate probat*

Populus conſentiens regnun
& aufert.

*Quicunq; multis vir viris vnus præ*
*Hoc debet his quibus præeſt.*
*Præeſſe debet neutiquam diutius*
*Hi quam volent, quibus præeſt*
*Quid impotentes principes ſuperbi*
*Quod imperant precario?*

Ouid. l. 1. Triſt. eleg. 8.

*Vtque comes radios per ſolis euntibu*
*Cum latet hic preſſus nubibus illa*
*Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina*
*Quæ ſimul inducta nube teguntu*

### ¶ Philoſophicae Et H

Vulgi ingenium, ſequentia dicta detegun

Omni populo ineſt malignum quiddam rantes. *Plut in Politic.*

Multitudo vulgi, more magis quàm iu quaſi prudentiorem ſequitur. *Salluſt. ad Cæ*

Vulgus ingenio mobili, ſeditioſum, atq; rerum nouarum, quieti & otio aduerſum.

...us omnibus atque etiam in conuiuiis, ſunt qui exerci... ...caſtra locanda ſint ſciunt: quæ loca præſidiis oc... ...quando cum hoſti manus conſerendæ, quando quieſcen... *Liuius lib.44.*

...est mutabile ſubitis, & tam pronum in miſericordiam, ...immodicum ſæuitia fuerat. *Tacit.hiſt.lib.*1. Plebi non indici... ...veritas. *Ibid.* Ægris oculis alienam felicitatem intuetur. ...*hiſt.* Municipale vulgus pronum ad ſuſpiciones. *Eod. lib.* ...modo audita pro compertis habet. *Idem Ann.l.*3.

...ſtum eſt principum diſciplinam capere etiam vulgus. *...panegyr.*

§ Sententiae Philosophicae.

...uentibus cum de rebus agitur, quo quiſq; eſt ſapientior, ...authoritatis habet, maioreq; inuidia laborat: contra il... ...litis, quorum pro concione maxime ſe iactat improbitas, ...iores eſſe ducitis ebrios quam ſobrios, amentes, quam ...tientes, peculatores, quam eos, qui ſuis opibus rempubl. ...ant, ac veſtris tum vtilitatibus, tum voluptatibus inſerui... ...re mirum eſt quenquam eſſe, qui ſperet, dum hi con... ...diuntur, melius actum iri cum repub. Ego vero, quam ar... ...aduerſari veſtris cupiditatibus, non ignoro: & quanquam ...ularis eſt reſpublica, video tamen nemini licere quod ſentit ...oqui, niſi ſtolidiſſimis veſtriq; contemptoribus in concione, ...comicis in Theatro. *Iſocr. in orat. de pace.*

...imitari ſolet vulgus libentius, quam quod à viris principi... ...ſpexerint factitari.

...tam impium eſt; quod mortalium vulgus non admittat ...principatus gratia.

...d decet plebeium, non ſemper decet principem.

...recta ſunt, ſemper pauciſſimis placent.

...gus hominum, cupiditatibus agitur non ratione.

...d Græcos cum certarent artifices, de his iudicabant artis ex...

...ſapientium nihil placet omnium; quæ vulgus vel facit vel

...gus hominum ea tantum approbat quibus aſſueuit, ab exo... ...horret, non quia per ſe mala ſint, ſed quia peregrina.

...go ingens probrum eſt, paupertas: magna gloria, diuitiis per ...aſque partis abundare.

...on Athenienſis ſuos populares increpans quod contentioni... ...eipublicæ pernicioſiſſimis Oratorum inter ſe certantium ni... ...delectarentur, vulgi ingenium graphice depingens inter cæ... Quiſpiam (inquit) eloquentia confiſus contendet manifeſtam ...tem obruere, aut lucro motus fucata oratione vos ſeducere. Dat enim hæc ciuitas multis præmia ex talibus certaminibus, ...interea in diſcrimen adducitur, cuius rei culpa eſt penes vos (*...nienſes, qui comitiis intererant, alloquitur*) qui talia certami... ...ponitis, & conuenitis, vt ſitis verborum ſpectatores, & alie... ...operum auditores, & conicitis tales futuros eſſe euentus, vt ...am facundiſſime dixerit: nec tam ex factis id quod occurrit ...eſſe ducitis quam quæ auditis, & facilime ſinitis vos decipi ...orationis, nec decreta facile exequimini, ac ſemper ſerui ...ſurdarum opinionum, & faſtiditis vſitata, ac ſinguli volunt ...e dicendo, aut ne videantur inferiores ingenio certant cum ...ibus. Acute dicta laudatis & videri vultis ipſi quoq; eas co... ...ones præuidiſſe, cum tardi ſitis ad ea perſpicienda quæ reipſa ...: ſemperque alia quæritis, vt ſic dicam, quam quæ vitæ no... ...commodata ſunt, cum ne præſentia quidem conſideretis au... ...voluptate impediri, ac ſederis, non vt conſilium daturi patriæ, ...otioſi ſpectatores eloquentiæ. *Thucyd.l.*3.

...eſt quælibet plebs ac turba, vt facile fallatur, & ad quiduis ...tur. Vnde illi frequenter idem quod mari accidit. Quem... ...dum enim mare natura ſua innoxium eſt recte vtentibus, & ...vero violenti flatus in illud irruerint, tale redditur vtenti... ...ales ſunt venti, à quibus circumquaque impellitur: ita & ...tale redditur quales habes ducos & conſiliarios. *Polyb. hiſt.* ...

...ltitudo ſibi inſeruiri cupit, *Plut. in Dione.*

...bs ocio laſciuit, *Eiu. Decad.*1.*l.*2.

...ſunt mutabiles vulgi animi, ex fauore non inuidia modo, ...ſpicio etiam cum atroci crimine magnis viris oritur. *Idem,* ...

...tura hoc ita comparatum eſt, vt qui apud multitudinem ſua ...loquitur, gratior eo ſit, cuius mens nihil præter publicum ...modum videt, *Idem, Decad.*1.*l.*3.

...ltitudo ex incertiſſimo ſumit animos. *Decad.*1.*l* 6.

...fenſores ſunt in præcipitem ſemper locum fauore tollit, dein... ...ipſo diſcrimine periculi deſtituit, *Idem, eod. lib.*

...ltitudo omnis, ſic natura maris, per ſe immobilis eſt: vt venti ...cient, aut tranquilli, aut procelloſi. *Idem Decad.*3.*l.*8.

...natura multitudinis eſt, aut ſeruit, humiliter, aut ſuperbe ...atur, libertatem quæ media eſt, nec ſpernere modice, ...ere ſciunt, & non ferme, deſunt irarum indulgentes mi... ..., qui auidos atque intemperantes plebeiorum animos ad ſanguinem & cædes irrident, *Idem, Decad.*3.*l.*4.

Nihil tam incertum, nec tam inæſtimabile eſt, quam animi multitudinis, *Id. Decad.*4.*l.*1.

Nihil in vulgo modicum: terret, ni paueat: vbi pertimuerit impune contemnitur, *Tacit. Ann.l.*1.

Vulgus, duro imperio habitum: principi calamitate euerſo probra ac verbera intentat, *Idem, lib.*12.

Vulgus eſt voluptatum cupiens, &, ſi eo princeps trahit lætum. *lib.* 14.

Vulgus eſt ad deteriora promptum, *lib.*15.

Facilis eſt ciuitas ad accipienda credendaq; omnia noua, cum triſtia ſunt. *Idem, hiſt.l.*1.

Vulgus, vt mos eſt, cuiuſque motus noui cupidum. *Eodem libro.*

Mos vulgi eſt, imperatores forma ac decore corporis comparare. *Eod. lib.*

Vulgus ignauum eſt, & nihil vltra verba audet. *lib.*5.

Eſt vulgus ſine rectore præceps, pauidus, ſocors, arma temere rapiens, ac ſtatim omittens. *lib* 4.

Vulgo alimenta in dies mercari ſolito, vna annonæ cura. *Idem, eod. lib.*

Eſt multitudo leui ſententia, & facile huc atque illuc impellitur. *Zonar. Ann. tom.*1.

In Republica bene conſtituta plebi non concedenda eſt quiduis temere & imprudenter audendi licentia. *Zonar. in Theodoſio.*

In Republica bene conſtituta plebi non concedenda eſt quiduis temere & impudenter audendi licentia. *Idem in Grat. tom* 3.

Vulgus, per ſe, nouis rebus non ſtudebit. *Idem in Baſilio, tom.*3.

Iam pridem ſat calleo. Vulgus rem eſſe inconſultiſſimā, nec præſentem ferre fortunam ſcire, nec alias de futuris conſulere; ſed rebus vel difficillimis perquam leniter & enixe incumbere, ac præcipitanter ſuam in perniciem ire duntaxat noſſe. *Procop. de bello Goth. lib.* 2.

Id omni multitudini natura inſitum eſt, vt rerum nouitate & immutatione lætetur. *Agath.l.*3.

Vulgus de religione rixatur, ignarum quid ſit hæreſis. *G. Pachy. hiſt. lib.*5.

Quo victoria, eodem quoq; popularium fauor inclinat, *Iou. Pontan. hiſt l.*4.

Verenda eſt hominum inconſtantia, præſertim in magna annonæ difficultate. *Idem, eod. lib.*

Parum eſt præſidii poſitum in promiſcua multitudine, niſi contineatur aliqua neceſſitate & imperio: tametſi tempus incidat, quum ipſorum furor & repentinus impetus valde eſt extimeſcendus. *Ph. Cominæus, lib.*3.

Ad portenta accipienda imperitum vulgus blandiente mendacio inclinat. *P. Æmyl.l.*1.

Vt ab iudice rudi & imperito recta iudicia expectari nequeunt, ſic à multitudine confuſa & imperita, conſilium ſententiaue, prudentia & ratione munita, niſi forte caſu, ſperari nullo modo poteſt. *Fr. Guicciard. hiſt. l.*2.

Populus, vbi minus eſt opus, ſæpenumero profuſus apparet: vbi autem res ipſa largitatem poſcit, vſque adeo tenax, vt dum minimis parcere vult, in maximos ſumptus grauiſſimaque pericula incurrat. *Ibidem.*

Eſt vulgi natura, ad plus quam par ſit ſperandum, minuſque quam neceſſe ſit patiendum propenſa, rerum vero præſentium ſemper pertæſa. *Eod. lib.*

Populi, leui ſpe & vanis conſiliis nixi, cum periculum procul eſt, feroces ſunt, ſed mox periculo imminente animo fracti, nullam moderationem retinent. *Idem, lib* 7.

Variæ ſunt hominum, præſertim multitudinis, cui magis ſpecioſa quam matura conſilia placere ſolent, quæque ſæpius eos qui res minime prudenter metiuntur, magnanimos exiſtimet, cupiditates & cenſuræ. *Idem, lib,*16.

Plebs ſuapte natura ſemper rerum nouarum cupida, cum facile vanis erroribus & falſis perſuaſionibus repleatur, ad concitantis arbitrium, vt maris fluctus à ventis impellitur, *Idem, l.*17.

Sunt ad quæque rerum initia ardentiſſimi plebis animi. *P. Iouius hiſt. lib.*11.

§ Apophthegmata.

*Stilpo,* Crateti percontanti, cum dii orationibus & precibus delectarentur? Iſtuc, inquit, ô ſtulte, ne percontēris in via, ſed ſolum interroga. Subindicans, aut nullos eſſe Deos, aut eos non ſolicitari de rebus humanis: Sed non expediret tales voces apud multitudinem efferri, cui neceſſarium eſt Deorum metu contineri. Huic ſimillimum eſt quod tribuitur Dioni, qui eam quæſtionem proponenti, verſu Homerico ni fallor, reſpondit:

> Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον ταλαίπωρε πρέσβυ.
> *Non abiges miſerande ſenex turbam procul à me.*

*Laert.l.*2.*c.*12.

*Anacharſis* mirabatur, qui conueniret, vt artifices apud Græcos certarent, ſed de his iudicarent artis expertes. Sentiens, de

artes, neminem recte iudicare, niſi artificem. In theatro certabant hiſtriones, mimi, cantores & ſophiſtæ, recitabant Poetæ: quorum artes cum populus neſciret, tamen aliis applaudebat. *Idem, lib. c.9.*

*Antiſthenes,* Omnia mala pro peregrinis habenda eſſe putauit. Sed vulgus hominum ea tantum probat, quibus aſſueuit: ab exoticis abhorret, non quidem hanc ob cauſam, quod per ſe mala ſint, ſed quia peregrina. *Eraſ. l.7. apoph. ex Diog. Laert. l.6.*

*Idem,* Quodam die theatrum ingreſſus, ipſe aduerſus populum nitens ingrediebatur. Interrogatus autem, quam ob rem id faceret? Hoc, inquit, in omni vita facere ſtudeo. Sentiens, hoc ſapientis eſſe viri in omnibus à multitudine diſſidere: propterea quod vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione. *Laertius, lib. 6.*

*Chryſippus,* cuidam reprehendenti, quod non apud Ariſtonem cum pluribus daret operam philoſophiæ: Nonnunquam, inquit, philoſopharer, ſi cum pluribus auſcultarem. Dictum lepidius eſt apud Græcos, quod πολλοὶ interdum ſonat multi, interdum vulgus hominum. Senſit, non ſtatim eſſe optima, quæ placent, compluribus. *Laert. l.7. c.2.*

*Demades,* cum eſſet Quæſtor, populo Athenienſis perſuaſo vt iis qui ab Alexandro deſciuerant triremes auxiliares mitterent, iubentique ... ſico pecunias depromeret: Paratæ ſunt inquit, pecuniæ, ô viri Athenienſes, quas in congios depoſueram, vt ſinguli minæ dimidium acciperent. Verum ſi has maulltis in hunc vſum erogari, per me quidem ... nobis quidem lubet, vtamini, licet. Hoc ſermone fregit impetum populi, nolentis illa diſtributione ſpoliari. Sic interdum, vt indomitæ belluæ, arte ad meliora conſilia vocandus eſt populus. *Eraſ. l.6. apoph.*

*Alcibiades* habebat canem quendam inſigni pulchritudine, emptum drachmarum ſeptem millibus: huic amputauit caudam ac per vrbem obambulare paſſus eſt. Demirantibus cur id faceret, vt hoc, inquit, de me loquantur Athenienſes, nec alterius rei ſint curioſi. Notat ingenium populi, qui de claris viris libenter loquitur male. Illi morbo ſuppeditauit materiam leuiorem. *Plutarchus in eius vita.*

*Phocion,* populum Athenienſem in concione quum liberius reprehenderet, eiq; Demades diceret: Laniabit te Phocion plebs ſi paululum inſanierit: Quin, inquit ille, te potius, ſi paululum reſipuerit. *Bruſ. 7. c.17. ex Plut.*

*Idem.* Quum Athenienſibus proditum eſſet oraculum, in ea ciuitate vnum eſſe virum qui cunctorum ſententiis aduerſatur, ac populus vociferans iuberet illum inquiri, vt occiderent: Phocion in medium proceſſit: ego, inquiens, ſum ille, quem deſignaſſet oraculum. Mihi enim ea omnia diſplicent, quæ vulgus ait & dicit. Quo dicto oſtendere voluit, inconditam multitudinem, quoniam affectibus agitur, nihil ſani nec agere nec loqui. *Plut. in apoph.*

*Idem.* Orationem habens apud Athenienſem populum, placebat omnibus, cumque videret ab omnibus pariter ſermonem approbari, conuerſus ad amicum: Quid (inquit) num mali quippiam dixi imprudens? Adeo perſuaſum habebat, nihil placere vulgo, quod à recto iudicio proficiſceretur. *Plut. in apoph.*

*Themiſtoclem* cum Athenienſes contumelia afficerent, in quos multa contulerat beneficia, aiebat ſe ſimilem eſſe platanis, ſub quarum vmbra accurrunt homines afflicti tempeſtate, & eaſdem ſimul vt abiit tempeſtas vellunt. Senſit vir prudentiſſimus vulgi mores eſſe, vt belli periculis, implorent opem fortium virorum, in pace vero contemnant. *Plut. in Græc. apoph.*

*Hippomachus.* Quum diſcipulus ſuus aberraret arte inter fiſtulandum, & nihilominus plauſum auditorum aſſequeretur, percuſſit eum baculo, dicens: Perperam fiſtula cecinisti, nam alioquin hi tibi non aplauderent. *Æl. l.4. de var. hiſt.*

*Polycletus,* Eodem tempore duo ſimulachra fecit: alterum quidem ad vulgi arbitrium, alterum iuxta artis regulas. Gratificaturus autem plebi, ad ſingulorum acceſſum tranſpoſuit, & commutauit aliquid, morem gerens vniuſcuiuſque voluntati. Mox propoſuit vtrumque: & alterum omnes admirationi, alterum ludibrio ac riſui habuerunt. Reſpondens igitur Polycletus: At hoc, inquit, quod vituperatis reprehenditis, à veſtra arte profectum eſt: quod vero ſuſpicitis, ego mea facultate ſum fabricatus. *Ael. lib. 6. de var. hiſt.*

*Appius Claudius.* Quum in cenſura haberet competitorem Scipionem, Pauli Aemilii filium populari curæ ſtudentem, magna voce, O Paule, inquit, Aemili: nonne etiam apud inferos indignaris, quod filium tuum Mallius tonſor & Licinius declamator ad cenſuram producunt? *Plut.*

*M. Cato.* Populum Romanum gregi pecudum conferre ſolebat: quæ ſingulæ nemini obtemperant, vniuerſæ autem gregis ducem ſequuntur. Sic & vos inquit, quos nemo veſtrum priuatim conſilium adhibere vellet, ab his hic congregati, vos agi ducique ſinitis? Notans populum quod deterrimis committeret magiſtratus. *Eraſ. l.5. apoph.*

*Polycarpus,* cum fidei ſuæ rationem Herodi proconſuli reddere paratus eſſet, diemque poſtularet, quo cum procon ſule agere poſſet: Proconſul voluit, vt coram populo ſe excuſaret. Cui Polycarpus, Non faciam, inquit, cum principibus & poteſtatibus honos debeatur, modo Deo non ſit contrarius: populo autem ſatis facere nemo poſſit. *Euſeb. l.4. Eccl. hiſt c.15.*

## ❡ Similitudines.

*Nazianzeni.* Solet populus, etiam ſi ad præſens iram co... tanquam ignis in ligno deliteſcens, ſeu fluuius vi coercitus, ... pus eſt oblatum, re accendere & erumpere. *Contra Iulia...*

*D. Baſilii.* Quemadmodum nebulæ iuxta mutationes ... nunc huc nunc illuc feruntur: Sic vulgus quouis vento ... hanc nunc in illam partem ſeſe flectit. *Apud Anton. par... mone 18.*

*Philonis.* Quemadmodum coqui omnia eſculenta ad ... tem oris comparant, vtilia negligunt: Sic ignobile vulgus ... de commodis, præſentem tantum voluptatem venatur. *Lib...*

*Sicut coquus* nihil aliud curat, quam inutiles ac ſuperva... ventris voluptates: Eodem modo vulgus ignobile totum ſe ... ctamentis aurium tradit, per quæ mentis intentio relaxatur ... neruatur anima. *Lib. de Ioſepho.*

*Polybij.* Quemadmodum mare natura ſua placabile eſt ... tentibus ac firmum, cum vero venti violentiores irruerint ... reddirur vtentibus, quales ſunt venti, à quibus agitatur. Ita ... ignobile vulgus cum per ſe placabile ſit, facile tamen commo... à quouis vento, ac talis fit multitudo vtentibus, quales con... habet. *Lib.11. hiſt.*

*Demoſthenis.* Populus ſane turba eſt, & res omnium inſta... ma ac impudentiſſima, vt in mari fluctus flexibilis & inquie... vt contingit agitatur: alius venit, alius receſſit, ac nemo re... cæ curam gerit, imo ne meminit quidem. *In orat. de falſa lega...*

*Stobæi.* Ariſton Chius vulgus hominum Laerti comparaba... cum reliqua ruri diligenter omnia curaret, ſeipſum negligeba... & illos ſtudioſiſſimos quidem eſſe circa poſſeſſiones, animum ... tem feris obrutum affectibus, non excolere aiebat. *Serm. 2. de prudent.*

*Vt vulgus* temere quippiam poſtulans ex rebus tuis, non ... te: Sic quauis in te plebem iniuſte aliquid orantem ne tuere... *Serm. 44.*

*Plutarchi.* Inter agathallos & acanthylides tantum eſt o... vt ſi ſanguis eorum vi miſceatur, continuo ſeparent ſe rur... diſſiliant: Sic inter patricios & plebem, etiamſi quando pro re... vſu coniunguntur, durat tamen vſq; odium naturale. *In Mora...*

*Qui* captat aues, earum voces imitatur, vt alliciat in laqueo... vt multitudinem in tuam adducas ſententiam, illius ingenio ... cundes & obſeruias opportet. *In Moral.*

*Quemadmodum* ii qui ruri laborant, ingruente pluuia & te... ſtate ad platanos currunt, vt earum vmbra tegantur, eaſdem ... ſimul vt redit ſerenitas, euellunt, & domum ferentes in ignem ... iiciunt: Sic ignobile quoque vulgus in bellicis periculis fo... virorum implorat opem & auxilium, in pace autem & tran... litate eoſdem contemnit, & nihil æſtimat. *Stoba. in Græcor... perat. apoph.*

*Seneca.* Vt qui in ludo verſantur gladiatorio, cum iiſdem vi... ac pugnant: Ita vulgus hominum inter ſeſe dimicat, & alius a... ſpoliat vel amiciſſimum. *Apud Eraſm.*

*Nihil magis* præſtantiſſimum eſt, quam ne pecorum ritu ſe... mur antecedentium gregem, pergentes non quo eundum eſt ... quo itur. *Apud Eraſm.*

*Roterodami.* Quemadmodum oues ſingulæ nemini obte... rant, vniuerſæ autem gregis ducem ſequntur: Sic in vrbe po... à priuatis caſtigari non vult, à magiſtratu autem agitur & duc... *Lib.5. apoph.*

*Vt maiore* cum voluptate cantionem audimus notam, quam ... noram, etiam ſi melior ſit: Ita iis literis impenſius vulgus dele... tur, quas didicit. *Eraſ. in ſimil.*

*Vt imperiti* tempeſtatem non ſentiunt, niſi fero, ſuoque m... contra prudentes agricolæ proſpiciunt, cauentque: Ita vulgus ... minum improuidum ſuo malo diſcit, cum interim vir ſapiens ... cul præuiſum malum vitet, vt Democritus metente fratre a... tiſſimo æſtu, monuit, vt reliquæ ſegeti parceret, raperetque de... ſub tectum: paucis mox horis ſæuo imbre vaticinatione appro... *In ſimil.*

*Sicut arbores* aliquot, quæ poſt ſolſtitium inuertunt ſua foli... vlmus, tilia, olea, populus alba, ſalix: Ita vulgus procerum, ſi ... latq; princeps vitæ genus diuerſum commutarit, vertunt & ipſi ... tum, cultum, orationem & omnia. *In ſimil.*

*Thriueri.* Quemadmodum ſenſus reſpectu rationis ... tus eſt: Ita æſtimatione ſapientium, vulgus. Proinde qui ... ſapere, debet quam longiſſime ab opinione vulgi diſcedere ... *apoph. 72.*

## ❡ Fabula.

### Aſinus Vulgi.

Senex pater comitatus filio adoleſcentulo, aſinum ag... ad ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…mercatum, venditurus illum, ſi poſſet. Hos conſpicati in agro mer… O homines ſtultos: inquiunt, qui vacuum aſinum præ ſe a… potius, quam vt alter ipſorum vehatur, cum hic ætate ſenecta, …li ſit imbecillior. Senex verum illos dicere ſentiens, filium … aſinum imponit, neq; multum viæ progreſſi, habent obuios …bi homines, qui beneuolentia, vt videbatur, erga ſenem mo… …hendere, quod ipſe potius decurſu ætatis & annis grauis de… …retur, quam ad laborem adoleſcentulum filium aſſuefaceret. …& ipſos recte monere arbitratus, mutato conſilio, ipſe aſinū …dit & adoleſcentulum filium ſuum præire iubet. Non mul… …ineris confecerant, cum audit & hoc culpantes quoſdam, …nellos pedes pueri exerceret itinere, ipſe ſuis calloſis parce… …o aſſidere poſt ſe filium iubet. Cum autem incidiſſent in …am viatores, ſalutato illi ſene, & de quibuſdam aliis locuti, …ſius ne eſſet aſellus, an vteretur conducto, interrogant? Hic …ero ſuum eſſe dicebat, & ſe agere ad mercatum. Bene ſcilicet, …nt illi, venditurus exanimatum tanto pondere vtriuſq; ve… Senex dicere & hos aliquid exſtimans pedibus alligatis aſini …ſum de pertica ipſe & filius portare. Ibi vero hoc videntium …a reprehenſio & vituperatio exiſtit: aliis vt delirum ridenti… …em, aliis vt captum mente miſerantibus. Tum ille tandem …atus ſimul animo, ſimul indignatione percitus, vt prope flu… forte aſtiterat aſinum in aquas præcipitem dedit. Ita dum …ibus hominum mouetur: aſinum miſer perdidit.

…et fabula, non oportere ſapientes, hoc agere, ſuas actiones vt …probent, ſed in conſiliorum honeſtate illius belluæ multorū …m notationes contemnere.

---

# Vulnus.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Vlnus, plaga, & proprie hians patenſq; apertum corporis ictu aliquo inflicta, Gr. τραῦμα, Hebr. *Machchah*, à verbo *hicchah*, Sauciauit, vulnerauit, & *Petſah*, à verbo *Patſah*, vulnus infli… cerauit vſq; ad effuſionem ſanguinis.

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Verg. 3. Georg.

*Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt,*
*Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum*
*Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo, &c.*
*Continuo ferro culpam compeſce prius, quam*
*Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.*

Claud. 2. Eutrop.

*Tunc decuit ſentire nefas. tunc ire recentes*
*Derterſum maculas: veteri poſt obruta morbo*
*Corpora, Pæonias ne quidquam admoueris herbas.*
*Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis*
*Non leuiore manu ferro ſanantur, & igni,*
*Ne noceat fruſtra mox erupturacicatrix.*
*Ad viuum penetrans flammæ, quo funditus humor*
*Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis*
*Areſcat fons ille mali truncantur & artus,*
*Vt liceant reliquis ſecurum viuere membris.*

Ouid. 1. Met.

*Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.*

Ouid. Pon. 2.

*Vulneris id genus eſt, quod ſanabile non ſit,*
*Non hoc tractari tutius eſſe puto.*

Idem 3 Pont, 1.

*Curando fieri quædam maiora videmus*
*Vulnera, quæ melius non tetigiſſe, fuit.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

De vulneribus acceptis. Dial. LXXVII.

*Franciſc. Petrarch.*

DOL.

…lneribus crucior grauiſſimis. R. O ſi animæ tuæ vulnus aſpi… …am tibi hæc leuia videantur, ſed vos delicatiſſima corpora …biles pœnæ animas habetis. Altera veſtri parte nihil. Altera …mnia parati, quodq, eſt funeſtius, non ſentire. D. Vulneribus …s afficior. R. Hoſtilis mucro loricam penetrat, non animum. … vltro ſuis ſeſe armis ſpoliet inuiolabilis ferro eſt. Diſputa-tum habes à magno quodam viro, paruo quidem, ſed arg… volumine, neminem lædi poſſe: niſi lædatur à ſeipſo, cui ſententiæ, quāuis ab opinione hominum vehementer abhorreat, pro veritate ſubſcripſerim. D. Grauiſſimis, multiſq; vulneribus laniatus ſum. R. Nullum vulnus grauius eſſe poteſt, quam ad mortem, talia vero vno in corpore multa eſſe non poſſunt, ſi vnum ego grauiſſimum, reliqua omnia leuia ſint oportet. Tribus & viginti vulneribus confixus Cæſar, vnum non amplius lethale habuit: vt ſane fuerint cūcta lethalia, plus ne quam ſemel mori potuit? multa licet ac profunda ſint vulnera, vnus eſt vulnerum effectus, quorum ſæpe etiam in corpus extinctum inhumana repetitio non vulnerati pœnam, ſed ſæuitiam vulnerantis exaggerat. D. Vulneribus debilitatus ſum. R Sit vtinam ſimul debilitata ſuperbia cum ſororibus ſuis, & acceſſerit vulnerū comes humilitas, ne de nihilo ſcriptum ſit: Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Bonum vulnus & vtile, quod plurimum ac maiorum vulnerum medicina eſt. D. Vulneribus deformatus ſum. R. An adoleſcentis illius obliuiſceris, cuius mentio bis in hoc ſermone incidit? ſero quidem ſponte faceres, quod ab alio factum gemis. D. Tranſuerſo vulnere facies exarata eſt. R. Non vulnus, ſed cauſam vulneris attendo. Iuſto cicatrix bello parta miſeris modis honeſtat faciem. Viri fortis ſpecioſum pro iniuſtitia ſuſceptum vulnus multoq; ſpecioſior eſt mors. D. Vulnere accepto claudus ſum. R. Dictū tenes Horatii Coclitis, qui cum die illo, quo mirabili … credibili fortitudine, atq; conſtantia ſolus Thuſci Regis exercitum … ſublicio in ponte ſuſtinuit, teſtudine ſuorum manibus à tergo fracta, & collapſa, hoſtibus clauſum … ſentiet vtque erat armatus & mille hinc, atq; hinc miſſilibus circumuentus, ex alto ſe in Tyberim proiecisſet, vnoq; cum vulnere vnde claudus manſit intertuendum accepto: nando ad ſuos corpore reliquo incolumis perueniſſet, idq; vitium ſibi poſt tempus in petitione honoris obiiceretur, ſic eluſit aduerſarium. Minime enim inquit claudico, ſed ita dii immortales voluere, vt per ſingulos paſſus meminerim triumphi mei: præclarum plane, factiſq; par dictum. D. Manum vulnere perdidi. R. Si læuam damnum leuius. At ſi dexteram Marci Sergii viri fortiſſimi remedio vti licet, qui hac manu bello Punico amiſſa ſibi ferream fabreſcit, cum qua multis, ac trucib. prœliis, non otioſus bellator interfuit. Id ſi parum ſucceſſerit, dextra officium in ſiniſtram transfer. Noſti vt Cæſareus miles Attilius bello Maſſilienſi, cum iniectam puppi hoſtili dextram amiſiſſet leua prehenſam tenuit, donec pelago mergeretur D. Vtraq; manus ferro abſciſſa eſt. R. Vbi plus licentiæ fortuna, ibi plus negotii virtus habet, fortunæ tamen omnes aculeus, virtute contunditur: hac armatus etiam ſine manibus fortis erit. Memento Cinigeri Athenienſis, qui poſt Marathoniam pugnā, opus immortale Militiadis hoſtibus ad naues profugis imminens obtruncata manu dextra, a qua vnam nauium fugæ plenam ſtrinxerat, ſiniſtram mox adhibuit, qua rurſus abſciſſa feræ in morem morſu poſt affixo ſic tenuit quos aliter non valebat: nec tibi miles ille Cannenſis exciderit, qui vulneribus vſu manum priuatus contra ſuis intentum ſpoliis victorem, quod vnum ſibi ſupererat dentibus e quidem pro manibus vſus eſt, ceruicemq; arreptam vlnis implicuit, nec laxauit prius quam auribus truncis ac naribus, os hoſtis lacerū tuens, ſeque vltus moriens iam lætior expiraret, ferocia hæc, illa ſuauiora militaribuſq; animis aptiora remedia, vt ſemper ceu rem fragilem, caducamq; teq; velociter deſerturam corpus aſpicias, vt cum id euenerit, nec concidas, nec mireris quidem. Sed exteriore membrorum miniſterio amiſſo, in ipſos animæ ſinus intimos te conuertas, vbi inuenies aliquid magnifice loquendum, agendumque, nec lingua opus eſſe, nec manibus. D. Vulneribus deformatus ſum. R. Dixi iam, imo ſi cauſa vulnerum pulchra eſt, honeſtatus, ac inſignitus, viri quidem fortis pro iuſtitia, magnum aliquid aggreſſi durumq; aliquid perpeſſi, non fœdis frons ſulcata vulneribus videri debet, ſed notis ſtellata fulgentibus, neq; vero cicatrices, aut vulnera, ſed virtutis ſunt dicenda veſtigia, & præclaris affixa frontibus ſigna meritorum. Proinde ſi Cæſarem illum quoq; Centurionem Cæſium Scæuam miræ virum fortitudinis, ſed iuſtitiæ nullius, mille lacerum perfoſſumq; vulnerib. hoſtes quoq; venerati, & propter nimius virtutis admirationem vulnera ipſi deoſculantes armorum fragmina, & ſagittas tepenti cadauere eductas … eorum templis … ſacrum aliquid effingebant, quid de fortis iuſtiq; viri pretioſis vulneribus ſentiendum ſit intelligis. D. Vulneribus multis infirmus … deformis ſum. R. Curate miſeri vulnera niſi nunc ſanentur hæſura perpetuo. De his enim terra viderit, quæ illa conteget, conſumetq; cicatricoſaq; corpora excipiens plane reſtituet. D. Inflicto vulnere hac aut illa parte corporis truncus ſum. R. De partibus litigas totū illico relicturus.

Vulnera quæ quiſq; (in prælio) excipit, indicia virtutis ſunt, *Quintus Curtius, li. 4.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Crates* Nicodromus citharœdus Crateris dictis laceſſitus impegit illi pugnum in os, & ſugillauit. At Crates fronti impoſuit tabellam, in qua ſcriptum erat: Nicodromus faciebat. Itaq; cum liuore ſuo obambulans, traduxit citharœdum: feſtiuiter alludens ad artificum morem, qui operibus ſuis inſcribunt, Appelles aut Phidias faciebat. Simile quiddam narratur de Diogene pulſator. *Laert. lib. 6. ca. 1.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alexander frequenter dicere ſolitus eſt: Vt maxime ſanetur vulnus quod illatum eſt, manet tamen cicatrix. Senſit vir clariſſimus, vulnus facile quidem ſanari poſſe, vt dolor omnis auferatur: cicatricem tamen, hoc eſt, iniuriæ factæ memoriam, ſemper verſari ob oculos. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Timotheus* audiens quendam acceptum in bello vulnus prædicantem ac corporis cicatrices oſtentantem: Et me, inquit, puduit, quod cum ego in Samo dux veſter eſſem, catapultæ telum prope me ceciderat, Significans, hoc vulnus illi non factum in prœlio cominus pugnanti, ſed procul. Sic ſunt hodie Thraſones, qui vulnera à bombardis corpori inflicta oſtentant omnibus fortitudinis gloriam aucupantes: cum vulnus eminus pugnando fortaſſis à puero, vel ignauiſſimo timidiſſimoq; homine acceperint. *Eraſ. l. 5. apoph.*

# Vultus.

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Luc. ad Piſon.

*Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum*
*Nec ridum, læta ſed tetricitate decorum*
*Poſſumus: ingenita ſtat nobilitatis in illo*
*Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.*

Sen. Thyeſt. act. 2.

*Multa ſed trepidus ſolet*
*Detegere vultus, magna nolentem quoque*
*Conſilia produnt.*

Idem Agam. act. 2.

*Quid tacita verſas? &c.*
*Licet ipſa ſileas, totus in vultu eſt dolor.*

Sen. Her. Oet. act. 2.

*Licet ipſa neges*
*Vultus loquitur quodcunq; negas.*

Ouid. 2. Met.

*Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu?*

Hor. 7. Epod.

*Tacent: & ora pallor albus inficit:*
*Menteſq; perculſæ ſtupent.*

Iuuen. 1. Satyr. 3.

*Enſe velut ſtricto, quoties Lucillus ardens*
*Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt*
*Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa,*
*Inde iræ, & lacrymæ.*

Sen. Oct. act. 4.

*Effare: dubitas? cur genas mutat color?*
*Quid verba quæris?*

Ouid. 8. Met.

*Super omnia vultus*
*Acceſſe boni, nec iners, pauperque voluntas.*

## ¶ Philoſophorum Sententiæ.

Vultus ac frons, animi eſt ianua, quæ ſignificat voluntatem abditam ac retruſam. *Cic. de Pet. Con.*

Omnis motus animi ſuum quendam à natura habet vultum, & ſonum & geſtum: animi imago, vultus eſt: indices, oculi. Nam hæc eſt vna pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poſſit efficere. Oculi enim ſunt, quorum tum intentione, tum conie ctu, tum hilaritate, motus animorum ſignificemus apte. Nam oculos natura nobis, vt equo & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. 3. *de Orat.*

Et oculorum obtutu, ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, facile iudicamus, quantus ſit in homine dolor aut metus, aut deniq; triſtitia. 1. *Offic.*

Proditur animi natura per vultum, & ſeueritas corporis nubila quoq; mentis abſtergit. *Caſſiod. l. 3. ep. 6.*

Vultum alacrem impauidumq; militibus oſtentare proſperos rerum ſucceſſu, & maturam de hoſte victoriam deiectis etiam militum animis pollicetur. *P. Iouius hiſt. l. 14.*

# Vxor.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Vxor, Græce γυνὴ, ἄκοσ, ἡ, & γυναικόφιλος, ὁ, vxorius dicitur. Vxor Heb. *Iſchſchah.* Vira, viro tradita ex primaria Dei inſtitutione, *Gen. 2. cap.* Fortaſſe à verbo *Laſchah*, Eſſentiam habuit firmam, fuit in ſubſtantia ſolida & non pereunte, Nam Eua formata fuit ex coſta Adami.

Vxor dicitur mulier poſtquam contraxit per verba de præſenti, licet nondum conſummauerit, & hoc in omnibus fauorabilibus. Sed in odioſis appellatione vxoris venit ſolum illa quæ matrimonium conſummauit. *in l. ſi. non ſicut. C. de bon. quæ l. b.*

Vxor dicitur ab vngendo, quaſi vnxior. Fuit enim veterum mos Romanorum, vt nouæ nuptæ mariti demum intrantes axungia poſtes vngerent. Eſt autem axungia adeps ſuillis inueteratus, aut cum ſale, aut ſyncerus, qui quanto vetuſtior, tanto vtilior eſt. Dicitur que axungia ab axe plauſtrorum, vnguento, quamuis etiam Græci pro vocabulo vſi fuerint. Hanc enim religioſam habebant, putabantque mala omnia ab ea domo arceri, propter innumeras axungiæ vtilitates, impreſſas ei à radicibus, quibus ſues veſcuntur. Vxorius modo ſignificat, ad vxorem pertinens, modo vxori deditum.

## ¶ Biblici Loci.

Vxor non inuenta virgo, & eius lex, *Deut.* 22. *v.* 13. 14. 15. vxorem ducens à fide occidenda. *Deuter.* 13. 16. Vxor diligenda *Prou.* 5. 18. *Eph.* 5. 25. non plus ametur quam Chriſtus. *Matth.* 10. 37. Vxor non temere relinquenda. *Matth.* 5. v. 31. 32 & 19. *v.* 6. 8. 9. *Marc.* 10. 9. *Luc.* 16. 18. 1. *Corinth.* 7. *v.* 10. 11. Vxor virum timere debet, *Epheſ.* 5. 33. domino illa compellare debet maritum ſuum, Saræ exemplo. 1. *Petr.* 3. 6. Vxor prudens Dei donum *Prou.* 19. 14. Vxor Ieroboami mutato habitu Ahiam prophetam conſuluit, 1. *Reg.* 14. 4. Vxor Iobi maritum ſpernit, *Iob.* 2. 9 & 19. 17. Vxor Loth, in ſalis ſtatuam verſa eſt, *Gen.* 19. 26. exemplo illa nobis ſit. *Luc* 17. 23. Vxoris adulterium quomodo poſſit deprehendi, *Num.* 5. 14. &c.

Vxoris officium, *Gen.* 2. *v.* 22 & 3. 16. *Num.* 30. *v.* 7. 13. *Deut.* 21. *Tob.* 10. 12. *Eſth.* 1. 19 &c. *Prou.* 11. 16. & 12. 4. *Eſa.* 3. *v.* 15. 17. 1. *Corinth.* 7. &c. 11. *v.* 5. 9 & 14. 34. *Eph.* 5. 22. *Coloſſ.* 3. 18. 1. *Timoth.* 2. 11 & 3. 11 & 5. *v.* 2. 10. *Tit.* 2. 10. 1. *Petr.* 3. 1. Vxorem ducentes immunes primo anno *Deut.* 24. 5. Vxorem non licet repudiare, niſi ob ſolam fornicationem. *Matth.* 5. 32.

## ¶ Sententia Poetica.

Sen. Oct. act. 1.

*Amor perennis coniugis caſtæ manet.*

Iuuen. 6.

*Si verum excutias, facies, non vxor amatur,*
*Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,*
*Fiant obſcuri dentes, oculiq; minores:*
*Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,*
*Iam grauis es nobis.*

Sen. Oct. act. 2.

*Probitas, fideſq; coniugis mores, pudor,*
*Placeant marito.*

Plaut. Merc.

*Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro.*

Ouid. 2. Triſt.

*Cumque feſellit amans aliqua nouitate maritum,*
*Plauditur, & magno palma fauore datur.*

Plaut. Stich.

*Facile inuenies & peiorem, et peius moratā pater*
*Quam illa fuit: meliorem neq; tu reperies, neque*
*Sol videt.*

Iuuen. 10.

*Nos animorum*
*Impulſu, & cæca, magnaque cupidine ducti*
*Coniugium petimus partumque vxoris at illis*
*Notum, qui pueri qualisque futura ſit vxor.*

Iuuenal. 6.

*Semper habet lites alternaque iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.*
*Tunc grauis illa viro, tunc orbā tigride peior.*
*Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti,*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat.*
*Vberibus ſemper lachrymis, ſemperque paratis*
*In ſtatione ſua, atque expectantibus illam,*
*Quo iubeat manere modo:*

Ter. Adelph. 5. 4.

*Duxi vxorem: quam ibi miſeriam vidi! nati filii,*
*Alia cura: porro autem, dum ſtudeo, illis vt quam plurimum*
*Facerem, contriui in quærendo vitam atque ætatem meam*
*Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero*
*Odium.*

Ex Græc. Com.

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον κακόν,
*Eſt ducere vxorem, malum: (vera vt loquar)*
*Malum neceſſarium putari ſed decet.*
Μὴ γαμεῖν γὰρ ἂν δ᾽ ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ.
*Ducas cane vxorem: ſed vbi eam duxeris,*
*Fer coniugem dotemque conniuens dehinc.*
Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον᾽ εἶναι τἀνδρός, ἀλλ᾽ ὑπήκοον.
Γυνὴ δ᾽ ἡ νικῶσ᾽ ἄνδρα κακόν ἐστιν μέγα.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Proba vxor, ô Nicoſtrata, marito ſuo*
*Non debet eſſe ſuperior : ſed obſequens.*
*Nam graue malum vxor eſt ſuperans virum ſuum.*
Οἰκίᾳ δ' ἐν ᾗ πάντα πρωτεύει γυνή,
Οὐκ ἔστιν ἥτις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.
*Haud vna ſalua manſit vnquam familia :*
*Partes priores vxor in qua geſſerit.*
Ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
Πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν
Ἢ βούλετ' ἀτυχεῖν, μακάριος καλούμενος.
*Qui ducere vxorem cupit prædiuitem :*
*Pœnas vel ille pendit iratis Deis :*
*Vel dum beatus audit, eſſe vult miſer.*
Οὐ πάντες οὔτε δυστυχοῦσιν ἐν γάμοις,
Οὔτ' εὐτυχοῦσι, συμφορὰ δ' ὃς ἂν τύχῃ.
Κακῆς γυναικὸς εὐτυχεῖ δ' ἐσθλῆς τυχών.
*Non coniugalis ſemper infelicitas,*
*Felicitasve ſemper eſt comes thoro :*
*Sed prout vxor obtigit proba, aut ſecus.*

De vxoris amiſſione. DIAL. XVIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Vxorem heu perdidi. R. O præpoſterum ingenium ſtupendum-que hominem ! qui vxoris in funere lugeat, ſaltet in nuptiis. D. Vxorem perdidi. R. O demens ! hymenæum cane. Nunc eſt tempus, quem catenatum vinctum vidimus, dignioribus iam ſertis accingere. Magno prælio viciſti, & longa obſidione liberatus es. D. Vxorem perdidi. R. Sic dicis perdidi, quaſi qui febrem perdidit aut ſcabiem. Quorundam lucri ſpecies eſt perdere. D. Vxorem perdidi. R. Nunquam tibi fortaſſis opimiorem quæſtum vna lux attulit. Quantis impedibus elapſus es, quanto naufragio enataſti ? D. Sed vxorem bonam perdidi. R. Solent id quidem omnes dicere, & qui contrarium ſciunt. Egó autem & ſi bona vxor, vel omnino mulier bona rarum mirumque animal ſit in terris, vitandæ tamen altercationis cauſa permiſerim vxorem tibi qualem dicis amiſſam. Neque ideo reſpondebo, quod olim quum hæc eadem quæſtio ageretur apud Senecam reſpondit, poſſe te aliam bonam, vel ſi feceras facere, vel ſi inueneras inuenire. Muto ſententiam. Nolo te ſæpius rem periculoſiſſimam retentare, quod & ſi ſemel bene ceſſerit, ſtulte reperitur. Citius centum ſui ſimiles mulier mala quam vnam bonam repe-rit. Quamobrem qui malam habuit, ſimilem timeat. Atqui bonam ſimilem ne ſperet, ſed vterque pariter, ille aduerſitatem cumulare, hic proſperitatem ſuam deformare caueat. Sic in omnem caſum ſecundo coniugio abſtinendum. Tu nunc ergo ſi, vt ais, bonam coniugem amiſiſti, præterito potius gratulare quam futuri ſpem concipias, neque quod puppe integra littus attigeris, crebro nauigium ventis credas. D. Coniugii vinculum, quo tenebar mors diſſoluit. R. Noli te rurſus innectere, cogita quam optabilis, quamque incomparabilis ſit libertas, & conſilium Ciceronis amplectere. Qui Terentiam viuaciſſimam, & aduerſus quam fruſtra mortis auxilium expectandum eſſet, dum repudio dimiſiſſet hortantibus amicis, vt aliam duceret, non poſſe ſimul ſe vxori & ſapientiæ ſtudio dare operam reſpondit. D. Vxorem bonam perdidi. R. Quid ſi hoc etiam non iactura, ſed lucrum & magni fuga periculi eſt, vt enim ſit bonam reperire, conſtantem vbi quæremus? Notum illud ſummi vatis: *Varium & mutabile ſemper fœmina.* D. Vxorem bonam, ac iuuenili ætate floridam amiſi. R. Parumne igitur fœminei mores ſunt? quam multas pudiciſſimas adoleſcentulas, impudicas, ac laſciuas anus vidimus. Ardor nempe libidinis, quoties vetulæ oſſibus incubuit, quaſi ignis in ligno arido violentius æſtuat, vel inſtantem ergo vitæ mutationem, vel vt inde periculum non eſſet venturæ vtique ſenectutis tædium, ac faſtidium declinaſti. Graue iuuenibus coniugii iugum, ſenibus grauiſſimum, durum, importabile. D. Amiſi iuuenem vxorem. R. Seu proles ex coniugio quæritur, ſeu voluptas, quorum alterum mariti eſt, alterum adulteri, ad vtrumlibet aptior iuuenta. Siue his autem ab vxore perceptis : ſiue eorum altero : eo illam peruenire optabas, vbi inhabilis ad vtrumque eſſet, ſiue ad hæc futuram inhabilem ſperabas, quid niſi votum ſuperuacuum ſpes inſana eſt? D. Amiſſa dulci coniuge ſolus ſum. R. Inuidioſa vero ſolitudo eſt, malis caruiſſe comitibus. Vacuo nihil eſt mollius cubili. Nihil durius occupato, animis dulces ſomnos & vigilias honeſtas amantibus, honeſtumque aliquid altumque verſantibus. Nihil egregiis cœptis infeſtius muliebri conſortio. Nec me fugit quid aduerſus hæc dici ſoleat ab his, quos miſeriæ delectant ſuæ : matrimoniorum inquiunt expertes matrimonia contemnant. Et mihi in prouerbio vulgari : Vxorem verberat, qui non habet. Ego contra, nullos de coniugio queri ſolitos audiui, niſi qui ſarcinam coniugii pertuliſſent. D. Coniugem amiſi optimam. R. Et quæ optimæ, quæque virorum amantiſſimæ videntur, zelo, ac ſuſpicionibus aliquanto cæteris acrius inardeſcunt, quo incendio conflagrare pacem domeſticam eſt neceſſe. Quorum igitur querelæ? Perdidiſti vxorem, inueniſti libertatem, cælibatum, pacem, ſomnum, requiem. Iam tranquillam ſine litigio noctem ages. D. Sine vxore ſum. R. Et ſine aduerſario iam tui, rerumq; dominus tuarum eſſe incipis. Ante lucem lectulo matutinus domo egredi, veſpertinus regredi, ſolus aut cum quibus voles totos dies agere nullo rationum exactore permitteris. D. Vxorem perdidi. R. Perdita dudum ac repudiata requies in cubiculum reuocanda erit. Illa tibi vxore qualibet vtilior comes. D. Vxorem bonam ac decoram perdidi. R. Stulti eſt compedes ſuas quamuis aureas, amare.

Ita e

De importuna vxore.

DIAL. XXII.

DOL.

Vxorem patior moleſtam. R. Felicius amiſiſſes. Atqui modo perditam querebare. D. Vxorem patior inquietam. R. Primo labori venia forſan aut miſeratio, ſecundo non niſi odium debetur, & quem vna vxor non caſtigat, dignus eſt pluribus. D. Infeſtam patior vxorem. R. In aliis vtcunque fortunam culpes. In vxore autem præſertim altera non alium quam teipſum : hoc tibi malum tu feciſti. D. Vxorem patior procacem. R. Vdas ſuccende paleas, tegulas frange, de reliquo prouiſum tibi eſt. Ita vero cumulatæ quæ te domo pellant, aderunt fumus, ſtilicidium, atque vxor. D. Perfidam patior vxorem. R. Iam periculo res non vacat. Vxor Agamemnonem, vxor Africanum morti dedit, vt Amphiaraum, vt Deiphobum, vt Samſonem ſileam, alioſque quos numerare longum eſt. Illi quidem prorſus innumerabiles, quos vxores nec mori cogunt, nec viuere patiuntur. D. Mala mihi notiſſima explicas: remedium quæro. R. Erunt qui ſuadeant vt caſtiges & prauos mores ad rectum reuoces, totum te huic vni negotio impendas. Ego autem quid ? caſtigandam vxorem ſi caſtigando proficias, non nego, ſi id fruſtra eſt, ſola reſtat patientia. Hanc amare, quodque inuitus faceres, volens fac. Eſt Varronis Satyra, Menippeam vocant, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti viri conſilium breue, ſed efficax his verbis expreſſum leges, Vitium vxoris aut tollendum, id eſt corrigendum, aut ferendum eſt. Dicti ratio breuis quoque ſed elegans hæc affertur : Qui tollit vitium, inquit, vxorem commodiorem præſtat, qui fert, ſe meliorem facit. Quod dictum ſcriptores alii ſic interpretati ſunt, eiuſmodi vitium vxoris, ſi corrigi non poſſit ferendum eſſe, quod fieri à viro ſalua poſſit honeſtate : quod vitia nempe flagitiis leuiora ſint, eamque non aliam ſententiam fuiſſe Varronis. D. Procax, & moroſa eſt vxor. R. Fer mores ſi immutari nequeunt, & qualiter foris viuas, domi diſce cum Socrate. Et ſi ille duas ſimul pertulit, alii plures, vni tu ne ſuccumbas ſarcinæ. D. Moleſtam vxorem habeo. R. Cui vero non poſſit vxor moleſta contingere, niſi qui ſe nuptiis conſtanter abſtineat cum & Adriano principi, & quo nil altius, nil mitius Auguſto Sabina illi, huic Scribonia, vtraque coniunx dura & peruerſa, moribusq; aſperis digna repudio. Et Catoni Cenſorio tam rigidi tamque inuicti viro animi cum Paula quædam violenta vxor ac ſuperba contigerit, quod mereris, humili etiam orta progenie, ne quis nominum ſperet ignobilitate vel inopia, vel omnino aliter quam perpetuo cælibatu coniugii ſubterfugiſſe moleſtias, ſed quas fuga non euaſerit, patientia perferendas ſciat, nec luctando nec calcitrando ſe torqueat, ac iugum ſponte ſuſceptum iactabundus exaſperet. D. Importunam prorſus & indomitam fero vxorem. R. Bene ais, ferendum eſt, etenim quod deponi nequit, & ſi premat. D. Moleſtiſſimam habeo vxorem. R. Habes vnde patientiæ laudem quæras, vnde diſcas requiem optare, vnde peregrinari ames, reditumque oderis, vbi vocem exerceas, ac bacillum.

De vxore formoſa.

DIAL. LXVI.

GAVD.

Formoſa mihi vxor obuenit. R. Difficilem prouinciam nactus es, vigila dixi iam, durum eſt cuſtodire quod à multis appetitur. G. Forma eſt vxori excellens. R. Solet forma corporis vt multa alia paritate gaudere, in paritatem ac diſſimilitudinem aſpernari. Si par igitur tibi forma eſt, exerceberis, alioqui contemneris, vtrumque laborioſum. G. Forma coniugis magna eſt. R. Et magna ſuperbia, vix eſt aliquid quod æque animum tumefaciat & extollat. G. Forma vxoris eſt maxima. R. Vide ne caſtitas parua ſit. Scitum eſt illud Satyricum : *Rara eſt adeo concordia formæ, atque pudicitiæ,* vt hæc conſtent, morum inſolentiam quis ferat, & cotidiana faſtidia ? G. Formoſiſſima eſt vxor. R. Habes domi idolum ſumptuoſum, operoſum, videbis indies peregrinos nouoſque habitus, lauda hinc corporis habitudinem, quam omnia deceant, hinc ingenium inuentricis ad cuncta verſatile, tum iacturam patrimonii lucrũ voca. G. Habeo vxorem formoſiſſimam. R. Habes idolum litigioſum inſolens, quod effuſus colas, quod extra te raptus ſtupeas, quod adores, vnde totus pendeas. Summitte collum iugo, & contentus forma coniugis, curaſq; alias, & propriam libertatem procul abijce. Dicebã modo, caue ne quoquo modo aliã præter illam laudes, ne quando oculos ab illius fronte diuerteris, ne ſolito parcius blandiaris, ſolito mi-

nus inſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PC

POLYANTHEA

nu[illegible]las, quicquid receperis capitale erit, omnis ſanitas defectio. Viue denique ad vxoris edictum, & nutum dominæ ſuſpenſus obſerua mancipium, non maritus. Hæc facito, ſi tanti exiſtimas aliquandiu formoſam thori ſociam amplecti, ſeniq; ad tempus cute gaudere, & candidos natos ex vtero tanquam poma nobiliora pulchro de vaſe ſuſcipere. G. Vxorem habeo formoſam. R. Venenum dulce, compedes aureas, ſplendidam ſeruitutem. G. Forma delector vxoris. R. Vana, breuiſque delectatio. Nil forma fugacius & præſertim fœminea: qui vxorem propter formam diligit, circo illam oderit.

De vxore fœcunda, & facunda.

DIAL. LXVII.

GAVD.

Fœcunda mihi vxor eſt. R. Multas tibi curas, multos pariet labores: vxor ſterilis vnica tantum; at fœcunda quidem ſarcina domus eſt multiplex. Notum eſt illud comicum: *Vxorem duxi, quam non ibi miſeriam vidi? Nati filij alia cura.* G. Non fœcunda tantum [illegible] facunda eſt. R. Hinc filii, & nutrices aderunt. Hinc ſales & verba non deerunt. Habes cum qua diſputes & declames, & Satyricum non audiſti? vbi ait:

*Non habeat matrona [illegible] quæ iuncta recumbit*
*Dicendi genus, nec curtum ſermone rotato*
*Torqueat enthymema: nec hiſtorias ſciat omnes.*

Coniugem quærebas, magiſtram inueniſti, iamque aliquid impolitum, commune aliquid loqui ſine coniugis cenſura, & irriſione non poteris fruſtraque eiuſdem Satyricum illud optaueris:

*Solœciſmum liceat feciſſe marito.*

inter mundi tædia, nullum importunius procaci fœmina & tacere neſcia.

De vxore ſterili.

DIAL. XXII.

DOL.

Sterilis vxor eſt mihi. R. Vnum coniugalis incommodi remedium. Sterilitas obſequioſas facit atque humiles, quæ plurimos parit, iam non vxor creditur eſſe, ſed domina. Sterilis autem flet & tacet, & an non Helcanæ meminiſti? D. Vxor mihi ſterilis obtigit. R. Modo de coniugis impudicitia querebaris, nunc de ſterilitate conquereris. Atqui ſi ea querimonia iuſta fuit, hæc iniuſta eſt. Expedit impudico viro, vt ſterilis vxor ſit, non paſcet filios alienos, quod eſt in omni vxoris iniuria, ac fœditate duriſſimum, ſi miſerum vxor adultera, miſerrimum & fœcunda. D. Vxor eſt ſterilis. R. Quid ergo tu perpetuam eiulantem audire & nutrices litigantes, & vagientes infantulos maluiſſes? ſterilitas omnia tædia hæc ſubmouit. D. Sterilis vxor eſt. R. Vide ne (quod multi faciunt) vitium tuum alteri obijcias: Multæ uni viro nuptæ viſæ ſteriles, nuptæ poſt aliis pepere-re. D. Sterilis eſt vxor. R. Quid ſcis qualem tibi filium pareret ſi fœcunda eſſet? Quarundam partus fœcunditatem odioſam, & ſterilitatem fecit optabilem. Non tuliſſet imperium Romanum portenta illa feralia, Caium, Caligulam, Neronem, Commodum, Baſſianum, ſi Germanicus, ſi Domitius, ſi Marcus Antonius, ſi Septimius Seuerus aut nullas vxores, aut ſteriles habuiſſent.

De vxore impudica.

DIAL. XXI.

DOL.

Impudica vxor domi eſt mihi. R. Mallem rapta eſſet, aut etiam importuna moribusque aſperis potius quam laſciuis, ac turpibus. Ferenda tamen omnia ingenti niſu ingentique animo & rerum mortalium contemptore: innumerabiles hominum miſeriæ, quibus omnibus vna virtus obijcitur. D. Impudica mihi eſt vxor. R. Pudicitia inſignis imperioſas efficit matronas. Nihil meruit quæ ſibi nihil eſt conſcia. Huic malo igitur hoc ſaltem boni ineſt, eſſe iam moleſta minus incipiet, minuſque inſolens. Læſa enim conſcientia fœmineum premit animi tumorem, & ſæpe obſequentior in reliquis viro eſt quæ ſe meminit impudicam. D. Laſciua eſt vxor. R. Nō mirandum ſi formoſa: non curandum ſi deformis. D. Vxor impudica eſt. R. Pulchra dum limen vxor ſubit, ſubire debet animum illud Satyrici: *Rara eſt adeo concordia formæ, atque pudicitiæ.* Nam ſi turpis inſaniat prope gaudendum eſt cauſam adeſſe diuortii. D. Adultera vxor eſt. R. Adulterium ſæpe quidem æque ardentius expetiti coniugii, ſæpe vnum alterius adulterii pœna eſt, eoq; iuſtior, ſi multorum. Cogita an tu vnquam aliis feceris, vnde hoc tibi fieri ab alio nunc dignum ſit. Iniuſta enim atque impudens eſt querela, pati quod feceris indignantis. Et ab alio expectari, alteri quod feceris. lex moralis iubet. Et facere aliis, quod tibi ab aliis fieri velis ſane adeo digna eſt, vt illud profani etiam cogente ſententiæ grauitate, atque æquitate laudauerint. Sed mortalis petulantiæ licentia, legum ſalubrium abrogatrix omne fas nefasque confundit. Itaq; paſſim adulteri occurſant, qui cum thalamos vicinorum coniugiaque fœdaue-

rint, ſuas interim coniu[illegible]
illas oculum deflexit, inſaniant. Sic ſeuerus aliis, [illegible]
iniquus rerum arbiter quiſq; eſt. D. Coniugalis mihi fides [illegible]
R. Vide ne tu hanc aliis non maritis tantum, ſed vxori tuæ [illegible]
Nam ſunt qui ab vxore exigunt, quod non præſtant, qui laſ[illegible]
ſuam titulo vrbanitatis excuſent, alienam vt grauiſſimum ſcelus ſe-
ueriſſime punientes, qui cuncta ſibi cum permiſerint, cuncta [illegible]
negent. Iniquiſſimi Iudices, qui de pudicitia iudicent, impudi[illegible]
pune paſſim agunt omnia, & ceu ſoluti legibus, vaga libidine [illegible]
tur. Vxor oculum parumper inflexerit, adulterii rea ſit, [illegible]
domini non mariti ipſi quidem. Illæ autem non vxores [illegible]
humanæ domus ſociæ, ſed captæ ex hoſtibus aut emptæ pretio [illegible]
ancillæ. Tametſi obſequi pluſculum fidei nihil plus tua tibi co[illegible]
debeat quam tu ſibi. Par debitum, æquus amor, mutua coniugii [illegible]
des eſt. Non excuſo vxores, viros arguo, primamq; illis culpæ partem
tribuo. Perſæpe enim vxor dux, atq; exemplum laſciuiæ vir fuit, [illegible]
inde mali proceſſit initium, vnde remedium debebatur, [illegible]
autem pudor fœminæ proprius, viro certe prudentia atq; conſtan[illegible]
ſua eſſe debet. Itaq; omnis in viro, quam in muliere dementia [illegible]
m[illegible]uitas eo eſt fœdior, quo viro debita magis eſt grauitas. D. Co[illegible]
iugis adulterio mœſtus ſum. R. Vſitatus dolor, vetus iniuria, nec [illegible]
nus crebra. Vix crebrior coniugii, quam adulterii vſus eſt. Denique
hoc eſt, quod (vt ait quidam) nec permitti, nec prohiberi poteſt, [illegible]
ſcilicet alterum fieri vetat. Tu ne tibi ergo fœminam vnam [illegible]
tam, atque integram voluiſſes, quod nec ferociſſimis tyrannis [illegible]
nec regum maximis potuit tua ætate contingere nec priore [illegible]
ra. Mitto recentia, ne quos forte præſentium offendam. Tu [illegible]
Herculem ferire quam villicum: Nec vero cuncta veterum [illegible]
gam. Formidatiſſimorum ſummorumq; hominum famæ parcam.
Noſti autem hiſq; vel in ſilentio gemitum tuum tuum [illegible]
qui vrbem luſtra, ſcrutare viciniam dextera læuaque, ade[illegible]
vel neglectum genium calcatamque thori fidem lugant: vel [illegible]
